NOTITIÆ RERUM IMPERII ROMANO-GERMANICI

SIVE

DISCURSUUM IURIDICO-POLITICO-HISTORICORUM

AD PACIFICATIONEM OSNABRUGO-Monaſterienſem.

PARS SECUNDA

Adornata primùm à

PHILIPPO ANDREA BURGOLDENSE,

Nunc alterâ vice

Aucta & Indicibus Hiſtorico-Iuridico-Politicis locupletata.

PER

WARMUNDUM VON FRIEDBERG.

FREI-STADII,

Apud ÆMILIUM VERUM.

Anno M. DC. LXIX.

VIRIS

Generoſis, Magnificis, Nobiliſſimis, Maximè Strenuis, Prudentiſſimis, Ampliſſimis & Conſultiſſimis,

DN. PAVLO IOACHIMO à BYLOV,

Sereniſsimi & Celſiſſimi Principis ac Domini

DN. GEORGII WILHELMI, DVCIS

Brunſuicenſium & Lyneburgenſium, &c. &c.
Sanctiori Conſiliario, & Præſidi:
Equiti hæreditario in *Abbenſen*, & *Stelze* &c.

DN. HENRICO LANGENBECK, ICto.

Sereniſſimi Celſiſſimique Principis ac Domini,

DN. IOANNIS FRIDERICI, DVCIS.

Brunſuicenſium ac Lyneburgenſium, &c. &c.
Sanctiori Conſiliario & Cancellario.

DN. HERMANNO HÖPFENER, ICto.

Sereniſſimi ac Celſiſſimi Principis & Domini,

DN. RVDOLPHI AVGVSTI DVCIS,

Brunſuicenſium & Lyneburgenſium, &c. &c.
Sanctiori Conſiliario & Cancellario,

DN. IOANNI PHILIPPO A CRAMM.

Sereniſſimi ac Celſiſsimi Principis & Domini

DN GEORGII WILHELMI DVCIS.

Brunſuicenſium ac Lyneburgenſium, &c. &c.

Sanctiori Conſiliario, & Satrapæ Provinciali Superioris & inferioris Comitatus Hoienſis.

Equiti hæreditario in *Ölper*, *Sampleben* & *Berenſen*, &c.

DN. ADOLPHO de HVWALDT
Equiti Boruſſo in *Maldeiten*, *Seigervvalden & Pſorten*, &c.

DN. WILHELMO de LA CAVE
Equiti Boruſſo, Hereditario in *Ditlauken, Peterkeim* & *AlWarkeim* &c.

DN. SIGISMVNDO CONRADO.

DN. IOANNI HENRICO MOGG
Liberæ Civitatis Imperialis Colmarienſis Conſuli Seniori, Colonello, & h. t. Prætori, Gymnaſijque Protoſcholarchæ.

DN. IOANNI LVDOVICO à WALDKIRCH
Nobili Helvetio.

Dominis Patronis, Mæcenatibus, Promotoribus ac Fautoribus æternùm colendis, venerandis, demerendis.

Secundam hanc Notitiæ Rerum Imperij partem

DAT, DICAT, CONSECRAT

Generoſitatum, Magnificentiarum & Amplitudinum eorum,

Subiectiſſimus Cultor

WARMVNDVS von Friedberg.

GENEROSI, MAGNIFICI, NOBILISSIMI, MAXImè Strenui, Ampliſſimique Viri.

QVVM in illuſtrando VVeſtphalicæ Pacis Inſtrumento, quod hodie inter Iuris publici Imperij ſcripta familiam ducit, præpotentem atque illuſtrem veritatem intrepidè confiteri atque propugnare vnicè pro ſcopo habuerim, faciemque Imperij modernam ad libellam quaſi & amuſſim delineare voluerim; nullum eſt dubium, quin audax ille meus conatus multorum, præſertim Papicolarum, odium atque ſiniſtras voculas incurrerit, & inpoſterum adhuc incurſurus ſit. Etenim is, pro malis temporum, hodie rerum ſtatus eſt, vt tam in publicis quàm in privatis rebus atque negotijs malè feriati homines diem artificioſâ nocte involvant, erroreſq; non cauſæ vt cauſæ innoxiis & candidis mentibus obtrudant, quum tamen veritatis & bonæ cauſæ plurimum interſit, vt erroneis placitis, quoad fieri poteſt, criſta penitus præcidatur, imò color omnis, quo ſeſe populo commendat, detrahatur. Peregrinos in patria hodie multos noſtra alit Germania, planè ſimiles Diogeni in dolio, qui, quid reliquus ageret orbis, planè ignorabat: Scilicet

Dum non vult alter, timet alter dicere verum.

Quid ergo eſt? an verum ſemper reticebimus? an feli tandem tintinnabulum non erit appendendum? Omnino; vtpote quum quilibet bonus cordatuſque patriæ civis qui publicarum rerum

curâ tangitur, Germaniam in Germaniâ quærere & tandem invenire ſummo ſtudio allaborare debeat.

Poſteaquam itaque bonis literis & artibus intentus genius meus mihi ſemper ad ius imperij publicum addiſcendum calcar addidit, & tamen in limine illius ſtudij ſtatim deprehenderim, quod maxima pars Publiciſtarum inter Laudem & Placentiam (vt Pontifex quidam locutus) non autem Veronam verſus plerunque ambulet; inprimis in eo evigilarunt curæ & cogitationes meæ, vt Veronenſes mihi præ Placentinis ac Faventinis haberem commendatiſsimos. Qualem verò fructum exinde retulerim, in nobiliſsimo hocce Inſtrumento Pacis illuſtrando experiri volui, qui labor ſub ficto Burgoldenſis nomine præterito anno lucem adſpexit publicam. Et quamvis haut adeò pridem non obſcuro, nec vario, ſed clariſsimâ & maximâ omnium voce ad me fuerit perlatum, liberum hocce meum arbitrium, liberamque linguam meam, iudices ſatis iniquos accepiſſe, Romanoſque Leones ac Vultures mihi propterea omnia extrema, enſem, rotam, pontum, funes, ignemque minitari; mihi tamen, Numine Amico, fauoreque Evangelicorum Principum ac Procerum ſatis tutò, mel melli dulci dulcius erit, ſpretis eiuſmodi minis, pro amicâ veritate & vivere & mori. Melius etenim eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium, vt S. Auguſtini verba ad propoſitum meum accommodem. Miſeram verò noſtram Germaniam, in quâ, quamvis libertas eius Arſacis regno acrior ſit, vera dicere, liberâque linguâ vti irreligioſum pariter atque periculoſum eſt!

–Vſque adeò nunc eſt odioſa profeſſio veri,
Vt poſſis vero vix reperire locum;
Quamvis veraci manans è pectore ſermo
Omnis in hac vitâ ſit pia cauſa boni.

Sint itaque ac maneant illa tempora, quibus vile ac deforme obſequium amicos, veritas odium parit; *tamen ſatis triumphat veritas, ſi apud paucos & bonos viros accepta; nec indoles eius eſt, placere multis. Sanè Comici illa ſententia, rectè iudicante Donato, magis theatro & auribus confuſæ multitudinis apta, quàm officio & ſinceritati; & probabilis magis, quàm ne-*

ceſſaria & honeſta, imò indigna virorum bonorum cætu, conſeſſuque honeſto. Malo proinde cum Seneca veris offendere, quàm placere adulando. Hoc ſalus Eccleſiæ requirit, hoc reipublicæ poſtulat utilitas, hoc recta ratio vult, hoc natura conſtans & perpetua; hoc melior natura Deus, ille Magiſter, Imperator, vindex & remunerator exigit. Solatur me inſuper in tam arcto ſalutis exitijque confinio Diva illa, quæ in Pandoræ pyxide poſtrema reſediſſe memoratur; firma ſcilicet & credula ſpes me fovet, fore, vt Deus in cælis, & poſt illum in terris Evangelici Reges, Principes ac Proceres me potenti dextrâ adverſus omnium calumniantium & orci galeâ tectorum iniquitates defenſuri ſint. Ruant montes, momoque rumpantur ilia; ego picam cavillatricem corvosque omnia rodentes ne caſſâ quidem nuce æſtimo.

Falſa Chimæra cadet Bellerophonte duce.

Bonus noſter Deus, qui inexpugnabili citadella (ſi nova hac voce vti licet) pios & probos communit, viam inveniet, cui ego me remque meam credo atque committo—ſpequè fallo dolorem

Eventus pia fata dabunt prece victa ſecundos.

Poterat equidem hic liber, in eruditum Germaniæ Orbem iam miſſus, domi latere tutior (ſic enim confiſcationem iniquam non pateretur) & in nonum vſque annum premi (ſic enim longè limitatior tandem prodiret:) Cæterum quis magnorum Virorum, qui me ad hoc incitarunt, gratiſſimis adhortationibus, quæ pro lege apud me valuerunt, reſiſtere potuit? In ſumma: Et parere decuit iuſsis, & quoque grata mihi fuerunt iniuncta.

Cogitanti verò mihi, quibus chartaceam hanc ſupellectilem offerrem, ac quorum illuſtribus nominibus libelli huius ſecundam partem munirem; circumſpectis rebus omnibus rationibúſque ſubductis ſummam faciens cogitationum mearum, Vos, Generoſi, Magnifici, Prænobiles, Maximè Strenui & Ampliſſimi Viri, occurriſtis, ſub quorum Septemplici; veluti Aiacis, clypeo, hic libellus tutò deliteſcere, omneſque hoſtiles inſultus declinare atque eludere poterit. Flagrantiſſimum itaque meum in Vos, Nobiles ac Potentes Patroni, affectum æqui bonique conſulite, donumque hocce literarium hilari vultu, & obviis, quod aiunt, manibus excipite. Forſan tenet Catullus magnis (vt ſic dixe-

rim) Maronibus paſſerculum mittere auſus eſt, præſertim ſi cortex libelli exterior cum medullâ ſua, aut ex Veſtra, Nobiliſſimi Patroni, aut ex ſua ſpectetur dignitate. Inſuper nihil in hiſce chartis dictum aut actum, quod non antea dictum actumq; ſit, quum vna eademque in hoc mundo ludatur comœdia. Denique (vt à vero etiam ſic non abludam) nobiliſſimum hoc iuris publici ſcriptum leviori forſitan armaturâ, quàm quæ tanto agmini expugnando ſufficere poſſet, aggredi ſum auſus. Cæterum in magnis voluiſſe ſat eſt, & vires licet deſint, voluntas tamen laudanda erit, quum aliàs etiam affectus non rarò pro effectu reputetur. Deus Vos, ô Optimi, ſervet, ſoſpitet ac tueatur! Dabam Freiſtadij d. 26. Iul. A. C. 1668.

Generoſitatum, Magnificentiarum &
Amplitudinum Veſtrarum

Humilimus Cliens

Warmundus von Friedberg.

SECVNDÆ PARTIS

INSTRVMENTI PACIS DISCVRSVS I.

DE

GRAVAMINIBVS IMPERII Eccleſiaſticis & Politicis.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. verb. Princ. Grauaminum.

I. VERISSIME' hic in Inſtr. Pacis dicitur grauamina non diſcuſſa magna ex parte cauſam & occaſionem bello Germanico dediſſe: Vnde *Carolus Guſtavus* defunctus Rex Succiæ, quum adhuc Suecici exercitus in Germania Generaliſſimus eſſet in Epiſtola ad Electorem Moguntinum ſcribit: *Punctum grauaminum eſſe originem belli.* (*Theat. Europa.* T. 6. p 973.) Conf. ſupra part. 1. Diſc. 1. Quemadmodum enim graueolentæ nubes tandem imbrem dant, & in pluuias reſoluuntur, omnéque quod eſt graue tandem cum impetu deſcendere ſolet: ita etiam grauamina Statuum in Rebuſpub. mixtis, ſi non in tempore diſcutiantur, non leues motus atque tumultus ciere ſolent. Hinc *præcipuum Imperij intereſſe in eo verti, vt grauamina Statuum diſcuſſa finiantur*, Rerum Imperij periti prudenter iudicarunt. *Zacharias Geizkoffler (im Bedencken vvegen des künfftigen Reichstags* an. 1612.) Matthiam Imp. monet: *Solle furnemlich dahin ſehen, das bey dieſen erſten Reichſtage des Reichs beſchvverden ſo viel immer möglich, haubt ſächlichen abgeholffen, vnd nicht vvie vor dieſen geſchehen der Teütſchen* nation *ohn das von Frembden Zugemeſſen* :

Grauamina non diſcuſſa bellum ciuile Imperio excitarunt.

Intereſt Imperij vt grauamina Statuum diſcutiātur.

vvird, von einem conuentu *vff den andern vnfruchtbarlich, Zu der Reichs Ständen vnd ihrer Vnterthanen euſerſten Schaden*, remittiret *vnd verſchoben vverde.* Quo pertinet etiam votum prudentis cuiuſdam Germani, quod hiſce verbis conceptum: *Se in Imperij negotiis nunquam aut Hiſpanicam grauitatem, aut leuitatem Gallicam optare, ſed ut omnia mixto modo ſine tergiuerſatione, aut partium ſtudio decidantur, ac diſcutiantur. Sic etenim fore, vt Mal-contentorum memoria cito in Germania deleatur.*

Origo grauaminum. II. *Grauamina* illa *in Imperio* potiſſimum ab an. 1609. *ex diſſidiis inter Proteſtantes & Catholicos orta*, & in hunc vſque diem nondum omnia ſublata. *Grauamina* illa ſunt *vel Catholicorum aduerſus Euangelicos, vel horum aduerſus Catholicos; vel vtrorumque aduerſus Imperatoris Aulam.* *Grauamina Catholicorum.* *Catholicorum* aduerſus Euangelicos potiſſima grauamina fuerunt hæc: 1. *Das der* Correſpondirenden *Chur-Furſten und Stände* Vnion an. 1609. *Ihr Beginn, die* perfection *aber hernach in Anfang des 1610. Iahrs zu Schvvabiſchen Hall genommen.* 2. *Im Iahr 1610. haben I. Kai. Mai. ſich hög ſtbeſchvvert befunden, als nach Abſterben des HerZogen von Gülich die Kai. Mai. die ſtreitige Güliſche Sache vermög der Reichs-Satzungen vor ſich gezogen, das dazumahl dieſer* Vnions *Bund ſich vviederſetZt, die Kaiſerliche Verordnung vervvorfen, das liebe Vaterland in den Güliſchen Landen und im Stifft Strasburg mit Kriegsmacht überzogen.* 3. *I. Kai. Mai. beklagen ſich vvegen der bey algemeinen Reichs Verſamlungen* an. 1608. *von den Euangeliſchen ervveckteten vviedervvertigkeiten.* 4. In Comitiis Ratisbon. 1613. *hetten die* Correſpondirende *Chur-Fürſten und Stände ſich von den gevvohnlichen Reichs Rathen abgeſondert.* 5. Maiora vota *nicht geachtet, ſondern ihre eigene vorgeZogen, vvas verabſchiedet Zur euſerſten Verkleinerung I. Kai. Mai. nicht angenommen.* 6. *Nachdem hetten die* Vnirte *Stände viel betrohliche ſchreiben ſo vvol an I. Kai. Mai. als an andere Catholiſche Stände abgehen laſſen, und alles vff Kriegsmacht geſetzt, damit dann ſo vveit verfahren das im Iahr 1618. die lange zeit gefaſſete* intention. *im Königreich Böhmen einmahl recht herfürgebrochen* (Vid. pl. *Comitiol. Ratisbon.* p. 106.) Præterea in Comitiis an. 1613. Catholici querulabantur Pacem illam an. 1555. Imperio datam à Proteſtantibus violari, qui non veriti fuiſſent contra formulas & conditiones illius Pacis Epiſcopatus nonnullos inuadere atque occupare, inter quos recenſebant Magdeburgenſem, Bremenſem, Halberſtadenſem, Verdenſem, Oſnabrugenſem, Mindenſem, Lubecenſem, Vltraiectinum, Caminatem, Suerinenſem, Brandeburgicum, Razeburgenſem, Sleſuicenſem, Hauelbergenſem, Monaſterienſem, cum Abbatiis Hersfeldenſi, Walckenridiana, Ritterſhuſiana, Quedlinburgica, Herfur-

tenſi, Wernigerodenſi,&c. aliiſque compluribus ordini Eccleſiaſtico ademptis. Præterea Proteſtantes declinare tribunalia, eludere Imperialis Cameræ ſententias, oppoſitis ad procraſtinandam litem conquiſitis exceptionibus; reſpuere legitimas cognitiones cauſarum,& multis modis ſummi Dicaſterij vim & ſententiæ executionem lab-factare, &c. Catholicorum grauamina ſunt collecta in libello cui tit. *Turbatus Imperij Status*,

III. *Contra Euangelicorum* Correſpondentium in comitiis Ratiſbon:an.1613. hæc grauamina fuerunt exhibita, quibus viuente Rudolpho II. Cæſare longo iam tempore grauati fuerunt, eorumque alleuationem & abbrogationem fieri petierunt. 1. *Das ſie in allen und ieden auch den* Religion-*Frieden betreffenden ſachen durch die* maiora *Catholiſchen theils ſich vvol gar von Land und Leuten* votiren *laſſen ſolten.*2. *Das in keinen Reichs* Conſtitutionen *Zu finden,das die* maiora *in allen und ieden freyvvilligen* Conſtitutionibus *durchdringen ſolten.* 3. *Das die Iuſtiz im H. Reich beſſer angerichtet, die beſchvverliche* Commiſſiones *Reich-Hoff Raths* mandata, *Achts-erklärungen*, executiones, *geſchvvinde* decreta, *und* declarationes, *der Reichſverfaſſungen, vvie in gemein und abſonderlich vvieder Baden, Aach, Friedberg, und in andern dergleichen eingeſtellet, auch die Statt Donavverth furterſamſt* reſtituirt *vverden ſolte, &c.* (vid. *Ant. Comitiol. Ratisbon.* de an. 1654. p. 107.) Vlterius ingerebant: Cauſas iudicij Cameralis earumque Reuiſiones cum dependentibus inde Catholicorum poſtulatis ſoli Paci Religioſæ, cuius plana miniméque implicita ſit ſententia, velut fundamento inniti, nec ad dicaſterium Imperiale pertinere. Quin potius dandam operam, vt arbitrio Ordinum controuerſiæ illæ amicâ tranſactione componerentur. Porrò neque ſe Reformatione monaſteriorum, quæ in vniuſcuiuſque territorio eſſent, vlla lege expreſſe prohiberi. Præterea ab omni iure atque æquitate alienum, quod Iudices tam Dicaſterij Aulici Cæſarei, quàm Imperialis, quod Spiræ eſt, plerique omnes Catholicam profiterentur religionem, Proteſtantium fidei contrariam, quum æquius eſſet ex vtriuſque pari numero legi, qui ius dicerent; quod quum hactenus factum non fuerit, mirandum non eſſe multa confuſe, & parum decenter, quædam etiam iuſtitiæ boniſque moribus aduerſa decreta & acta fuiſſe, quæ ipſis, quidem, niſi iura & commoda ſua turpiter neglectum ire vellent, deinceps haut quaquam ſint ferenda,&c. (vid. *Contin. Pezel Melliſ. Hiſtor.* p.1165.1166.) Euangelicorum grauamina collecta ſunt *in der* an. 1614. *gedruckten* relation *deßen vvas auff dem Reichſtage In Regenſpurg* an. 1613. *vorgangen.* Poſtea Euangelicorum grauaminibus acceſſit. *Edictum Ferdinandinum* de an. 1629. & *Pacificatio Pragenſis* an. 1635. &

Euangelicorum grauamina.

plura alia, quæ paſſim in Inſtr. Pacis vel ſublata, vel adhuc indeciſa relicta.

Grauamina vtriuſque partis.

IV. *Catholicorum & Euangelicorum grauamina coniunctim* aduerſus Aulam Imperatoris fuerunt hæc: 1. Super militaribus *Wallenſteinij* inſolentiis in Comitiis Electoral. Ratisbon. ann. 1630. 2. Super *electione Ducis Megapolitani*, eiuſque Ducatu in Fridlandum tranſlati. vid. *Aut.* Comitiol. l.c.p.107. Grauamina Euangelicorum in conuentu Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſi exhibitorum Vid. in *Theat. Europæ.* Tom.1.p.1046. & ſeqq. add. Dn. *Forſtner.* in Epiſt.p.2.

Punctus alleuationis grauaminũ difficulter reſolui potuit.

V. Quod grauamina Euangelicorum Eccleſiaſtica & Politica attinet illa h.art.5. Inſt.Pac. ex parte ſunt ſopita. Circa hunc punctum an.1646. menſ. Febr. Status adhuc mirificè diſcordes fuerunt. *Die zu Münſter vvelche faſt alleſambt Catholiſch, beharreten darauff das mit* reſtituirung *deß vorigen zuſtands im Heil. Röm.Reich* quoad Eccleſiaſtica *nur auffs Iahr* 1627. quod Politica *aber auffs Iahr* 1630. *geſchen, vnd alſo ſelbiger nach anleitung deß Prageriſchen Friedenſchluß, eingerichtet vverden möchte. Hingegen vvolten die zu Oſnebruk mehrentheils Euangeliſche Stände, durchgehend bey dem Iahr* 1618. *verbleiben.* (*Theat. Europæ.* Tom.5.p.999. Articulos compoſitionis in puncto grauaminum, vid. *Theat.Europæ.* Tom.5.p.1113.) Hic punctus reſtitutionis ex capite grauaminum Eccleſiaſticorum adeò fuit difficilis, vt per conuentus Catholicorum & Euangelicorum Monaſterij & in pago *Lengern*, medio inter Oſnabrugam & Monaſterium itinere, expediri non potuerit, vt ex Dn. Forſtneri Epiſtolis & Tom.6. Theat.Europæi patet. Dixeris *hunc verè Gordium fuiſſe nodum, qui Alexandrino quaſi gladio in bello Germanico reſolui non potuit*, tandem per Cæſareos & Suecicos Plenipotentiarios expeditus, poſtquam Coronis exteris de Satisfactione bene fuit proſpectũ. Quantis autem difficultatibus hoc negotium, firmiter conficiendum, conſtiterit, beneuolus lector videre poterit Tom.6. *Theat.Europæ.* à pag.276. vſque ad p.289. Sanè Catholicorum Legati præſertim Dn. *Franciſcus Wilhelmus* Epiſcopus Oſnabrugenſis & Ratisbonenſis, Princeps cætera prudentiſſimus, cum ſeptendecim votis ſuis (vt Dn. *Fromholz* Legatus Brandenburgicus loquitur) ægrè ad ratificationem huius articuli 5 adduci potuere, [Confer quæ *p.1. Diſc. de Inſtr. Pac. ſupra* adduximus vbi notentur Dnn *Thumbshirnij*, *Langenbeckij & Lampadij* ſermones, vid. Dn. *Forſtneri* Epiſt.p.67.68.] vt tandem Dn. *Volmarus* Imperatoris Plenipotentiarius palam præ ſe tulerit: *Ni concluderent breui Cæſarem pro authoritate ſua velle cum Euangelicis negotium conficere.* [vid. literas Dn. *Fromholz* in *Theat. Europæ.* Tom.6.p 275.] Tandem ergo in puncto grauaminum Eccleſiaſticorum & Politicorum in art.5. Inſtr. Pac. omnia

Difficulter art. 5. Inſtr. Pac obtineri potuit.

nia

nia reſtituta in eum locum, in quo anno 1624. fuerunt, aut vti aliàs expreſſe aut ſpecialiter eſt prouiſum. [Conf. *Theat.Europ.* Tom.6.p. 652.] Et ita hic articulus ex Papæ & Palatinorum Curiæ Romanæ dolore triumphum egit iuſtiſſimum [Pluribus vid. §.2.art.5.infra] quumque hoc modo grauaminum Eccleſiaſticorum nodi, non gladio, ſed mutuo inueſtigantium ſtudio ſoluti ſint, perpetuum odiorum virus, & cruorem minimè ſtillaturi ſunt. Det ſummus Deus, vt omni cæco religionis zelo depoſito Catholici & Euangelici, ſi non in religione, tamen in Politicis vnanimiter inpoſterum conſpirent, & ſi non ſacram, ciuilem tamen concordiam inuicem colant, omniáque tandem grauamina reſidua in Comitiis Imp. amice & placidè tollantur. Quæ grauamina Politica adhuc ſint indeciſa, Inſtrumentum pacis Suec. Cæſ. (art.8.§.*Habeantur*,&c.) indicat, inter quæ (1.) grauamina circa Comitiorum defectus [2] circa electionem Romanorum Regis. [3] De certâ, conſtantique Cæſareâ capitulatione condenda (4) circa modum & ordinem in declarando vno vel altero Statu in Bannum Imperij. [5] De redintegrandis Imperij circulis (6) renouandâ matriculâ (7) reducendis Statibus exemptis (8) moderatione & remiſſione Imperij collectarum (9) Reformatione Politiæ & iuſtitiæ (10) taxæ, ſportularum in iudicio Camerali (11) Ordinariis Deputatis ad modum & vtilitatem Reipub. ritè formandis (12) Legitimo munere Directorum in Imperij collegiis. (Vid. etiam Inſtr. Pac. Cæſ. Gallic. §. 64.) (13) De maioribus votis in materia collectarum (Vid. art.5. Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. §. 51.) (14.) De cauſa Donavverdenſi [Inſtr. Pac. art. 5. §. 2.) [15] De tranſlatione iudicij Cameralis [Inſtr. Pac. a. 5. §. 20.] [16] De ſublatione iudicij aulici Rotvvilani & iudicij Prouincialis Sueuiæ [Inſtr. Pac. art. 5. in fin.] [17] De viſitatione iudicij aulici [I. P. art. 5. §. 20. [18] De compoſitione Cauſæ Iuliacenſis [art. 4. Inſtr. Pac. in fin.] [19] De reformatione monetæ, &c. Vid. *Aut. der Grundveſt. des Reichs*, p.3. c.1. vbi monet hæc capita, etiamſi in Propoſitione Cæſarea Comit. Ratisb. 1653. primo loco commendata fuerint, tamen nondum optabili exitu eſſe terminata. *Wird alſo noch mannig Buch Papier verſchrieben, vnd viel Dintfäſſer auſgeleeret Werden, bis alles Zum erwünſchten ziel Komme.* Vtinam promiſſio Propoſitionis Cæſareæ antea allegatæ tandem ad ſperatam metam deueniret: *Nemlich das demienigen, Was im Friedenſchluß uff ſolchen Reichstag verwieſen, ſeine abhelffliche Maas ohne groſſe Weitleuffigkeit vnd Koſtbare hochſchädliche Verlängerung gegeben Werden möchte.* *Hippolitus à Lapide* pag. 349. feruido ſtylo ſuo Imperatores noſtros notat, quaſi id inter arcana ſua referant: Grauamina Statuum non tollere ſed augere, eoſque tantum ſpe incerta lactare; atque hinc au-

Reſidua Imperij Grauamina.

Hippoliti à Lapide iudicium de alleuatione grauaminũ.

guratur *diſcuſſionem grauaminum ante Calendas Græcas non ſecuturam.* Cæterum vana eſt illius hominis ſuſpicio. In Inſtr. Pac. hic illi operi optimum fundamentum iam poſitum : cætera etiam dies adimet.

DISCVRSVS II.

DE

REFORMATIONE CHRISTIANI Cultus in Germania, illámque inſecuta Tranſactione Paſſauienſi & Pace Religioſa.

Ad art.5. Inſtr. Pac. §.1. verb. Tranſactio Paſſauij, &c, Pax religioſa.

Religio veterum Germanorum. Paganiſmus in Germania. VValfarthen. Irmenſula.

I. GERMANI primò vnum & æternum Deum adorarunt, dictum *Theuto*, à quo Germani *Theutiſci* dicti. Sed lapſu temporis Deorum cultus apud eos fuit inductus, ac coluerunt poſtea *Mercurium, Herculem, Martem*, Solem, Lunam, &c. Templa olim nulla habuerunt, ſed Deos ſuos in lucis, nemoribus & ſyluis coluerunt iuxta fontes, præſertim ſub quercubus, hinc deſcendit vox *Walfahrten*, id eſt, more veterum ire in ſyluam ad ſacra. Inter idola habuerunt priſci Germani *Irmenſulam*, id eſt, Statuam priſci Germanorum Regis Hermionis ſiue Hermanni [*Die Hermans Seule.*] Erat autem illud idolum imago hominis cataphracti vel toto corpore armati, qui dextra haſtam ſiniſtra librum & in clypeo Leonem gerebat. *Haſta* Principem bello ſtrenuum; *Liber* iuſtitiam; *Leo*, regiam maieſtatem denotabat. [Vid. *Henrici Meibomij* Tract. de Irmenſula Helmſtadi editum.] Alterum Germanorum idolum fuit dictum *Crodo* vel Saturnus [Conf. hic *Topogr Ducat. Brunſuic.* verb. *Hartesburg.*] Hæc duo idola *Carolus M.* poſtea euertit, eiuſque filius *Ludouicus Pius* columnam Hermanni apud *Eresberg* in Weſtphalia repertam trans Viſurgim deportauit Hildeſiam. Hoc animaduertentes Weſtphali, ad Paganiſmum adhuc tacitè propendentes, & illam columnam ſibi eripi ægre ferentes, magno numero Ludouicum Imp. arma-

ta manu inſecuti ſunt & cum illo prælio decertarunt; in quo tamen pagani iſti, & idololatræ victi atque in fugam coniecti, pagusque in eo loco poſtea conditus, cui ob memoriam eius rei nomen inditum *Armſul*, qui ſitus in Epiſcopatu Hildeſienſi hodie ad Nobiles de *Stockheim* pertinet. Columna verò iſta poſtea eſt delata Hildesheimum vbi adhuc hodie in templo cathedrali conſpicitur.

II. Exhibito demum Chriſto, Dei Filio Humani generis Seruatore, quum Euangelium per totum orbem ab Apoſtolis annunciatum eſſet, etiam Germania partem aliquam huius accepiſſe videtur. Certum eſt iam ſeculo P.N.C. ſecundo Chriſtianos in Germania fuiſſe. (Vid. *Irena*. l.1. contra Hæreſ. c.4.) Seculo IV. iam in Germania nobiles Eccleſiæ fuerunt. Poſtea ſub fin. ſeculi VII. ex Anglia multi Germanos fidem Chriſtianam docuerunt, eamque ſanguine ſuo conſignarunt. Seculo VIII. S. *Bonifacius* Anglus Eccleſias Germaniæ circa Rhenum & Bauariam confirmauit, & nouas Eccleſias condidit præſertim in *Franconia*, *Thuringia*, *Friſia* & vicinis locis. *Haſſos* conuertit, ac Epiſcopatum *Würzburgenſem* ac *Fuldenſe* cænobium fundauit (Vid. *Vadianum* & *Bruſchium* de Monaſter. German. paſſim.) Tandem hic Germaniæ Apoſtolus in Friſia propè *Dockkum* eſt interemptus. Seculo VIII. ineunte Carolus M. Saxones, (qui etiam dicti *Oſtphali*) & Weſtphalos à Paganiſmo conuertit, eiusque temporibus S. *Ludgerus* Helmſtadienſium Apoſtolus in vinea Chriſti laborauit. Poſt Carolum Saxonici Impp. Chriſtianam religionem per Slauonicas prouincias, *Pomeraniam* nempe vicinaſque regiones vi & bello propagarunt. Vid. *Albini* Chron. Miſniæ. tit. 11. Poſſet hic dubium moueri: *an Carolus M. & alij Germaniæ Principes rectè rem geſſerint, dum Saxones & alios populos, idola adorantes, vi ad Chriſtianam religionem adegerint?* Plerique Politici, qui hanc controuerſiam in theſi perpendunt negatiuè illam decidere ſolent. Coactus enim qui credit, non credit, ſed credere ſe ſimulat, vt malum vitet. Et cultus Dei nullus eſt, niſi ab animo volente procedat. Voluntas autem docendo & ſuadendo elicitur, non minis, non vi. Qui mali ſenſu, aut metu aſſenſum extorquere vult, eo ipſo oſtendit ſe argumentis diffidere. (*Hug. Grot.* l.6. de Verit. Relig. Chr. p. 132. (Caſpar *Barlæus* (in Method. Morum præſcrip. Ducib. *Lyneburg.*) hac de re ita: *Non vult cauteriis inuri fides, ſed rationibus inſtillari, docendo illam magis, quam iubendo; monendo, quam minando ingeras. Et vt in fidibus, quæ diſcrepant, non ſtatim abrumpuntur, ſed paulatim ad concentum reducuntur; ita in fide errores corrigi neceſſe eſt, vt ſuperſint, quos erraſſe pœniteat. Caueant ſedulò Principes, ne, dum pij eſſe volunt, homicidæ*

Origo Et progreſſus Chriſtianiſmi in Germania.

S. Bonifacius.

S. Ludgerus.

comperiantur, ne rigore nimio purpura potius cultores, quam Dei ciues ſuos faciant, aut vaſtitatem inducant, cum idem omnes ſentire imperioſius volunt. Docendi itaque morales ſunt fidem, quemadmodum tenella planta inſeritur.

Niemand In vvol die Herzen Kan
Mit Gevvalt Zum Glauben reizen an.

Inquiſitio Hiſpanica. (*Froſchmeüſel.* l. 2. p. 6. c. 2.) Quid horribilius eſt Inquiſitione Hiſpanica? quæ vbi primum comperit aliquem in quodam fidei capite à Romanâ Eccleſiâ diſſentire, confeſtim ei opponit ſyllogyſmum, ex igne, aquâ, aut laqueo confectum, qui fortius, quam qui primæ figuræ dicuntur concludat, atque vbi mors neceſſariò ingrediatur concluſionem. (*Lanſius* in conſult. Orat. cont. Hiſp.) Et quamvis Autor Floſculorum Hiſtoric. (p. m. 581.) hanc inquiſitionem vocet Sanctum ferrum abſciſſione membri corpus ſeruans; tamen iſta ratio magis tortoribus, lictoribus, & carnificibus, quam Apoſtolis & Eccleſiæ Doctoribus conuenit. Granvellanus, Hiſpanus, apud Sleidanum aſſerit: Neminem quidem eſſe cogendum, vt fidem aliquam profiteatur; ſed id oportere accipi de his, qui non ſunt nominis Chriſtiani. Nam eos qui fidem, ſemel acceptam, abnegant igne poſſe cogi. Cui prudenter Argentinenſes noſtri reſpondent: Igni poſſe quidem aliquem è medio tolli, ſed vt aliter quis credat, cogi non poſſe. (V. *Sleidan.* l. 20. Comm. p. 587.) Superiori ſeculo, quum reformatio religioſa, digito Dei præeunte, vires acquireret, Carolo V. Imp. Hiſpani & Clerici Pontificij vehementer ſuccenſuere quod in Lutheranos gladio & telis nó ageret, ac propterea illum mortuum Aquilam *Einen todten Falcken* appellarût, vt ſcribit *Ioan. Matheſius* (in vitâ Lutheri Concion. 8. p. 95.) Hinc tandem optimum Imperatorem Hiſpano-Ieſuitæ eò adegerunt, vt in Proteſtantes minis, atrocibus Edictis, & armis ageret, vt apparet paſſim ex Sleidani Hiſtoria, in qua (l. 17. p. 534.) etiam occurrit crudelis Alexandri Farneſij vox, dicentis: Se tantam eſſe daturum per Germaniam ſtragem vt in Lutheranorum cruore vel natare poſſet ſuus equus. Cæterum Deo laus quod tandem Proteſtantibus in Germania alma Religionis *In Imperio coactio violenta Religionis ceſſat.* Pax fuerit pacta, qua omnis violenta religionum coactio ceſſare iuſſa, & libertas conſcientiæ indulta, quæ quum iterum feruente bello tricennali præſertim inſtinctu Ieſuitarum à Ferdinando II. premeretur, & tantum non opprimeretur, per Inſtrumentum Pacis poſtliminio quaſi reſtituta. (V. *Inſtr. Pac.* art. 5. §. 11. in fin. fere. & §. 12. verſ. *Placuit porro.*) In hac verò controuerſia de vi coactiuâ circa religionem omnium optimè mihi procedere videtur ſummus Vir Dn. *Herm. Conringius* (in Diſſertat. de Maieſt. ciuil. autor. & offic. circa...

ea ſacra) qui rectè diſtinguit inter ea, quæ in fide Chriſtianâ ex lumine reuelationis, & inter ea quæ ex lumine naturæ dependent. Ad priora neminem cogendum; quoad poſteriora autem vltimum præſidium in vi coactiva poni poſſe: vt itaque è diuerticulo in viam redeamus & theſin hactenus agitatam ad propoſitam hypotheſim transferamus; rectè fecerunt Carolus M. & alij Germaniæ Principes, quod idololatras ab idolorum cultu, cum rectâ ratione & lumine naturæ pugnante, etiam vi atque armis adhibitis deduxerint, iiſque dein, conditis Eccleſiis & Scholis, per ſacros miniſtros Chriſtianum de Deo ſenſum, & Chriſtianum in Deum cultum, inſtillarint. Quod ſi in vno vel altero hîc ab iis peccatum; excuſari illa omnia pio religionis zelo poterunt. Impoſſibile enim in genere morum pænè eſt, in hoc tam arduo ac difficili conuerſionis negotio ſemper rectâ viâ omnibus numeris incedi poſſe. Quinimò quòd Carolus M. tam grauiter armis coëgerit Saxones, religionis propagatio tantum occaſio, non cauſa fuit: Carolo etenim altâ mente reſedit, quàm ſæpius hoſtili animo Saxones in ſe egerint, quàm frequenter fidem promiſſam violarint. Quò igitur conſtantius in fide inpoſterum perſeuerarent, putavit nulla viâ id melius effici poſſe, quàm ſi victos Saxones etiam ad ſuam religionem traduceret, vtpote quùm bene noſſet; Similitudinem & vnionem religionis eſſe adamantinum ſocietatis ciuilis vinculum; Iam rurſus ad propoſitum.

Carolus M. an rectè Saxones ad religionem Chriſtianã adegerit.

III. Calidis ſanè votis optandum erat, vt Chriſtianiſmus juxta puriſſimum Diuini Verbi fontem ſemper manſiſſet in Germania ſincerus. Cæterum poſtquam miniſtri Eccleſiæ, & inter ipſos primatum, quo jure quauis iniuria, adeptus, *Romanus Pontifex*, Apoſtolicam modeſtiam atque humilitatem exuerunt, nimiáque ambitione atque ſuperbia, quæ Crudelitate grauior eſt bonis tandem ex re ſpirituali negotium Politicum facientes, religionem pro modo acquirendi rerum dominia reputarunt; tum Eccleſiæ lethale venenum infuſum, agnis innoxiis vndique aquâ turbidâ facta, lupique rapaces per purgatorium, indulgentias & alias pias fraudes (id eſt, in adiecto contradictiones) immanè quantum Chriſti ouiculas deuorarunt, atque ita tandem decem Dei præcepta in vnum (nempe *Da pecuniam*,) commutarunt. Gemebant tum omnes boni intra præcordia ſua, nec tamen yllam viam ac rationes inuenire poterant, quâ ſe à fæda illa conſcientiarum carnificina atque tyrannide liberare poſſent. Tandem Domino Eccleſiæ Summo ac Eminenti decretum fuit ſpiritu Oris ſui immanitate barbarum ac feritate trucem illum Eccleſiæ ſuæ Tyrannum cum omnibus ſuis miniſtris atque lupis rapacibus ſternere, atque illo cum aſſeclis ſtrato, vlterius omnes vias ape-

rire, quibus fideles tale jugum, Ætna grauius, è conſcientiis ſuis re- jicere poſſunt. Præiuerunt in hac re *VValdenſes* & *Huſſitæ*, ſed nulla clades major Pontificis rebus illata eſt, quam per *D. Martinum Lutherum.* Si rem penitius rimamur ex leuibus cauſis tanta mutatio orta, & quidem ex diſputatione de indulgentiis, quarum merx omnibus bonis non immeritò ſuſpecta erat. *Nonnulli Politici in hac lite notant Leonis X. inconſultam præcipitantiam.* Dum enim miſelli quidam Fraterculi de indulgentiis ita rixari inciperent, atque vtraque pars autoritatem Pontificis adhuc agnoſceret; Papam vtrique parti ſe æquum præbere, atque omnibus ſilentium imponere debuiſſe, ne tenuis ille trames latiſſimè ſibi euagandi viam faceret. Cæterum hæc ita ad hominem quidem diſſeri poſſunt; Magis autem in hoc negotio attendere debemus, quid propoſitum atque decretum fuerit illi, qui templa cæli ſumma ſonitu concutit. Erat enim in fatis vt barbara Romani Papæ in conſcientias tyrannis conuelleretur, & Clariſſimum Euangelij lumen, nullis nubibus atque tenebris obductum, Eccleſiæ ſuæ iterum clariſſimè luceret. Quo facit egregium Geneuenſis Reip. ſymbolum: *Poſt tenebras Lux*, quo nunc, poſt Papale jugum excuſſum, ſibi gaudet, quum antea, vt à Viris doctis accepi, ſymboli loco habuerit: *In tenebris ſperamus lucem.* Videatur Arnoldi Lux in tenebris. Quando itaque Numini decretum erat ſedem Romanam concutere, conſilia Papæ corrupit, eiuſque ſenſus hebetauit, vt ita caſus in culpam tranſierit, &, quod accidit, meritò quoque acciderit. Dum igitur Papa apertè in partes inſtitorum ſacerrimæ illius mercis deſcendit, (Viderat enim majeſtatem atque fictitiam omnipotentiam ſuam obliquè & per latus quaſi peti) præbita eſt occaſio ſuſpicandi hominibus piis atque deuotis, quaſi eadem cum Medicis & Chirurgis agitarent vota Sacerdotes, quibus morbi ac vulnera hominum emolumento cedunt; quod adeò eleganter ac doctè erudito orbi manifeſtarunt Lutherus & alij, vt Solem quaſi manibus portarint. Inde ergo nata eſt occaſio excutiendi Papale jugum vt adeò *Senectus Anti-Chriſti* in Leone X. (qui pleniſſimas *indulgentias* circum circa miſit, *decem aſſibus in ſingulas æſtimatas*, teſte *Alſted.* in Chronolog. Myſter. inquit) inceperit. Lutherus dein, quum Papa apertè litem jam ſuam feciſſet, fulminaque & alia dira in illum euibraret, fiducia bonæ cauſæ fretus, vlterius in Verbi Diuini adyta penetrauit, atque Principibus, Nobilibus & ignobilibus rectum de Deo ſenſum, ac genuinum Diuini Numinis cultum poſtliminio quaſi reſtituit *Seuerinus de Monzambano* (c. 5. de Stat. Imper. Germ.) ne laruam eius Pontificij agnoſcerent, ita Politicè de hoc negotio inter alia diſſerit: *Cum Martinus ille deprehenderet, Sacer-*

Initium & occaſio Reformationis religioſæ.

Menzambani judicium de Reformatione Lutheri.

dotum apud tribunal nihil aqui ſe obtenturum, Laicorum captare fauorem inſtuit.. Exinde Papam, &c. pro judice recuſauit agnoſcere: Et ne Patronis deſtitueretur, docere capit: Ad Principes ſeculares ſpectare curam Eccleſiæ, quumque videant, per bona à majoribus ad pios vſus deſtinata Clericorum ignauiam, & luxuriam ali, fas eſſe otioſa pecora ſagina ſua exeuti. Id à multis auidè arreptum, partim quod pleraque à veritate non aliena dici viderentur, partim quod reditibus ſuis opimam inde alluuionem ſperarent. Increbuerat quoque rumor, ab Italis ſimplices Germanos illudi, dum pecunia, ex peccatis ipſorum redacta, alea, luxuria, aut ad ſatiandam Papalium neptium auaritiam inſumitur. Redibat quoque in memoriam dictum Martini V. Sibi eſſe in votis, vt ciconia fiat, dummodo Germani in ranas verterentur. *Et qui antehac tam maſculè Romanorum arma repulerant, ingemiſcebant, ſeſe obtentu religionis ab imbelli hominum genere tantum non ad fanum edendum compelli.* Hæc ille. Magnum verò Reformationi Eccleſiaſticæ pondus afferebat, παλιγγενεσία bonarum literarum, quæ renouatam ſalutarem doctrinam in regni ſui ſolium reduxit. Habent enim id homines eruditi, vt non facilè adduci queant ad credenda illa, quæ à ratione videntur abhorrere. Dolendum verò eſt, quod hodie multi ingenio ſuo exculto nimium confiſi myſteria, tantum credenda, non rimanda, ad rationis amuſſim exigere infelici audacia non abhorreant. De doctiſſimo Viro H. G. Hollandus quidam tale judicium: *Ille habet religionem doctorum Virorum*; & quærenti alteri: *Quæ eſſet iſta religio?* reſpondit: *Credunt, quod volunt.* Ante paucos annos quidam qui ſe *Amandum Verum* vocat, auſus eſt myſterium Sacro-Sanctæ Trinitatis, à ſeculo abſconditum, ex vera ſua Philoſophia demonſtrare. Idem conare videtur *Robertus Fludius*, Anglus, aquila ille in nubibus, in Macrocoſmo ſuo, in quo etiam deducit, quod *Deus ante mundi creationem ſibi ſoli reluxerit.* Cæterum hæc bonarum literarum intemperantia omni ſtudio tanquam Scylla & Charybdis vitanda. *Neſcire enim ea, quæ Magiſter Maximus nos ſcire non vult, erudita inſcitia eſt*, vt bene loquitur Scaliger. Sed iam rurſus ad rem.

Intemperantia in miſteriis rimandis vitanda.

Camera iuriſdictio in religionis controuerſiis à Proteſtantibus reiicitur.

IV. Hiſce itaque occaſionibus cæpit (Digito Dei omnia dirigente) Reformatio religioſa, & magna pars rituum, & dogmata contra manifeſtum Dei Verbum à Papa & Papiſequis in Eccleſiam inducta, in multis Germaniæ Principatibus, Comitatibus ac Ciuitatibus eliminata, bonaque Eccleſiaſtica, reſectis ſuperfluis, in verum Eccleſiæ & Reipublicæ vſum conuerſa. Super iſtis bonis quum Principibus proteſtantibus tanquam ſuper Eridos pomo plurimæ

lites in Camera intenderentur, & verò hæc in Catholicos videretur pronior, Proteſtantes Cameræ nimium ſuſpectæ, juriſdictionem in religioſis iſtis controuerſijs agnoſcere detrectarunt, & ad liberum atque legitimum Concilium vel vniuerſale vel nationale prouocarunt. Quum verò, Principes iſtis ſolis rationibus & proteſtationibus ſeſe minimè tutos crederent, plerique eorum *Smalcaldiæ* conuenerunt, atque ibi ad repellendam vim, ſi quæ religionis cauſa intentaretur, fœdus ſanxerunt. Secutum dein bellum Smalcaldicum, Interimiſticum, ac Mauritianum (Vid. ſupra part. 1. Diſc. 1.) quæ bella dein per *Tranſactionem* Paſſauienſem ac inſecutam Auguſtam *Religionis* Pacem finita ſunt. Quum verò & hæc fulcra hoc ſeculo nutari inciperent, ac tandem tricennali ciuili bello concuterentur, illa rurſus per Pacificationem Oſnabrugo-Monaſterienſem pleniſſimum robur, perpetuò valiturum, acceperunt. Vid. text. hic.

Origo Pacis Eccleſiarum in Imperio.

Tranſactio Paſſauienſis.

V. Quod tranſactionem Paſſauienſem attinet, illam Pontificij non compoſitionem, ſed diſtractionem vocant: *Eine zerrüttung vom vertrag vnd* perturbirten *Zuſtand des Reichs*, (apud *Lundorp.* Tom. 1. act. publ. l. 1. c. 25. p. 74.) *Inita* eſt illa Tranſact. an 1552. die 31. Jul. inter Ferdinandum I. Romanorum Regem & Mauritium Saxoniæ Electorem: Pacis autem Religioſæ in Imperio fundamentum non ex hac, ſed ex Receſſu Comitiorum Auguſtanorum de an. 1555. inueſtigandum eſſe docet *Hippol. à Lapid.* p. 416. qui ibidem aſſerit, hanc tranſactionem manſiſſe intra terminos priuatæ alicuius compoſitionis inter belligerantes vtrinque partes. Quare etiam ea, quæ ad publicum Imperij ſtatum pertinebant, in futura comitia rejecta ſunt, (§. *VV as den folgends die andere.*) Nec tranſactio nomen conſtitutionis vniuerſalis ſibi vnquam arrogauit, aut Receſſibus Imperij inſerta eſt. Ita Hippol. cuius ſententia ſine dubio vera, ſi originem eius ſpectes: Hodie verò quum in Inſtr. Pac. hæc ab omnibus approbata, non immerito illa Catalogo Legum Imperij publicarum inſeri poterit.

An hæc träſactio ſit Imperij lex publica.

Pax religioſa.

VI. Hanc tranſactionem poſtea, an. 1555. in Comitiis Auguſtanis ſecuta eſt *Pax religioſa*, qua religioni Proteſtantium ampliſſimè cautum. In ea conuentum, ne partes ſe inuicem obtentu religionis inuadant, lædant, aut ad eandem eiurandam vi adigant. Meritò enim *bella religionis* cauſa ſuſcepta à Politicis *irreligioſa* putantur. Bellum enim non eſt legitimus modus tollendæ ex Eccleſia ſciſſuræ. Nam vbi quis religione ducitur, in eo nullum habent momentum vexatio & dolor, iſque ſi vel in Phalaridis tauro peruratur, exclamabit: Dulce eſt, ad me nihil pertinet. Hinc prudentiſſimi

Bella religionis nocët Imperio, eiuſque intereſſe impediunt.

Lanouij querela eſt: *Bella religionis tollere memoriam religionis* [*Lanſius* in Conſult. Orat. pro Gall.] Proinde in Imperio noſtro conſtans & perpetua Politica regula eſto talis.

Si coactio conſcientiarum
Sit praceps nimium, perit fidelis,
Mox affectio quaque ſubditorum,
Et creſcit grauius ſubinde cuivis
Pepetim Domino ſuum periculum.

Dolendum ſanè eſt, quod orci galeâ tecti Ieſuitæ Cæſarem adhuc inſtigare non intermittant, vt ſapienter opprimat in Imperio Euangelicos. De iſtis Antichriſtiani regni fideliſſimis ſubditis circa an. C. 1607. Nobiliſſimus quidam vir Pragâ ad amicum ſcripſit: *Ignea iſta ingenia* (*Ieſuitas intelligit*) *non deſiſtent, donec omnia Ignatianis flammis ſubjiciantur, & Imperij Germanici iam dudum ignauia putredine quaſi confecta fulcra in cinerem redigantur, quo Phœnix Hiſpanicus inde tandem emergere poſſit.* Quid dicam de Principali Ieſuitarum, Papâ ipſo? De illius aduerſus Proteſtantes odio pleni ſunt omnes libri & plenæ ſapientium voces. Quid ſuperiori ſeculo ille aduerſus Euangelium & illi adhærentes tentarit, ſupra p. 1. Diſc. 1. paſſim expoſuimus. Horrendum dictu eſt, quod an. 1619. huius ſeculi Viennæ militia noua ſacrata ſit aduerſus Euangelicos, quam Vrbanus Papa confirmauit, impoſito ei Conceptionis S. Mariæ titulo. Sanè quin an. 1629. Ferdinandus II. Imp. à Papa & Ieſuitis ſit inſtigatus ad emittendum notiſſimum illud Edictum, & ita lapidem offenſionis in Imperio ponendum; Euangelicis ſatis exploratum eſt. Atro calculo hic porrò notandus *Caſpar Scioppius* Apoſtata, acerrimus perſecutor ordinis Euangelici, qui in horrendo libro, quem claſſicum belli ſacri vocat, claſſicum de nouo canit, calcar addit Pontificiorum fœderi [Ligam ſanctam appellant] exhortans vti crudeliter agat Papa, Iberus, cætera turba: Et reſtituant monaſteria, collegia ſacrificulorum. Hoc eſt caput rei: Ne verò oſtendat vniuerſos quos vocant, hæreticos, Germanos excipit Proteſtantes ob Pacem religionis an. 1555. erectam. Ludit hic nebulo, non ſeriò agit. Hæc peſtis humani generis & infamia ſeculi, in illo Claſſico ad Hiſpaniarum Regem conſilium ſcripſit, quo extirpandos hæreticos radicitùs ſuadet: Vænit eius libri exemplar Ticini [puto Mediolani] impreſſum floreno. Ego ne teruncium pro illo eſſe dandum omnibus bonis ſuaderem. Faceſſant autem porrò noxia eiuſmodi conſilia, quibus rubra in regionibus eriguntur vexilla, inſcripto religionis titulo quibuſvé ſuadetur ſalutem Imperij exſtirpatione Proteſtantium eſſe quærendam, vti conſulunt cum Scioppio omnes, ex iſtâ ſo-

Ieſuitæ turbatores Pa. religioſa.

Papa turbator Pacis religioſa.

Scioppius

Ieſuiticum Imperij intereſſe.

cietate, qui à Ieſu quidem ſe cupiunt dici, à Ieſu tamen longius abſunt. Rectius *die Ieſu VVider* ſalutandi. Sed vt ad Pacem Religioſam redeamus. Porrò in ea conuentum, vt in controuerſiis de bonis Eccleſiaſticis Camera ius non dicat: Alia illius Pacis capita Vid. in *Receſſ. Imp. Celeſtin.* De Comitiis Auguſtanis, *Chytræi* hiſtor. Auguſtanæ Confeſſ. & *Chriſt. Lehemannum*, qui acta de Pace religioſa ſtudioſè collegit & publicauit. Quæritur hic *an Pax religioſa, quoad omnes articulos à Statibus ſit confirmata?* Olim hoc fuit controuerſum. De reſeruato Eccleſiaſtico vid. infra. Hodie per art. 5. Inſtrum. Pacis affirmatiua certa.

Quæſtio.

Pax religioſa non eſt vi expreſſa.

VII. Hæc pacificatio religioſa non vi, nec ferro, ſed amiciſſimo Ordinum Imperij inter ſe tractatu inita atque concluſa [vid. *R. I.* de an 1555. §. *Solches alles*] *Suinfurti* primùm an. 1532. menſ. Aprili confecta, dein *Norimbergæ* die 25. Aug. à Cæſare confirmata, *Paſſauij* poſtea an. 1552. repetita, ac tandem *Auguſtæ* an. 1555. conſenſu Imperatoris & Statuum confirmata. [vid. *R. I. de an.* 1555. §. *VVir befehlen vnd gebieten*,] Pax tamen hæc omnia diſcordiarum ſemina tollere haut potuit. Cumprimis circa interpretationem Pacis religioſæ haut paucæ motæ ſunt controuerſiæ; quæ tandem effecere, vt in varia fœdera, *Ligæ & Unionis* nomine, Ordines coïerint. Quum demum Bohemici belli incendium erumperet, & ſupra votum in principio omnia Cæſari arriderent, iſque magnam Germaniæ partem ſub armis ſuis teneret, eò tandem Imperatorem cuius religioſum zelum nôrant, adegerunt Sacri Myſtæ, vt an. 1629. Edictum promulgaret, de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis poſt tranſactionem Paſſauienſem, vt ferunt, ſibi ademptis. In illo Edicto, Cæſar Ferdinandus II. non dubitauit prætextu autoritatis ſuæ Cæſareæ plenè controuerſias omnes ſecundùm Pontificios decidere; & plurima, dudum à Proteſtantibus occupata Pontificiis reddere. *Seuerinus de Monzambano credit Edicti Ferdinandini hanc fuiſſe arcanam rationem*, vt Cæſar ſibi conciliaret Epiſcopos, reliquoſque Ordines Catholicos, & iiſdem perſuaderet, quæ moliretur in gratiam religionis ſuſcipi, non ad opprimenda Ordinum iura. Quod ſi autem hiſce auxiliantibus, aut ſaltem non reluctantibus, Proteſtantes ſubegiſſet, in procliui deinceps erat, reliquos etiam ad nutus ſuos componere. *Hæc ille quæ ego non facio mea, ſed aliis dijudicanda relinquo.* Imò verò eodem tempore haut verecundati ſunt *Ieſuitæ* editis variis libellis, præſertim illo grandiore opere de *Compoſitione Pacis religioſæ Dillingæ* edito, omnibus Proteſtantibus ſimpliciter pacem & ſtatum omnem dubium reddere. Quibus etſi à noſtris nonnulla ſint repoſita itidem chartacea, facilè tamen cuivis paulò pruden-

Edictum Ferdinandi II.

Eius arcana ratio.

prudentiori apparuit, non prius diſituros Ieſuitas, priuſquam in rem transferrent, potentiâ Pontificiorum iam præualente, quæ hactenus libellis ſuis agitauerant. Cardinalis *Caraffa* in Germania Sacra reſtaurata multa prodit arcana conſilia à Pontificiis aduerſus Euangelicos agitata. Initium Reformationis factum *Auguſtæ*, fruſtra reluctante Senatu populoque Auguſtano, nec iuuante interceſſione crebra Saxonici Electoris. Hinc latius vagata eſt hæc flamma & multas Imperij Ciuitates & Prouincias corripuit. *Hæ injuriæ à Ieſuitis excitatæ, & maiora metuenda mala nouis iterum motibus occaſionem præbuere*, vt nimirum Suecorum contra Cæſarem armis omnes mox Proteſtantes per Germaniam ſe coniunxerint, & in cruentum bellum hi conatus finierint, in quo nunc ſacrificuli Pontificij, nunc Miniſtri Euangelici alternante fortuna, exilio ſunt mulctati. *Poſt ſedecim annorum crudele bellum demum in conuentu Europæo Oſnabrugo-Monaſterienſi rurſus pace conſtituta prolixè ſuper negotio religionis fuit cautum* artic.5. & 7. & in artic.17. Inſtrum. Pac. Edictum quoque Ferdinandi II. de an.1629. de Reformatione Pontificia ſublatum & Pax Pragenſis, quam Cæſar & Saxo ſua ſponte conciliauerant. Ita vt *hodie non amplius ſit reſpiciendum ad Tranſactionem Paſſauienſem, aut ad leges Comitiorum Auguſtanorum* de an.1555. *quam ad Inſtrumentum Pacis* publicæ Oſnabrugo-Monaſterienſis locis citatis. (Vid. Dn. *Conring.* ad Lampad. p.3. c.11. §. 6.) Circa Eccleſiaſtica autem in Inſtrum. Pacis potiſſimum de tribus diſponitur. 1. Præter Romano-Catholicam, Lutheranam & Reformatam religionem nullam aliam in Imperio eſſe tolerandam (vid. *art.7. Inſtr. Pac.*) 2. Libertas conſcientiæ & liberum religionis exercitium eſt permiſſum [d. *art.7.*] 3. Reductio in omnibus & ſingulis, religionem concernentibus, inſtituenda ad d.1. Ian. an.1624. (V. art.5. Inſtrum. Pac. §. 2. 9. 14. & paſſim.)

Ieſuitæ Pacem Religioſam in bellum mutare nituntur.

Controuerſia circa interpretationem religioſæ in bellum deſinunt.

Non habent itaque hodie Pontificij, quod huic Paci opponant. Iamdudum enim illorum peſtilens regula: *Hæreticis* (tali nomine iſti homines non inſigniunt per ſummam injuriam, ipſi potius tali nomine digni) *non eſſe ſeruandam fidem.* Quin potius hæc Pax Monaſterienſis in *Rec. Imp. Ratisbon. de an.1654.* in pr. & *Capitulatione moderni Imperatoris* Leopoldi an.1658. §. *vvir ſollen vnd vvollen* firmiſſimè roborata, & ſanctiſſimè ſeruanda iurata fide acceptata eſt. Conſtat quidem Impp. nonnullos à Pontifice abſolutionem petiiſſe à promiſſione de obſeruanda Pace religioſa iurato facta, vt obſeruauit Dn. *Limnæ.* [l.2. de I. P. c.2. num.88.] Hodie vero aliter ſperare iubent tam ſanctiſſima Pacis vincula, maximè cum per *Capitul. Ferdinandi IV. art.34. ſpecialiter promiſum* & cautum, *ne impetretur abſolutio vel*

Pax religioſa hodie eſt firmiſsima.

Diſpenſatio circa pacem Relig. non valet.

prouiſio contra Pacem Oſnabrugénſem. D. Dieterich. ad t. 2. A. B. Macte ergo hac pacifica mente eſto Inuictiſſime *Leopolde* Imperator; & qua prudentia parens tuus Auguſtus hæc Patriæ indulſit bona, eadem tuere atque conſerua, Ieſuitarum contrarias Machinationes, vt & Pontificis molitiones, prudenti ſimplicitate elude.

[Pont]ificiorum nonnullorum arietes contra Pacem religioſam.

VIII. *Pontificij* quidam *Zelotæ* ante concluſam Pacem Monaſterienſem aſſeruerunt: *Der Religion-Friede ſey wider Gott und das gewiſſen, und von keinem Eiferigen Chriſten iemahls gelobet worden.* [Vid. ſcript. cui titulus: *Ver weis warumb die Päbſtiſchen den Proteſtirenden nicht weichen kömen* contra *des Geizkoflers* rationes] *Sey* theologicè *dauon zu reden, als dadurch kezerey zugelaſſen*, in ſubſtantia *vnverantwortlich.* [Vid. Diſcurſ. *von* perſecution *des Reichstags* an. 1613.] An. 1540. *da nach Frohnleichnam* Hagenoa ſcripſit *Decanus* quidam: *Das der Käyſer, Könige vnd die Catholiſche Fürſten die Lutheraner ſolten mit dem Schwerd züchtigen, vnd gehorſam lehren mit der eiſern Ruth. Man könte die vnruh im Reich nicht ſtillen der Luther vnd die Lutheriſchen weren dan zuvor auſsgerottet*, referente Dn. *Strauch.* Diſs. Exoter. 8. th. 27.

Cenſura Pontificiorum Paci aduerſantium.

Cæterùm quod quidem ad hunc *Dn. De cane* attinet, in illum quadrat, tritum illud: *Daſs ein ſolcher Geiſtlicher dem Regiment ſo nuz ſey wie ein Marder im Taubenſchlag:* Et priores Hiſpano Pontificios alij Pontificij moderatiores conuellunt, quos illi *Politico Pontificios* per contemptum appellant. *Chriſtianus* II. Elector ſubinde in ore habere ſolitus eſt: *Er wolte vnd müſte wiſſen ob er es mit allen Catholiſchen, oder mit Ieſuitiſch-Catholiſchen zu thun hette*, vt refertur in *reſponſo ad Cancellariam Bauaro-Anhaldinam* part. 1. c. vlt. *Priores wollen mit dem Kopf durch die Maur lauffen, vnd den Herrn das gewiſſen ſo eng machen, daſs ſie auch ehender Land vnd Leute in ſtich ſezen ſollen, als etwas nachgeben*, (vt notat *Zachar. Geizkofler* in literis ad Cardin. Cleſelium de dato Vlm. d. 8. Febr. an. 1621. ap. *Lundorp.* T. 1. act. publ. l. 10. c. 31. p. 1453.) *Poſteriores* moderatiora conſilia ſecuti amicam compoſitionem internecino bello præferunt: In quorum numerum etiam à feruidis iſtis ſe relatum *Cardinalius Cleſelius* ſcribit ad *Zachar. Gaizkofler* de dato *VVien* d. 24. Decembr. 1634.

Ferdinando I. Imp. Pacē Religioſam fecimus acceptam.

Viuat itaque *Ferdinandus I.* Imp. per omnium ſeculorum memoriam, cuius beneficio & interpoſitione Paſſauij primùm, dein Auguſtæ Vindelicorum Pax religioſa confecta. Wilhelmus Haſſiæ Landgrauius de hoc Ferdinando ita iudicauit: *Er hat mit brieffen vnd freundl. ermahnen bey den Teutſchen Fürſten mehr ausgerichtet als ſein Bruder Carl mit groſſer macht vnd kriegs-koſten.*

Caroli V. affectus erga Pacem religioſam.

Bene interim eſt, quod *Carolus* V. Imp. tandem Pacem hanc religio-

ſam nihilominus ratam habuerit. Hiſpanici ſanè Conſiliarij ſæpe multumque & diu Carolo impedimenta oppoſuerunt quo minus id faceret. Nam quum *Albertus* Moguntinus, & *Ludouicus* Palatinus Ratisbonæ apud Imp. inſtarent, vt pacem religionis an. 1532. initam confirmaret; Vice-Cancellarius *Heldius* obniſus eſt & ſequentem formulam inſtrumento inſeruit: *Keyſerl. Maj. vvere vvillens den zu Augſpurg gemachten Schluſs zu* exequiren *vnd zu volziehen, vnd ſolte ganz Teutſchland darüber vervvüſtet vverden*: Quem tamē inuictiſſimus Imperator *Carolus* egregiè ita interpellauit: *Das hab ich euch nicht heiſſen ſezen; Da ſey Gott vor; Ich begehre mein liebes Vaterland Teutſcher nation, in vvelchem ich die högſte Ehre vnd* Kayſer*l. vvürde empfangen, nicht zuvervvüſten noch verhergen zu laſſen: Dan ein Käyſer ſoll ſich vielmehr mit der hülfe Gottes nach äuſſerſtem vermögen dahin bearbeiten, daſs er die vvolfarth des Reichs beförderc, vnd in demſelbem ſo viel müglich, Frieden pflanze.* Meretur ad hunc §. 1. art. 5 Inſtr. Pac. legi Dn. *Hermanni Conringij* Tractatus de Pace perpetua inter Imperij ordines religione diſſidentes incunda.

Nota Heldij Hiſpani affectum erga Germaniā.

Intereſt Imperij vt Pax religioſa ſeruetur.

IX. Antequam claudo Diſcurſus de Pace Religioſa, lubet hic apponere *Grauamina quæ* circa Pacem hanc *Euangelici* in conuentu Oſnabrugo-Monaſterienſi *exhibuerunt*. Ita enim ſe habet *ſextum Grauamen*: *Aus* Burchardi Autonomia (ſc: *Von Freyſtellung der Religion*, cuius autor ab aliis creditur *Franciſcus Burchardus* Cancellarius Colonienſis; ab aliis *Andreas Erſtenberger*, certè rerum & cōſuetudinum Imperij ſatis peritus, etſi Proteſtantibus ſummè iniquus. Dn. *Conring.* ad Lamp.) *vnd der Dillinger Friedhäſſigen Buch* Compoſitio Pacis *genandt, vnd in andern verbitterten* Scriptis *iſt gnugſam zu erſehen, das ſelbe vnruhige Leute den Religion-Frieden durch allerhand gefährliche* aſſertiones (*als daſs er ein bloſſes* temporal-*vverck vnd abgetrungene toleranz ſey, vvelche diejenigen, ſo davvider proteſtiret, nicht leide, vnd* quoad Lutheranos ſtrictiſſimè *zuverſtehen. Daſs in Kayſerl. Maj. vnd der Ständen Mächten nicht ſtehe über Geiſtl. Güter, ob ſie gleich vom Reich zu Lehen gehen, zu* diſponiren, eò quod ſint res extra commercium hominum poſitæ, *daſs desvvegen auch den Euangeliſchen keine* Commoda poſſeſſionum, *vveniger einige* præſcriptiones *in Geiſtlichen Sachen zugeſtatten, &c. vnd vvas dergleichen vorgeben mehr ſind) gerne über den hauffen, vnd die Euangeliſche vvieder vnter die Gevvalt des Pabſtes vverffen vnd ſtecken möchten. Andere erkennen zvvar den Religion-Frieden für einen ſteten evvig-vvehrenden Frieden, ſie ſuchen aber gleichvvol* ſub ſpecie recti *eben den zvveck, nemlich die Durchlöcherung des Religion-Friedens vnd die daran hangende Auſsrottung der Euangeliſchen: Derhalben ſie* importunis & falſis precibus *bald vvi-*

Grauamina Euangelicorum ſuper Pace religioſa in conuētu Oſnabrugo-Monaſterienſi.

Mens Pontificiorum circa Pacem religioſam.

der dieſen bald vvider jenen ſtand dergleichen proceſs erheben, derer anfang ipſa executio gevveſen, endlich aber vff das beſte erachtet, alle Euangelicos auff einmahl zucondemniren, vnd die negſtverſtorbene Käyſerl. Maj. bevvogen, daſs ſie exemplo planè inaudito vngehäret einiges Euangeliſchen, auch nicht aller Catholiſchen ſtände an. 1629. ein Edict emittiret, vnd darin vom Religion-Frieden in den fürnembſten puncten pro Catholicis declariret. So viel aber das übrige belangend, ſolches zvvar zu fernern Bedacht auſsgeſezet, gleichvvol das Edict auff ſolche principia gegründet, daraus leichtlich abzunehmen vvas man ins gemein für einen Religions-Frieden ins künftige zugevvarten haben möchte. Vnd ſind hierauff alſbald die Executions-Commiſſarij ins Reich geſchickt; auch denen Käyſerl. Generalen die aſſiſtenz ernſtlich anbefohlen, vnd die execution mitt allem Ernſt, alles der Euangeliſchen Bitten vnd remonſtrirens ohngeachtet an die Hand genommen vnd fortgeſezet vvorden. Atque hinc tot annorum lachrymæ. Gedachtes Edictum nennen S. Kay. May. ein Edict vnd declaration; die Catholiſche Geiſtliche aber pflegen es eine Edicta liſche ſentenz zunennen. Es iſt aber alſo damit beſchaffen daſs es als eine declaration nicht binden kan, dievveil die einſeitigen declarationes in dem Religion-Frieden auſstrucklich verbotten. Vim legis kan es auch nicht haben, dievveil, vvie obangeführet, im Römiſchen Reich ad formam ſanctionis pragmaticæ conſenſus Statuum erfodert vvird, vvelcher hie ermangelt. Eben ſo vvenig hat es die Subſtantial ſtucke eines kräfftigen Richterlichen auſsſpruchs; Dann S. Käy. Maj. nennen ſich Aduocatum deſs Stuhls zu Rom: Sie ſeyn ſelbſt der Religion zugethan gevveſen, vnd alſo fort, gleich vvie auch König Ferdinand in auffſezung des Religion-Fridens ſich vnterſchiedlich alſo fort mit den Catholiſchen coniungiret. Nemo autem poteſt iudicare in propria cauſa, ſagt der Käyſerl. Reichs-Hoffrath in notis ad literas Sereniſſ. Saxon. Elect. d. 28. April. an. 1629. num. 4. So ſeind 2. auch die Euangeliſche niemahls darüber gehöret vvorden, die doch Beklagte ſeyn ſollen, vvie auch dieſes von den Euangeliſchen zur Gnüge vviederleget, daſs der Röm. Käy. Maj. Sie niemahls heimgeſtellet, über ihre ſo lang geführete grauamina auf eine ſolche vngevvohnliche vveiſe zuerkennen, aut neque auditis, neque conſentientibus ipſis den Religion-Friden zu declariren, vnd zvvar dergeſtalt, daſs dadurch die Euangelici in einen viel gefährlichern Stand, als vor dem Religion-Frieden, oder vielmehr augenſcheinlich auſs allem Frieden geſezet vvürden. VVelches den Catholiſchen vmb ſo viel leichter zuerlangen, dievveil ſie ſich ſelbſt zu Richtern vffvvorffen: vver vor einen Euangeliſchen zu halten, vnd

Cenſura Euangelicorum ſuper Edictũ Ferdinãdinum.

Poteſtas ferendarum legum penes quem ſit in Imperio.

Cæſar in religioſis controuerſiis Euangelicis ſuſpectus.

conſequenter *deſs auff die Augsburgiſche* Confeſſion *gegründeten Religions-Frieden fähig ſeye oder nicht. VVelche* cognitio *ihnen ſo wenig eingeräumet werden kan, als wenig die Euangeliſche begehren zu* judiciren, *wen ſie für Catholiſch erkennen ſollen, oder Vncatholiſch halten. Aus welchen allen die* nullitet *ſolches* Edicts *vberflüſſig erſcheinet vnd deswegen auch ſolches namentlich zu* caſſiren, *vnd auſs dem grunde auffzuheben, auch hinfuro des albereit durch den Religion frieden abgethanen* interims, *im Reich nicht mehr zugedencken gebeten wird.* Annectunt huic grauamini Euangelici: *Euangeliſchen theils ſuchet man anders nicht, als was auffs Recht, die Billigkeit vnd beſtendige* rationes *gegründet, wünſchen vnd begehren von herzen mit Ihren Lieben Reichs-Mitgliedern, vngeachtet des vnterſcheids der Religion in redlichem Teutſchem Vertrauen, Fried vnd Einigkeit zu leben, biſs Gott Gnade giebet, daſs Sie in einigkeit des Glaubens vnd der warheit zu vns tretten, vnd alſo beyde Theyle ein Herde vnter dem einigen groſſen Seelen-Hirten Chriſto Ieſu werden verbleiben mogen.* (Vid. *Theat. Europæ*, Tom. 5. p. 1046.) Grauaminibus hiſce Euangelicorum in artic. 5. ſatis abundè eſt ſatisfactum, vt ex ante allatis facilè cuilibet conſtare poterit.

DISCVRSVS III.

D E.

SPE ECCLESIASTICAE.

in Imperio Concordiæ.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 1. verb. Donec per Dei gratiam de Religione ipſa conuenerit.

Diuerſitas religionis in Imperio diſcordias parit.

I. RARISSIMA eſt in Rebuſpublic. concordia, in quibus vigent diuerſæ religiones. Quantas diſcordias & ſimultates in noſtro Imperio non peperit Religionis diuerſitas. Vt non immeritò Dn. *Conring.* (in Præfat. ad Caſſandri controu. p. 139.) conqueratur: *Hodie intergerinus paries (proh dolor!) diuidit Eccleſias: Et in Germania alibique eſt Roboam & Ieroboam; Ieruſalem ac Samaria.* Vnde nata eſt exteris ſæpius optata occaſio Imperij viſcera inuadendi. Nimirum religio jam ab ipſius mundi primordio diſſidij cauſa fuit; quum tamen hæc, quod hominem Deo ſociet, homines inter ſe pacis coagulo etiam conſtringere deberet. [Vid. Dn. *Schoock.* l. 1. de Seditionib. cap. 36.]

Diſſidium religionis per concilia in Germania tolli non poterit.

II. Superiori ſeculo quum in multis Imperij Prouinciis & ciuitatibus religio Chriſtiana ab omni fermento Pontificio, fruſtra ringente Papa Romano cum ſuo clero expurgaretur; ex eo tempore mentio compoſitionis religionum ſæpè in Comitiis iniecta, inprimis verò anno 1530. quum Carolo V. Auguſtana Confeſſio exhiberetur, atque publicè prælegeretur. Proteſtantes ad tollenda religionis diſſidia Concilium generale ac liberum ſemper poſtularunt. Cæterùm quàm plurimas ambages habuerit iſta res, dolis ac machinationibus Pontificum, concilia minimè ferentium, bene expoſitum legas apud Sleidanum in Comment. ſuis paſſim. Vt adeò Oecumenicum concilium ad diſſidia religionum in Eccleſia tollenda vix ſperare li-

ceat. De *Concilio Tridentino* Vid. *Pauli Seruitæ* Veneti Hiſtoriam Concilij Tridentini. Nimirum Papa non amplius fert liberos in Conciliis cenſores, & vult haberi major concilijs eorumque decretis minimè ſe conſtringi patitur. Qua ex re fit, vt concilia per ſe hodie non poſſint præſtare religionis concordiam: Quum enim Epiſcopi aut Theologi alicuius concilij, præciſè debeant dicere idem illud, quod etiam ſentit Præſul Romanus, jam concilium deſinit ſimpliciter eſſe liberum, & Proteſtantes ne viſitare quidem talia concilia volunt, niſi facultas detur, autoritate Papæ ceſſante, liberè ſentiendi. Dn. *Textor.* de Moderna Rat. Stat. German. p. 654. 655. Quod Nationale concilium in Germania inſtituendum attinet, illud etiam, vt nunc quidem ſunt mores, non erit expectandum. Hodie enim Pontificij ita pæne ſunt inſtituti à Ieſuitis vt nec putent ſibi licere citra conſenſum Papæ nobiſcum vnum in cœtum coïre, nec ſibi fas eſt à ſcitis Pontificum deſciſcere. Ex quo enim inſtitutio Ieſuitica cœpit obtinere ſimul Hildebrandina doctrina de Vicariatu diuino Papæ animis hominum impreſſa eſt. Ita autem ſi animati fuerit Epiſcopi non poterunt cum fructu nobiſcum ſacrum conuentum inſtituere. Conciliorum tamen vice poſſunt hodie inſtitui colloquia de ſacris, quod factum Carolo V. & Ferdinando Cæſaribus. [Dn. *Coring.* ad Lampad. p. 3. c. 12. §. 8. ſub cuius præſidio etiam Dn. *Maderus* Diſput. egreg. de concilijs habuit, quæ circa hanc materiam legi meretur.]

Papa nō fert Chriſtiana & libera concilia.

Ieſuitarum inſtitutio regnum Pap. ſtabilit.

III. Quovſque igitur apud Catholicos hæc obtinebit maxima: *Pontificem eſſe ſupra concilia, nec errare poſſe*, eovſque non eſt, vt ſperemus vel qualem qualem Religionis tranſactionem conciliorum remedio perficiendam. Quod quum conſideraretur ſuperiori ſeculo, & tamen odia inter Catholicos & Euangelicos plus quàm Vatiniana eſſent, hinc primùm per pactum Paſſauienſe, in id ſub certis conditionibus conuentum, ne altera pars alteri propter religionem vim faciat, quod in pace Relig. de an. 1555. itidem ſancitum & confirmatum eſt.

IV. Quæritur autem an non vlla aliqua, diuerſitates religionum componendi ſpes ſubſit? Theologi noſtri vix vllam Eccleſiaſticam concordiam cum Romanenſibus ſperant, pacémque ante fidam niuibus & flammis futuram credunt, quàm niueæ ac puræ Euangelicæ doctrinæ cum impura Papali doctrina conſonantiam. Solem cum Cimmerio, lucem cum tenebris in communionem venire non poſſe. Et quamvis omnino optandum eſſet, vt quotquot in Chriſti diſciplinam ſeſe dediderunt, idem omnes de Deo & eius cultu vnanimi corde ſentirent, adeoque Eccleſiæ corpus vnum, vnus Spiritus intus ageret, tamen hoc ipſum verius inaniter optari, quàm ſperari poſſe, cer-

tiſsimus magiſter euentus jam producit. Ferendum itáque eſſe Politici conſuluut, quod mutari non poteſt: *Man müſſe dem vvetter ſeinen lauff laſſen, vnd gedencken vvie die Bürger zu Calis, vvelche das Donnern, vvetter-leuchten, vnd Plaz-regen in Gottes nahmen geſchehen lieſſen.* Et verò ſi rem penitius intuemur, non videtur inter Euangelicam & Romanam religionem in Imperio conſolidatio exiſtere poſſe, quamdiu doctrina de omnipotentia item infallibili ac imperioſa authoritate Papæ juuentuti Germanicæ in terris Catholicorum à Ieſuitis inſtillatur. Omne enim traditionum fidei Romanæ quaſi tectum huic vnico fundamento innititur. Vide de hac re Dn. *Hermanni Conringij* ſcriptum cui tit. *fundamentorum fidei Pontificia concuſſio.* Deponat itáque Romanus Pontifex Vice-Deatum ſuum (neque titulo legitimo neque bonæ fidei innixum) induat Catholicam & verè Apoſtolicam modeſtiam; triplicem coronam ſuam à capite dimittat, Patrimonium Sancti Petri (quod ficto titulo ita vocat) cum vrbe Roma Imperatoribus noſtris, legitimis illarum ditionum Dominis, reddat; Chriſtíque & Diſcipulorum eius humilitatem ex animo ſectetur; Politico Magiſtratui, [Trinunius Dei in terris Vicario] animam ſuam ſubjiciat; [Rom.13.v.1.2.&c.] Verbum Dei ipſe cum clero ſuo, abjectis caputiis, in ſacro ſuggeſtu ſincerè prædicet; ſacramenta iuxta ordinationem Verbi Dei adminiſtret; traditionéſque ſuas cerebrinas, vltra mille Mæandros tortuoſas ac flexuoſas, æternâ amneſtiâ aboleat: Et tunc in Eccleſiaſticam Rempub. redibunt aurea ſecula, & ſic Palæſtinam, vbi

Papa concordiæ Eccleſiaſtica obex.

Flumina iam lactis iam flumina Nectaris ibant,

Etiam in Germania noſtra habebimus. Tum enim miſeri Germani in nationali quodam concilio, Præſide Imperatore, diſſidia religionis, *Pap Imperio* ceſſante, tandem aliquando componi poterunt. Vide etiam poſthumam B. *Georgij Calixti* Oration. de concordia Eccleſiaſtica. Cæterùm hoc in militante Eccleſia vix continget; roſæ itaque & coronæ piè & ſincerè ſub vexillo Chriſti militantibus in triumphante Eccleſia futuri ſeculi reſeruantur. Provt enim adhuc ſtatus rerum in Eccleſia Romana eſt, quamdiu non licebit vlli dicere: *Papa quid facis?* de emendatione Papali parum aut nihil ſperare licebit. Nam adeò pertinax eſt iſte Romanus Archipræſul, vt planè nec precibus nec pijs admonitionibus locum relinquere velit, quamvis poſſit & debeat. Et verò jam olim ſub Ioanne Ducâ Imp. Germanus Byzantinorum Præſul, Honorij & Romanenſium tyrannidem auaritiámque notauit, hortatúſque epiſtolis, vt ſaniorem ad mentem redirent. Sed nihil profecit, ex eóque Græca Eccleſia, quæ à Latinorum dominatu Romam cæperat vt matrem venerari, deinceps edocta mo-

Reformatio Curiæ Romanæ optanda magis quàm ſperanda.

Pontifex Rō. emendationem ferre non poteſt.

res eius, tanquam meretricem nouercantem execrata eſt, vt Matthæus Pariſienſis notat. Ad hoc emendationem Papalem hodie inprimis reddunt difficillimam calidiſſimi pariter ac nequiſsimi Ieſuitæ; quos ab Auctore ſuo Lojolitas rectius appellaueris. Hi temporum rationi ſua aptantes conſilia, vt inclinatam & ad lapſum iam pronam rem Romanam qualitercunque fulciant, & nutantem pænéque fuſam ſuperſtitioſi Papatus aciem ipſi reſtituant; non tam antiquis illis aptis, ad antiquam ſimplicitatem circumſcribendam, artibus impugnant, quàm nouis machinis, mirabili ac incredibili ſolertiâ fabricatis, ad Babylonicam turrim inſtaurandam vtuntur, & conſiliis pugnant adeò callidis, vt etiam ſagaciſsimo cuíque poſsint imponere. Illorum ſtratagemata iam tum docto calamo depinxit Alphonſus Vargas Hiſpanus; Quantâ verò vafritie iidem anatomiam Politicam totius Europæ ſingulis menſibus inſtituant, optimè addiſcere poſſumus ex ſcripto quodam Italico, quod Latinè verſum Vir Clariſs. *Matth. Berneggerus* in obſeru. Polit. 13. erudito orbi ob oculos ponit; Adeo autem in aprico eſt nebulonum illorum improbitas, fraudéſque doliſque, vt vel reſonabilis echo illam etiam apertè ac palam profiteri cogatur. Facetum enim eſt, quod aliquando H. circa cænobium quoddam obſeruaui: Quærentibus enim ibi pueris: *Eſt-ne Schelm Ieſuita?* aliquoties aëris filia reſonauit: *Ita.* quem iocum rei ſeriæ hic apponendum duxi. Ridentem enim dicere verum quid vetat? De cætero ego in rebus fidei *Iacobi Fabri*, Stapulenſis [in Præfat. ad Euangel.] votum probo qui ita ait: *Vtinam credendi forma à primitiua peteretur Eccleſia, quæ tot Martyres Chriſto conſecrauit, quæ nullum ſcopum præter Chriſtum habuit, nulli cultum præterquam vni Trinóque Deo impendit.*

Ieſuitæ regnum Papale fulciunt.

Iacobi Fabri votum.

V. Ioh. Wolfgangus *Textor* nouiſsimè (in tract. de verâ & genuinâ rat. ſtat. Germ. p. 687. 688.) de religioſo concordiæ negotio ita cenſet: *Quoniam controuerſiæ inter Pontificios, Lutheranos & Caluinianos (quippe quæ tres Religiones Legibus publicis in Imperio hodie ſunt confirmatæ) aut omnes aut certè quàm plurimæ circa fidem magis quàm de fide verſantur, & verò ex altera parte omninò bonum foret Reipub. Ciues ac ſubditos per diuerſas Religiones mutuáſque illorum exacerbationes, qui oleum flammæ, quàm aquam afferre malunt, animis inuicem non ita abalienari, ſed reduci vel plenam, vel ſalutem quæ ſaluis fidei principiis haberi poteſt Religionum Concordiam; hinc dico ad rationem ſtatus Germaniæ pertinere, ſaltem quoad bene eſſe, vt tentetur, ad maiorem inducendam Statuum vnionem, diuerſitatis Religionum compoſitio.* Hæc ille. Optimum quidem conſilium, ſed quod forſan, quoad Pontificios nunquam ad effectum deduci poteſt, ratio eſt, quia Papa cum

Textoris conſilium.

Intereſt Imperij vt tentetur religionum compoſitio.

ſuis Ieſuitis hic obicem ponit, vt antea ex *Dn. Coringio* audiuimus. Et ſanè hodie Papani Doctores informatum Principem ſuum monent, vt pendeat ab vno Papa Romano. Vnde non dubitat ſic ſcribere *Saauedra* Vir aliàs prudens (*Symbol. Pol. 94.*) *Quod Sol in linea Æquinoctiali efficit tam illuſtri cæli parte, vt nonnemo exiſtimet, Deum Opt. Max. ſuam in ea fixiſſe ſedem*; (ſi tamen eius immenſitas vllo certo loco definiri poteſt) *Idem in Orbe hoc inferiori operatur Tiara Pontificia, quæ ex Romana Vrbe velut fixo quodam æquinoctio diuinæ ſuæ lucis radiis vniuerſas Mundi Prouincias colluſtrat. Item: Tiara iſta lapis Lydius eſt, ad quem explorantur coronæ, & auri argentique illarum probitas expenditur.* Et mox: *Eæ verò quæ ad lapidem iſtum Lydium Apoſtolicum probari detrectant, plumbeæ ſunt & Stanneæ, quas tempus modicum atterit conſumitque.* Hæc & alia, Papicolis tantum ſeruientia, affert Saauedra, de quo vid. Dn. *Schoock.* l. 3. de Sedit. c. vlt. vbi egregiè illum erroris redarguit, & fictitiam Pontificis majeſtatem, omnibus Regibus & Principibus injurioſam, proſternit.

Papa ubi ſ... cōcordia Eccleſiaſtica. Saauedra error circa Papam.

VI. Religionis compoſitio hucvſque ad felicem ſcopum perduci haut potuit ob triplicem rationem: 1. Quòd Concilium Generale vel ſaltem Nationale inde à tempore Reformationis nullum fuerit, quod vtrinque fuerit agnitum, imò vix ſpes eius vlla ſupereſt. 2. Quòd in Colloquijs, quæ contigerunt, acerbæ tantùm vtriuſque partis diſputationes fuerint auditæ, magis ad victoriam & oſtentationem, quàm ad veritatem abſque vlla animi præoccupatione eruendam, directæ. Dn. *Textor.* l. c. p. 659. & ita iis aliud ferè non actum quàm quod charitas magis deleta, & diſſidia diſſidijs prioribus addita, vt ita id quod adhuc pacis reſtabat, vlterius ſit ereptum. De *Colloquio Thorunienſi.* Vide Dn. *Georgij Calixti* relationem, cuius *colloquium* cum Pontificijs *in Hamelſchenburg* Hildeſiæ typis expreſſum, omnino legi meretur. Præterea adhuc hodie multùm Religionis compoſitionem remorantur acerba dicteria, conuitia & aculeata ſcripta, hinc inde inter partes emiſſa. Caſtitas in ſcriptoribus, juxta & in Lectoribus charitas deſideratur. Non adeò ante multos annos quum Wittebergenſes ac Lipſienſes Theologi in Optimum noſtrum *D. Georgium Calixtum* mitem ac valde moderatum Theologum, ſuperbè pariter atque acerbè inueherent, quot conuitiorum plauſtra tum in ſcriptis Hulſemannianis & VVellerianis adſpeximus? Nimirum eò res rediit vt *Theologia Academica hodie in totum Polemica ſit*: Noua & curioſa de Deo paſſim dicuntur, & quæ mirari aliàs decebat, nunc periculoſa aleâ rimantur: Multæ quæſtiones inceſtæ extricantur, & libri vægrandes ad bellum ſacrum conducuntur. Omnes ad victoriam, pauci ad veritatem, quæ altercando amittitur, pauciſſimi ad Pacem auris

Cauſa quare hactenus religiones nō ſint compoſitæ.

Theologi hodierni perſonalia in ſcriptis ſuis maximè agitāt. Calixtus

Hodierna Theologia abuſus.

gantur. Teruntur doctorum & indoctorum manibus *Loci Communes*, *Poſtillæ* ſine numero, quæ ædificiis integræ Vrbis tegendis ſufficerent in quibus totis paginis ad lubitum controuerſiæ finguntur ac refinguntur, dogmata ſcholarum pro articulis fidei habendis vrgentur, & conſcientiis, vt neceſſaria ad ſalutem, proponuntur. Excogitantur centones phraſium incommodarum, ex quibus indies numerus controuerſiarum creſcit. In Catalogis Francofurtenſibus magna copia librorum Theologicorum apparet, quibus paſſim locutiones incommodæ, phraſes particulares, opiniones & rixæ, in commercio Polemico ortæ, continentur. Quod D. Staupitius ſuperiori ſeculo, id multò magis nos hac Theologorum ætate dicere poſſumus. *Quis nos liberabit de rixoſa & contentioſa Theologiâ?* In Academiis non paucis hodie magis ingeniorum, quàm animarum cura geritur, & altercando pro & contra veritatem, perſonatis Chriſtianis, qui, (dum odia, & pugnam Chriſtianorum ſpectant, & bellum cum vitiis negligi vident) ad Libertiniſmum & VVeigelianiſmum labuntur: euaſurique iſta, nouam ſpeciem pietatis fingendo, veram magis delent. Hodierna itaque Eccleſia, eſt tanquam nauis, quæ ſalo jactatur, in cujus perniciem vndæ, venti, hoſtes conſpirant, iam tenebræ conduplicantur, dies oculis eripitur, ſtrident funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt, crebri fluctus ſeſe inuehunt, rimis omnia fatiſcunt; *vix durare carinæ poſſunt, imperioſius æquor*: Interea vectores & nautæ, commune periculum obliti, mutuam ſæuitiem ore & calamo pro ſe quiſque furore immani ac intempeſtiuo exercent. Ita exoleuere dudum Pacis & concordiæ ſtudia, & agitata Chriſti nauicula ludibrium ventis debet, nudumque remigio latus vndis præbet. Nam remiges incerti contraria in ſtudia ſcinduntur, ipſo Rectore Chriſto velut obdormiſcente. Hinc ſurgit *Auſter* auaritiæ, illinc *Aquilo* ſuperbiæ, inde *Boreas* iracundiæ: *Nos perimus*, nemo clamat, *Serua Domine*; clamant omnes, jò *Triumphe*. Non populus jam, non vulgus ignobile ſæuit animis; *Factus eſt Sacerdos ſicuti populus*. De Trinitate, quæ ſibi ſoli nota; déque decretis Dei, quorum non aliter conſtat ratio, quàm ſi nemini reddatur; déque aliis ejuſmodi, quæ nec licet ſcire, nec prodeſt, anxie hodie diſputatur, non tutò, ſed fruſtra. Nemo cœleſte myſterium diſcutiat ratione terrena. *Quid æternis minorem conſiliis animum fatigas? Solis ad aſpectum ſi acies mortalis hebeſcit Enthea ſcrutari mens tua cæca nequit. Paulus* ſubuectus in tertium cælum, quæ vidit non potuit enarrare; nos humi ſerpentes adhuc enarramus velut conſcij, quæ nunquam, ne per nebulam quidem, vidimus. Non conſtat ſine arcano Majeſtas; & nos in Dei ſacrarium emiſſitios oculos euibramus, & non bene initiati Epoptas-

Curioſitas Theologorũ hodie nimia dum arcana Eminentiſſima Diuina Maieſtatis eiuſque Archiua ſcrutari conantur.

agimus. Nos faſtidimus aperta in Scripturis, clauſa & obſignata in cælis quærimus, & excitamus fluctus in ſimpulo. In ſimplicitate fides eſt; non per difficiles quæſtiones nos Deus ad vitam æternam vocat. *In abſoluto nobis ac facili eſt æternitas*, inquiunt veteris Eccleſiæ Doctores: *Ieſum ſuſcitatum à mortuis per Deum crede, ac eundem Deum Deo natum confitere: & ſublime ac inæſtimabile Trinitatis Myſterium, prende fide, quum humana ratione* certis limitibus atque cancellis circumſepta, nequeas. De bona fide quum agitur, de apicibus juris diſputare minimè decet. Febriculoſis quæſtionibus Cæleſtem Sapientiam ex ſua Majeſtate detrahere noli. Placet mihi optimi noſtri D. Lutheri ſermo, quo aliquando in cænâ ad conuiuas vſus eſt: *Curioſi in religione mali. Das iſt das beſte, nur nichtes* diſputiret, *ſondern geſprochen mit ganzem Herzen: Credo in Ieſum Chriſtum Dei filium: Mehr Uveiſs ich nicht, nec volo plus ſcire.* Grande etenim eſt myſteriorum arcanum: Mens concipit; loquitur lingua; nec concipere tamen mens poteſt, quod concipit; nec lingua eloqui, quod loquitur. Sereniſſimus Legiſlator Brunſuicenſis in Corpore Doctrinæ Iulio (in Tit. *Von Gott*) egregia hæc & cedro digna refert: *Es ſollen aber die Prediger ſich fleiſſig fürſehen, das Sie nicht allerley ſpizige diſputationes von dieſem groſſen Geheimniſs der H. Dreyfaltigkeit vor dem gemeinen Volck, ihre Kunſt dadurch Zubevveiſen, regen: Sondern bey der Einfalt bleiben, vnd das Volck vermahnen, das ſie fürnemlich in dieſem articul deſs Glaubens, ihre Vernunfft gefangen nehmen müſſen vnter den Gehorſam des Glaubens.* Simplici Chriſtiano illud abſolutè neceſſarium, ſine quo non poteſt conſiſtere in vltimo judicio, nempe Miſericordia Patris in Ieſu Chriſto, quam Spiritus Sancti operatione conſequimur. In iſtam fidem, qua creditur, Deus in nouiſſimo die inquiret, non autem rogabit de hujus aut illius partis controuerſiis, & quæſtionibus fidei annatis. Ad ſummam: *Verus Theologus Chriſtianus eſt, qui ore, opere & pectore Chriſtum ſpirat, qui ſemper Dei Oracula, non quæſtiones frigidas meditatur.* (Vid. *Alexandri Mori* Orat. de Pace.) Quales inter noſtrates olim fuere immortales Theologi *Ioannes Gerhardus*, cuius Praxis pietatis & Meditationes Sacræ Theologum verè Chriſtianum ſpirant; *Ioannes Arndius* cuius hortus Paradyſi multos in cæleſtem Paradyſum duxit, *Ioſua Stegman* & alij pij & Moderati Eccleſiæ noſtræ Doctores. Mirabilem hiſtoriam circa prædicti Arndij *Paradis-Gärtlein* que præterito tricennali bello in pago *Langengenſs* in Haſſiâ contigit, vide in proœmio aureo iſti libello præfixo. Sed redeundo ad contentioſos & rixoſos Theologos non vltimum ſanè Majeſtatis ciuilis circa ſacra officium eſt, ad reducendam Religionis in Imperio compoſitionem ſub ſeuera pæna inhibe-

Fidei Chriſtianæ compendium.

Veri Theologi qui.

Gerhardus.

Stegman.

re, inuectiuas illas, ac in Eccleſiis certè nihil profuturas, diſputationum ac concionum acerbitates [Vid. *Inſtr. Pac. infra art.* 5. §. 17.] in quo exemplo jam præiuerunt duo Imperij Atlantes, Sereniſſimi ſcilicet Electores Brandeburgicus & Palatinus: *Dañ vvorzu hilfft das verkeʒern vnd verdammen auff den Canʒeln?* Bene in rem præſentem loquitur Dn. *Eitel Friderich von Heerden* [*in der Grundveſte des Reichs* p. 326.] hoc modo: *Es iſt kein Zvveiffel vvan die Verbitterungen nachlaſſen, vnd die affecten* [*VVornor als einem Dunckeln Nebel die VVarheit nicht recht zu erſehen oder ʒuerkennen*] *beyſeit geſeʒet vverden ſolten, es vverde ſich durch Gottes Hülffe dahin ſchicken, daſs man auch in denen Religions ſtreittigkeiten ſelbſt möchte etvvas näher ʒuſammen tretten.* Hæc ille & nos cum illo. Nec minus ad amicabilem religionis in Imperio compoſitionem faciet, ſi ex doctiſſimis & magis pacificis Theologis certo numero vtrinque aliqui aſſumantur, qui amicabili modo inuicem merita controuerſiarum accuratè ponderent, & qui non ad oſtentationem vel victoriam, ſed ad veritatem eruendam ſimpliciter colliment. [*Dn. Textor.* de Rat. Stat. German. p. 689.] Porrò Imperator & ordines hodiernis colloquiis religioſis, ſi non per ſe, ſaltem per Deputatos, iis intereſſe poterunt, vt omnia tantò melius & candidius peragantur. Vid. pl. *Dn. Textor.* l. c. p. 690. qui etiam p. 662. aſſerit: *Aduerſarios in fidei fundamentis cum Lutheranis conuenire, & diſcrepantiam magis eſſe in quæſtionibus circa fidem, quæ affirmari vel negari poſſunt, ſalua ſpe ſalutis*, Hinc idem Autor p. 666. aſſerit. *Nec Lutheranos nec Catholicos ſatis cauſæ habere, cur ſibi hæreſeos notam inuicem inurant, quum centeſimus quiſque ex vulgo controuerſas illas quæſtiones non intelligat, & tamen quia articulos fidei nouit & credit, ita ſaluetur.* Hæc enim eſt vita æterna vt agnoſcant te ſolum verum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Iohan. 17. *Medium ſalutis* porrò non *conſtare* 1. *In quæſtione: Quis ſit iudex in controuerſiis fidei dijudicandis?* Poſſe enim ſaluari ruſticum Lutheranum vel Romano-Catholicum etiamſi illius quæſtionis deciſionem ignoret; atque adeò hanc quæſtionem non incidere in ſpeciem articuli fundamentalis, ſine cuius cognitione nemini poſſit contingere ſalus. *Quod ad hominis liberum arbitrium in ſpiritualibus attinet*, non eſſe cur ob hunc punctum nos adeò ſeparare debeamus. Satius eſſe, vt humiliet ſe homo coram Deo, & ſilentio, vel potius ignorantiâ ſuâ, quæſtiones iſtas de libero arbitrio, niſi quatenus inter doctos agitantur, in ſpiritualibus prætereat. *De controuerſia illa: An fides vel bona opera iuſtificent?* ſic *D. Textori* videtur: Melius eſſe ſi vtraque pars vel Catholicorum vel Proteſtantium, miſſa iſta quæſtione, tantùm hoc ageret, vt ſuæ confeſsionis homines mediante verbo

Rixoſa & inuectiua Diſputationes Theologica ſunt prohibenda.

Dn. Textoris conciliatio religionum in Imperio

NB. Etiamſi ignoremus cõtrouerſias Theologicas tamen ſaluari poſſumus.

Dei ad fidem veram Chriſtianam, & etiam ſtudia pietatis accenderet, & ſic plures conuerſum & ſaluatum iri, quàm nunc, vbi lites vigent, de medio iuſtificationis, an illud in fide & bonis operibus conſiſtat, de qua certè nihil mali incideret, ſi & Eccleſiæ & Reipub. commodo hæc talis quæſtio perplexa planè omitteretur. *Quantum ad cultum Sanctorum attinet*, in hoc articulo nos amicabiliter gerere debere, nec acerbum animum inuicem gerere, quum cultus adorationis neque à Catholicis ipſis Sanctis attribuatur, & interceſſio Sanctorum non ita in fundamenta fidei peccet: Si aliter res componi nequeat, non pro hæreticis habendos videri, qui quamuis inane præſidium interceſſionis implorant, dummodo iſtam interceſſionem non in cultum adorationis reipſa conuertant, *Purgatorium porrò* rem eſſe indifferentem, & abſque periculo animæ poſſe affirmari vel negari. Quamuis enim id ex Scripturis probari non poſſit, tamen Scripturas etiam non dicere, quod non ſit. *Controuerſiam de numero Sacramentorum* (quum vtraque pars in definitione Sacramenti non conueniat) in Eccleſiis ceſſare debere, quum nomine magis, quàm re conſtet. *Quod Communionem ſub vtraque attinet*, veroſimilius apparere, nec ipſos Pontificios fore difficiles, vt Sacramentum adminiſtrent, quemadmodum illud, & ſub quibus ſpeciebus Chriſtus inſtituit. *Quod verò Euangelicis, tranſubſtantiationem Pontificiam non admittentibus*, non poſſit ſalus animæ obtingere illud eſſe negandum, quum finis Sacroſanctæ Cœnæ is ſit, vt omnes fatentur, confortatio fidei, deinde emendatio vitæ. Si itaque credas Chriſtum pro te eſſe crucifixum, téque percipere corpus & ſanguinem eius in Sacra Cœna, modum verò Majeſtati Diuinæ relinquas, ac in poſterum pro tanto pretio & beneficio meliori vitæ ſtudeas, certum te factum te obtinuiſſe illum finem Inſtitutionis Dominicæ: Sicut Petrus dum Chriſtum filium Dei viuentis confitetur, ab ipſo Chriſto deprædicatus fuit beatus, quamvis tum nec inſtituta foret Sacra Cœna. Non debere itáque hanc controuerſiam tanto feruore vtrinque agitari, præſertim quum illa quæſtio, an ſolæ ſpecies panis ac vini, an verò ipſa etiam ſigna illa in Cœna Domini ſubſtantialiter remaneant, planè per accidens ſeſe habeat, & modum magis perceptionis, quàm Sacram Sinaxin in ſe directò ſpectare videatur. Ita conſulit D. *Textor* quoad Pontificios in Imperio cum Lutheranis vniendos; Quale conſilium idem ſuppeditet circa compoſitionem Lutheranorum & Reformatorum infra ad artic. 7. Inſtr. Pac. videbimus. Ego quid de D. *Textoris* conſilio de compoſitione Religionis Proteſtantium & Pontificiorum ſentiendum ſit, aliis Politico-Theologis dijudicandum relinquo. De eo tamen certus jam ſum virum illum accurato ſatis judicio præditum, à Theologis no-

Iudicium de Dn. VVolfgango Textore.

ſtris peſſimam iniiſſe gratiam. *Mea hæc eſt ſententia conſilium hoc compoſitionis quoad Pontificios nunquã in effectum deduci poſſe, quamdiu Papa Hieromonarchiam ſuam rigidè, vt hactenus, ita porrò exercere pergit, & Ieſuitæ regnum in Catholicorum animos exercent.* Deinde poſito; Papam remittere autoritatem ſuam, & normæ Verbi Diuini ſimpliciter traditiones ſuas ſubmittere, colloquiúmque de controuerſiis ſacris ſubiectis ſuis cum Euangelicis permittere, ego non conſulerem, vt noſtrates in controuerſiis cum Pontificiis viæ indifferentiæ, quæ Textori arridet, inſiſtant, vtpote quum illa *Androgyniſmum religionis* ſapere, & neſcio quid non inuehere videatur. Ego potius, ſi amica colloquia de religionis controuerſiis rurſus in vſum reuocarentur, ſuaderem noſtratibus Theologis, vt Pontificiis in ſingulis articulis controuerſis: *Quænam opinio melior ſit* oſtenderent, & clarè ob oculos ponerent: Sic enim exiſtimarem fore, vt, prurigine atque acrimonia litigandi omiſſa, ſe in pleriſque æquiores præbituri ſint. *Semper* enim *naturâ rapimur atque ferimur, etiamſi nemo calcar addat, in id, quod melius, æquius, & tutius.* Quemadmodum enim *datur ius iuſto melius & æquo æquius* (l.31.D.Depoſiti) & hoc præ illo, recta ratione duce, eligimus; ita etiam in opinionibus variis & dubiis, ſiue de ſacris, ſiue de profanis controuerſiis res agatur, ſemper illam, quæ melior & tutior eſt, amplecti tenemur, & quoque amplecti ſolemus. In dubio ſequendum eſſe id, quod tutius, iura quoque ciuilia clariſſimè docent. Vid.c. *Significaſti*.de Homicid.c.*Petitio*: eod.c. *Ad audientiam*: eod.*l*.21.§.*de reb.dub.l*.192. §.1.*de R*.3.

Concordia Eccleſiaſtica cum Pontificiis vix ſperanda.

Indifferentiſmus ſiue Androgyniſmus religionis

Via ſingularis trahendi Pontificios in noſtras partes.

In ſententiis controuerſis ſemper tutior eligẽda.

Non minus eſt iuſtum, quàm tutum, quærere ſemper,
Rebus vt ambiguis lenis adeſſe queas.

Illa autem tutior pars eſt, in qua eligenda certum eſt, nullum ineſſe peccatum, & in qua tenenda minus & leuius eſt peccatum, ſi neutra quæſtionis pars abſque peccato ſuſcipi & ſuſtineri queat. [*Azor.* l.2.Inſt. Mor. p.1.c.18.] Quod ſi itaque Pontificij in religioſis colloquijs Æthiopicum candorem non afferent, fateri vtique neceſſe habebunt, noſtras opiniones de controuerſiis quæ nobis cum ipſis intercedant, eſſe longè meliores & conſcientiis tutiores. Ita verbi gratia, nos acquieſcimus in tranquilla, & cum verbo Dei congruente, ſententia: *Sola fide in Chriſtum hominem Chriſtianum vitam æternam mereri. Es macht allein der Glaub gerecht: Die vvercke ſeynd deſs Negſten Knecht.* Hæc doctrina in conſcientiis noſtris meritum Chriſti amplificat, & miſeros peccatores mirificè ſolatur. *Georgius* cognomento *Pius* Marchio Brandeburgicus ſuperiori ſeculo anno 1541. ad Theologos ſuos, ad colloquium ſacrum cum Pontificiis Ratisbonam, ablegatos, dixit. *Ziehet hin zur diſputation, aber vergebet mir das vvort*: So-

Vera ſententia de iuſtificatione hominis coram Deo.

la fides iuſtificat; *nicht, oder kommet mir in mein Land nicht wiede.* Quo pertinet etiam verſiculus:

Glorior in ſolo ſanguine, Chriſte, tuo.

& egregij cuiuſdam Theologi ſymbolum: *Qui per additionem peccatorum multipliciter Deum offendit, pœnáſque diuinas multiplicauit, credat per diuiſionem ſanguinis Chriſti nobis ſubtrahi omnes regulas falſi.* Non ſine cauſa Ferdinandus I. Imp. Lutheranam religionem propterea magnopere æſtimauit quod doctrina de merito & paſſione Ieſu Chriſti ea, quâ par eſt, veritate in ea tractaretur; vt meritò impius Hiſpanorum furor damnari debeat, quod Conſtantinum, Confeſſarium Caroli V. Cæſaris, eâ de causâ combuſſerint, quod doctrinam de merito Chriſti Cæſari agonizanti adeò piè inſtillarit. Vid. *Thuan.* l.21. & 23. fol. 449. Hæc Lutheranorum doctrina de iuſtificatione longè melior eſt, quàm Pontificiorum de *bonis operibus*, & quæ vocant, *ſupererogationis* & *cum condigno*. Quin Sacra Scriptura, talem doctrinam non agnoſcat. Malè autem ex eo nobis imputant Pontificij; quaſi bona opera prohibeamus. [Vid. *Auguſtan. Confeſſ.* art. 20. & Pl. Reuer. Dn. *Gerherd. Titium* in Vindicat. Auguſtan. Confeſſ. aduerſus Bellarminum p. 25.] Non enim nos fidem bonis operibus ſterilem eſſe debere contendimus, ſed bona opera, quibus lux noſtra lucet coram hominibus, claram Dei viſionem, in qua vita æterna conſiſtit, non mereri, id quod multis Verbi Diuini teſtimoniis clareſcit. Dolendum interim eſt, quòd non tantum apud Pontificios ſed etiam apud Euangelicos innumerati exiſtant, in quibus fides ſterileſcit, nec bona opera profert. In aliis enim rebus mundanis & caducis hodie nimium molles ſumus; in re verò pietatis, ſicut durum ferrum. Mirum proinde auream olim viguiſſe ætatem, vbi aurum nullum; nunc vbi multum eſt, eſſe ferream. Certatur ingenti nequitiæ certamine: Maior quotidie peccandi cupiditas, minor verecundia eſt. Expulſo melioris æquiorisque reſpectu, quocunque viſum eſt, libido ſe impingit; nec furtiua iam ſcelera ſunt: præter oculos eunt; adeóque in publicum miſſa nequitia eſt, & in omnium pectoribus eualuit, vt innocentia non rara, ſed nulla ſit. [*Senec.* l. 2. de Ira, c. 8.] Et quamvis in fide & religione ſemper ferè diſſentiant homines, conſpicimus tamen in Cereris, Bacchi & Pluti cultu concordiſſimos eſſe. Poneropolin hodiernam mundi immundi ingenioſè nobis depinxit Anglus quidam in libello, cui titulus: *Mundus alter & idem.* In rem præſentem quidam ita præclarè ſcribit: *Mit der Euangeliſchen Lehre von guten wercken hatte D. Luther zu ſeiner Zeit bey dem gemeinem Volck viel zuthun, damit er ihnen den eingebildeten Verdienſt derſelben auſs dem Sinn bringen möchte, wenn er aber iezo wieder aufſtehen, vnd, wie faſt niemand*

Bona opera ad ſalutem neceſſaria.

einiges guten wercks, Gott zu Lob, ſich befliſſe, ſehen ſolte, wurde er ſonder zweiffel ſeine Predigt disfalls anders einrichten. Det Deus, vt ſterilitas noſtrorum temporum mutetur tandem in fœcundum Saræ riſum. Porrò *noſtra ſententia negatiua de innocatione Sanctorum* (*Auguſt. Conf.* art. 21.) *multis modis affirmatiuâ Pontificiorum melior & tutior.* Bone Deus! quam deuotè vulgus Pontificiorum coram imaginibus ſe flectit, quàm intentis oculis idola iſta reſpicit? Vt adeò hac occaſione innumeras idololatrias committi, nullum ſit dubium. *Bellarminus* diſtinguit hic inter mediatorem redemptionis & interceſſionis; cui ſat ſfacit Dn. D. *Titius* (in Vindicat. Auguſt. Confeſſ. p. 37.) Scriptura ſanè hic non diſtinguit, ſed clariſſimè dicit: *Es iſt ein Mittler zwiſchen Gott vnd Menſchen, der Menſch Ieſus Chriſtus.* Vbi ergo Scriptura non diſtinguit, nec noſtrum erit diſtinguere: Probo egregiam *Marchionis Brandeburgici* Alberti vocem, qui in hoc articulo vſus aliquando his verbis: *Gerade zu iſt das beſte Ringrennen.* Fateantur porrò neceſſe eſt Pontificij, *noſtram doctrinam de communione ſub vtraque ſpecie eſſe multò meliorem atque conſcientiis tutiorem, Papali communione ſub vna.* (Confer huc quæ ſupra part. 1. Diſc: 1. de Ferdinando I. & Maximiliano II. Imperatoribus attulimus) Vid. Dn. D. *Calixt.* Tr. de Cœna Domini, §. II. Quid verò ſentiendum ſit *de violenta prohibitione conjugij Clericorum*, quàm Gregorius VII. *Hellebrandus* primùm induxit, quiuis bonus cordatúſque, qui peponem pro corde non hadet; & cui adhuc ſanum eſt ſinciput, facilè judicare poterit (Vid. *D. Calixti* Tract. de Conjugio Clericorum.) Æneas Syluius, qui poſtea Pij II. nomine ſedem Romanam occupauit libro 2. in actis Concilij Baſilienſis ait: *Multi ſaluarentur Sacerdotio conjugato, qui in ſterili presbyteratu damnantur.* Idem etiam in Pontificatu crebris vſurpaſſe ſermonibus fertur: *Conjugium magna ratione Sacerdotibus ereptum, majore reſtituendum eſſe.* Gentiani Herueti eruditiſſimam & commendatiſſimam, in Concilio Tridentino pro honeſtate matrimoniorum habitam orationem laudat Th. *Lanſius.* (orat. pro Gall.) Baptiſta *Mantuanus* Monachus Carmelita (qui obiit an. 1516.) lib. 1. Faſt. ipſe fatetur, melioribus Eccleſiæ temporibus Epiſcopos maritos eſſe potuiſſe. Nam cum ordo eum deduxiſſet in B. Hilarij Pictauienſis Epiſcopi, qui maritus & pater fuit, mentionem, hos verſus de eo fecit.

Vera ſententia circa ſacram cœnã.

Quid ſentiendum de coniugio Clericorum.

Iudicia Pontificiorum de coniugio Clericorum.

Non nocuit tibi progenies, non obſtitit vxor,
Legitimo conjuncta toro, non horruit illa
Tempeſtate Deus thalamos, cunabula, tædas.
Sola erat in pretio, quæ nunc incognita, virtus

Sordet, & attrito viuit cum plebe cucullo
Propterea leges, quæ ſunt connubia contra,
Eſſe malas quidam perhibent: prudentia patrum
Non ſatis aduertit (dicunt) quid ferre recuſet,
Quid valeat natura pati, Ceruicibus ait
Hoc inſuave iugum noſtris imponere Chriſtus,
Noluit: iſtud onus, quod adhuc complurima monſtra
Fecit, ab audaci dicunt pietate repertum.
Tutius eſſe volunt, quâ lex diuina ſinebat
Iſſe viâ, veterúmque ſequi veſtigia patrum,
Quorum vita fuit melior cum coniuge, quàm nunc
Noſtra ſit, excluſis thalamis & coniugis vſu.

Cæterùm quum in prohibitione coniugij Clericorum Papalis regni arcanum lateat, hodie nemo in Papatu Antichriſtiano regi ſeſe opponere audet, hodiéque adhuc veri ſunt rythmi, quos B. Stegmannus (de Eccleſia viator. memb 10.) citat:

Priſciani regula penitus ceſſatur,
Sacerdos per hic, & hæc *olim declinabatur:*
Sed per hic *ſolummodo nunc articulatur.*
Cum per noſtrum Præſulem Hæc *amoueatur.*

Idem de *votis monaſticis* & *perpetua virginitatis* eſt ſtatuendùm. Plura vide apud Dn. *D. Titium* in Vindicatione Auguſtanæ confeſſionis. *Politici plerique inter noſtrates de Reformatione Pontificiæ religionis deſperant, quod Papa per pleroſque abuſus inuectos Pap- Imperij ſui arcana peragat.* Vt tandem claudamus hunc diſcurſum, etiamſi forſan ſperanda non ſit vnio religioſa inter Catholicos, & Euangelicos, bene tamen eſt, *quod prohibitis inuectiuis orationibus* [per *Inſtrum. Pac.* art. 5. §. 17.] *ciuilis ſaltem concordia coli, & Pax religioſa nihilominus firma ac perpetua manere debeat.* Ita enim expreſsè in *Rec. Auguſt.* de ann. 1555. §. *Und nachdem*, &c. cautum: *VVo die Vergleichung durch die vvege des General* Concilij, *National-Verſamlung,* Colloquien, *oder Reichshandlungen nicht erfolgen vvurde: ſoll als dann nicht deſtovveniger dieſer Friedſtand, &c. bey Kräfften biſs zu endlicher Vergleichung der* Religion *vnd Glaubens-Sachen ſtehen bleiben.* Id quod etiam confirmatum *in Inſtrum. Pac.* attic. 5. §. 3. *Adueniat tandem illa dies, qua depulſis nebulis, & poſitis odiis, Ephraim & Juda liberè cultum in agro Domini purum, ille arando hic occando exerceant, & Ephraim non inuideat Iuda, & Iehuda non agat hoſtiliter contra Ephraim:* Quod Deus faxit.

Etiamſi compoſitio Religionum in Imperio non eueniat, tamen Pax religioſa manet firma & perpetua.

Votum pro concordia Eccleſiaſtica

DISCVRSVS-

DISCVRSVS IV.

DE

AEQVALITATE INTER ORDINES IMPERII REDVCENDA.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 1. verb. Æqualitas.

I. VT magni cujuſdam corporis compages multis ac diſſimilibus membris conſtat, quæ omnia tamen, licet diuerſis functionibus, ad conſeruationem totius congruunt: Sic *in Imperio noſtro varij populi, diſtinctaque prouinciæ, in vnum auſpicium confluxere, cuius ſpiritus & quaſi anima eſt iuſta Statuum inter ſe harmonia, concentus, ſiue* quæ hîc in Inſtr. Pac. dicitur *æqualitas*. Solent aliàs Politici Reſpubl. cum inſtrumento Muſico comparare, cui intelligentia quaſi præſidet, imperant plures digiti, paret verò neruorum multitudo: *Imperatorem* noſtrum *non malè Imperij Præſidem dixeris, Status verò coniunctim conſideratos Imperantes, quorum numero etiam Archi Dux Auſtriæ includitur: Parentes verò itidem Status prout conſiderantur vt ſinguli,* quamuis rectiùs hoc modò Ciues quàm ſubditi dicuntur. (vid. ſuprà p. 1. Diſc. de ſubditis Imperij.) Nonnullæ porrò Reſpubl. ad inſtar Lyræ non ſolum mollitia extremorum digitorum, ſed & vnguium duritie indigent: Aliæ, cytharæ ſimiles, leuis tantum calami ſuſtinent impulſum: in alia ad modum Organi pondus quoque manuum requiritur, apto vbique temperamento, ne neruus vel nimia intenſione, vel remiſſione ignaua, aut tubulus aliquis vicium quoddam trahat. Quod Imperium noſtrum attinet, *Imperatores, Imperium tanquam chelin molli plectro regere debent*, vt ex regimine Caroli V. & Ferdinandi II. Impp. maximè apparet. Regno enim Arſacis acrior eſt Germanorum Principum libertas.

Imperij harmonia.

Diſſimilitudo rerum publ. ratione regiminis.

II. Bene hic in Inſtr. Pacis inter Imperij Ordines æqualitas hacte-

nus exulans iterum reducta, aut ad minimum via ad illam reducendam ſtrata. Æqualia, vt dici ſolet, non mouent bellum. Romani olim, poſt expulſos Reges, ampliſſimâ vſi ſunt libertate: Quum verò, inæqualitate Ordinum, inter ſe commiſſi eſſent, poſtremo in vnius Cæſaris venerunt dominationem. Idem ferè ex inæqualitate Ordinum in Imperio eueniſſet. *Summè itaque Imperij intereſt, vt ſit æqualitas inter Imperij Ordines.* Hinc *Machiavell.* (lib. de Stat. German.) Imperij Germanici ſalutem in contemperatione Ordinum, Electorum, Principium, Nobilitatis, Rerumpub. poſitam affirmauit. *Tholoſanus* (l. 4. Syntagm. c. 3.) hanc Ordinum contemperationem harmoniæ Muſicæ comparat: *Quod ſi*, inquit, *chorda aliqua nimis ſit ſonora, corrumpit totam harmoniam, ita, ſi Ordo nimis augeatur.* Dn. *Schoockius* (l. 1 de Sedit. c. 29. in fin (putat hanc harmoniam hodie valde langueſcere, partim religionum diſſidiis, partim contemptu, odio & inuidia Rerumpubl.(ita *Ciuitates Imperij* vocat) quæ tamen vt Sapientiſs. Princeps dixit: *Pulpa ſunt, & caro Principum oſſibus adhærens.* Superiori ſeculo cum Reformatione Religioſa maxima in Imperio orta eſt inæqualitas, dum inſtinctu Romani Papæ Catholici in Proteſtantes inſurgunt, & Euangelici Cameralibus ſententiis, in fauorem Catholicorum pronunciatis, maximè grauantur: Vnde Germania in duas partes diſciſſa, quarum altera in alterius exitium vigilauit. Hæc inæqualitas Statuum vſque ad concluſam Pacem an. 1648. durauit. Imperij Principibus porrò perſuaſum hodie eſt, *reliquorum Statuum corruptionem ſeu imminutionem eſſe Electoralis præeminentiæ & poteſtatis generationem ſeu augmentationem, & contra.* Grauamina Principum circa hanc rem in Comitiis Ratisbonenſibus de ann. 1653. vide apud *Eitel. Friderich von Herden.* (in Columna Imperij p. 68. & p. 316.) vbi ſic habetur: *VVan die Befeſtigung deſs Friedens vnd guten vertravvens Zvviſchen denen Ständen erreicht vverden ſoll, ſo muſs zuforderſt das Chur-Fürſtl.* Collegium *ſich keiner mehrern Macht vor denen andern Fürſten vnd Ständen gebrauchen, als in der Güldenen Bull, vvelche* ſtrictiſſimi juris, *gegeben, vnd dahero ſich aller* Oligarchiſchen *Einführung enthalten, deñ ſonſten nichts anders als Uneinigkeit, Miſsvertrauen, vnd Verbitterung Zvviſchen denen* Collegiis *Zubeſorgen*, &c. Vid. plura Aut. cit. Idem p. 59. ita: *Bey bisherigen Reichsverſamlungen ſeynd diejenigen Chur-Fürſtliche Geſandten, vvelche ihnen das* Prædicat Excellenz *von denen: Fürſtl. gegeben haben vvollen, entvveder gäntzlich vnbeſucht vnd vnangeſprochen verblieben, in demdie Fürſtl. ſich ihrer gar geäuſſert, oder imfall einer oder ander einen zuſprechẽ begehret, ſie von ihnen nicht* admittiret, *oder doch nur durch einige* Adiunctos *empfangen vnd gehöret vverden. Gleicher geſtalt als auff offt bemeldtem*

Intereſſe Imperij in æqualitate Ordinum.

Inæqualitas quando in Imperio cæperit.

Æqualitatis Ordinũ intereſt ne Dn. Electorum præeminentia nimium augeatur.

Per Prædicatum Excellẽtia Legatorũ Electoralium Imperij intereſſe minimè remouetur.

jüngſten Regensburgiſchen Reichſ-tag der Chur-Fürſt von Cöln die audienzen denen Chur-vnd-Fürſtl. Geſandten mit bedecktem Haubt zu geben begunte, blieben nicht allein die meiſten davon, ſondern auch einige Chur-Fürſtliche, da ihnen ſolches begegnete, vvurden zu eben meſſigen Hut auff-ſezen, der Chur-Fürſt aber durch ſolche retorſion, *ſeine angemaſste vveiſe gegen ſie zu ändern, ſo bald bevvogen.* Hæc ille. In tractatu quoque Pacis Oſnabrugo - Monaſterienſi Proteſtantes mirum in modum inter ſe diſſenſere. Præbuere rixarum initia Electorum Legati, *Excellentia honorem atque appellationem* à cæteris ſibi deferri vehementius efflagitantes, quàm aut loco aut rei conuenit, idque vocabulum, vt veteri mori aduerſùm, & tanquam Dominos inde hinc famulos, arguens, Parthorum regno quàm Germanorum libertati conuenientius eſſe dicebant Principum Proteſtantium Legati: Quamquam autem lis in medio indefinita remanſerit, tamen illa hinc ſibi tribuentium, inde negantium, illos honores, titulóſque conteſtatio, multum de neceſſaria animorum in commune bonum conſpiratione detraxit; vnde illud quoque conſecutum eſt; vt Saxonis & Brandeburgici Electorum Legati in commune cum cæteris Principibus Proteſtantibus minimè conſuluerint, ſed veluti omnium arbitri ſeparati egerint, & codicillis ad cæteros miſſis, Dominorum ſuorum juſſa inſinuarint, læto, ſine dubio, his controuerſiis Cæſare, qui ſub Comitiorum initia, quum vetera jura repeterent ordines, nec quicquam niſi ſuo arbitratu conſenſúque incipi geríque vellent, aſſenſus eſt, niſi in iis, quæ ſingulari prærogatiua ad Electorum Collegium pertinerent, illorum imitatus Principum exempla, qui *plurium imperium iuxta libertatem, paucorum dominationem Regia libidini propiorem exiſtimarunt.* (Dn. *Forſtner.* in Epiſt. p.14 15.) Nonnulli credunt *Ferdinandum II. Imp.* inter ſingularia dominationis arcana habuiſſe: Electores de Imperij negotiis tantum in conſilium adhibere, eóſque contra Palatinam cauſam ſibi omnibus modis conciliare. Cæterum ego hoc in medio relinquo.

III. Ex quo tempore portò Ligæ & vnionis barbara & infauſta vocabula in Imperio inualuere, multis modis priſtina inter Ordines æqualitas euaneſcere, potentiórque in jure prior haberi cæpit, donec *nubes illa, qua, ex venenatis odiorum & peſtilentis ambitionis vaporibus coacta, diu in Imperio ſederat, occaſione belli Bohemici tandem imbrem dedit, quo veluti Diluuio vniuerſa Germania abſorpta & ſubmerſa fuit. Hiſpanienſibus* certè, qui occultis molitionibus jamdudum libertati Germanicæ frenos atque clitellas minati fuerant, hæc inter Ordines enata inæqualitas gratiſſima, & quaſi ad palatum

Liga & Vnio auxit inaqualitatem inter Imperij Ordines.

extitit. Nec minus in turbidis hiſce Imperij aquis *Archi-Præſul Romanus* ſacram piſcationem, in honorem S. Petri, inſtituere in Apoſtolica Camera ſua decreuerat. Hac fini, decretorium illud *Edictum Ferdinandinum* prodiit, quo non tantum Ordines Proteſtantes in Germania, ſed etiam vicini Reges Euangelici, qui veluti per latera eo ipſo ob communem cauſam petebantur, inhorruere. Obſtupuere omnes, ſteterúntque comæ ſingulis, & quorſum illi conatus imperioſi tenderent, profundis animis ſecum volutabant. Hei quantus equis ſudor tum adfuit, ad repellendum ſtrictum illum gladium, ceruici ſingulorum imminentem. Crediderunt multi Cæſarem tum temporis in conſilio arcano cogitaſſe, auxiliis Catholicorum Proteſtantes ſub jugum primum mittere, hiſque ſubiugatis, ne Catholicis quidem parcere, & ſic tandem παμβασιλείαν condere voluiſſe. Verum quum de eo mihi nihil certi conſtet, illuſtriſſimis animis hanc rem relinquo rimandam. Interim hoc certum eſt, *in tanta confuſione, inæqualitate & anarchia ferè de Libertate Germanica actum fuiſſe; & omninò in illis contrariis Ordinum factionibus (* dum, quod quiſque juris ab alio poſtulat, illud ipſum nemini in ſe quoque concedere vult *) periiſſet libertas Germanica, niſi aurea Monaſterienſi Pace æqualitas rurſus inter Ordines Imperij reducta, communeſque illi errores iterum æquabili iure correcti fuiſſent.* In eo ergo hodie æqualitas, per totum Imperium obſeruanda conſiſtit: *Dentur Cæſari, quæ ſunt Cæſaris: Relinquantur Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus & Ciuitatibus Imperij tam Euangelicis quàm Catholicis ſua iura territorialia Eccleſiaſtica & Politica cum omnibus regalibus & priuilegiis, ita vt quod vni parti iuſtum eſt, alteri quoque ſit iuſtum, violentiâ omni & viâ facti in perpetuum ceſſante.* Vid. Inſtr. Pac. hic. Quamdiu eiuſmodi æqualitas exactè & omnibus numeris in Imperio Romano-Germanico vigebit, tamdiu nullum mouebitur bellum, neque exteri aduerſus illud præualere poterunt. Luctuoſa ſanè fuerunt Reipublicæ Imperij tempora, quum *Anſpacenſis Marchio* & *Anhaltinus* ita ad Fridericum Electorem Palatinum ſcriberent: *Es ſey dahin in Teutſchland kommen, das alles* libelliren *oder* tractiren *hinfüro vergebens, vnd* ſalus Patriæ *in vveiterm nichts als in den* armis, *vnd derſelben guter anlegung vnd Gebrauch zu ſuchen.* Similiter *Ioannes Albertus Comes Solmenſis* (Magnus Aulæ Palatinæ Miniſter, qui *creditur Fridericum Palatinum ad corona Bohemicæ ſuſceptionem inſtigaſſe*) ita ſcribit: *Es ſey mit den* grauaminibus ad extrema *kommen, daſs man ſich nichts guts, zu keiner* compoſition, *zu verſehen: Dannenhero* via facti *als der ſicherſte vveg an die Hand zu nehmen, auſſerhalb deſſen man auſs dem* garbuglio *nim-*

Arcanum Imperatoris.

Æqualitas Imperij in quo hodie conſiſtat.

Inæqualitas inter Imperij Ordines anarchiam ſæpe parit.

Comes Solmenſis.

mermehr gelangen vverde: Man ſolle ſich ferner auff keine Vertröſtung mit vvorten verlaſſen, ſondern negſt Gott alle Hoffnung dans les armes, *das iſt auff das Fauſt-Recht, ſtellen*, vt refertur *in Cancellaria Anhaltina.* Hinc præclarè ait Dn. *Eitel Friderich ab Heerden* in Columna Imperij [p.6.& 7.] *Man hat ſich nicht zu vervvundern, vvoher das H. Röm. Reich in die ſo lang gevvehrete Hochverderbliche innerliche Kriegs vnruhe, und darauſs entſpringenden unſäglichen Jammer gerathen: Den als es ſich anſehen lieſſe, das die löbliche* mixtur *oder* harmonie *des Reichs-Staats auſs ihrem alten Stande guten theils verrückt, und Zu beſorgen es möchte endlich ein gänzlicher untergang oder Veränderung deſs Regiments erfolgen; vveil nicht allein die öfftere und jährige Haltung der Reichstäge (auſſer vvelchen ſonſten keine Gelegenheit iſt, dabey die Stände ſehen können, vvie* in Repub. *verfahren und ob ein jeder bey ſeinem Rechten und Gerechtigkeiten gelaſſen vverde) nachgeblieben, Sie alſo von den Gemeinen Berathſchlagungen* de ſumma rei, de bello & Pace, aliiſque formam & Statum concernentibus [*indeme ſolches alles von dem Ober-Haupt entvveder allein, oder mit Zuthnung nur etlicher vvenigen verhandelt vverden vvollen*] *auſsgeſchloſſen; ſondern auch bevorab die Auſſpurgiſcher* Confeſſions *vervvandte, in die Gedancken gerahten, ia vielfältig vermerket, vvie von der Kayſerl. Majeſtet ſo vvol dero als deſs Reichs högſten Gerichten ſie mit denen Römiſch Catholiſchen ſich nicht gleiches Rechtens zuerfreuen; ſondern viel mehr allerhand vergevvaltigungen vvieder den Religion-Frieden; ingleichen daſs dieſen in vielerley thätligkeiten gegen ſie, auch vvieder den Profan-frieden ſelbſt* conniuiret *vverde. Dadurch dan das Teutſche gute Vernehmen von tag Zu tag verſchvvunden, die* Grauamina *hingegen ſich gehäuffet, und hochſchädliches Miſstrauen ſo vvol zvviſchen Haupt und Gliedern, als dieſen unter ſich ſeblſten eingeriſſen, vvelches die auſsvvertige Cronen zu ihrem Vorteil vvol in acht, auch dergeſtalt, und unterm Schein einiger* aſſiſtenz, *hülffe,* &c. *in die innerſte* viſcera Imperij *zu* penetriren *und einzuniſten anlaſs genommen: So hat es endlich keinen andern Auſsgang und Beſchaffenheit, als der beklagte Augenſchein biſshero gezeiget, erreichen und gevvinnen mögen.* Hæc ille. Salus itaque Germaniæ in eo præcipuè conſiſtit: *VVan die Vhralte* mixtura regiminis *oder heilſame* harmonie *deſs Reichs allenthalben ungekränckt und ohnverändert gelaſſen: die* Ciues Reipub. æquali iure cenſirt, *und keinem theil dem andern Eintrag zuthun, oder Zu nahe Zu tretten, nachgeſehen, ſondern dergleichen ſich ereignende Beſchvverungen in Zeiten abgeſtellt vverden,* vt iſidem loquitur de *Heerden,* Tr.cit.pag.320.

Intereſt Imperij vt ſalutaris mixtura & harmonia in eo retineantur.

E

DISCVRSVS V.

DE

REIPVB. IMPERII ROMANO-Germanici forma hodierna.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 1. verb. Forma Reipub.

Hiſtorica conſideratio formæ Regiminis Imperij Romano-Germanici.

I. CENSORES Status ſiue formæ Imperij hodiernæ vel pro Ariſtocratia, vel pro Monarchia, vel ex his mixta pugnant. Vt rem hanc ab ouo quod dicitur, arceſſamus, res ſic ſe habet: Ante concluſam Monaſterienſem Pacem ab æuo vſque Caroli Magni in hiſtoriis obſeruare eſt, ſub potentibus & bellicoſis Principibus intentiorem dominationem fuiſſe: contra ſub inertibus & inualidis maiorem Procerum audentiam. Sub Carolo Magno eiúſque poſteris regia manus obtinuiſſe videtur. Vnus tum imperitabat nullo precario iure parendi, quamquam in Caroli poſteris, ob varias ciuiles turbas, Reſpubl. in incerto ſæpe ſalo non rarò fluctuarit, & Ordines ſiue Proceres Imperij mox poſt *Ludouicum Pium*, criſtas erexerint, adeò vt etiam *Carolum Craſſum* Imperatorem ſolio deiecerint, quamquam hæc omnia amore conſeruandæ & ſtabiliendæ libertatis Germanicæ excuſare nitatur nouiſſimè Aut. qui ficto nomine Pacifici à Lapide notas & ſtricturas ad Seuerinum de Monzambano de Statu Imperij Germanici congeſſit. Obiter hic notandum, nos iam acturos propriè eſſe de forma regni Germanici, cui Imperatoria dignitas eſt æterno fœdere Ottonis Magni annexa. Quid autem Imperij Romani nomine veniat, iam ſuprà part. 1. Diſc. de Germanorum Imperio Romano ſatis fuit ex Dn. *Conring.* expoſitum. Poſtquam igitur *Ludou. Germanicus* Ludouici Pij filius, factus fuit Germaniæ Rex, caruit is titulo Imperatoris, quem ſibi cum Italia & Lotharingia ſumpſerat Lotharius filius Ludouici I. primogenitus. Tum igitur hæc conditio fuit Germaniæ, vt ea eſſet regnum, Duces verò &

Comites Germaniæ Regis Præfecti. [vid. fuſius *ſupra part.1. Diſc. de Statibus Imperij.*] Sub *Ottone M.* & eius ſucceſſoribus, quum Ducatus & Comitatus facti fuiſſent hæreditarij, [vt ſupra p.1. l. cit. latius deductum] Status Germaniæ Regni adhuc vigebat, quamquàm non amplius iſto gradu vigoris, qui extiterat tempore Caroli M. Poſt *Conradum II.* (qui ius hæreditarium Ducibus & Comitibus plenè confirmauit, vid.1. Feud. 1. & *Dn. Textor.* de Rat. Stat. Germ. p.19.) magnam imminutionem accepit ſtatus Imperij Germanici. Fuit tamen & tum adhuc in manu Cæſaris, Collatio Epiſcopatuum, Principéſque ſeculares adhuc addictius Imperatori adhærebant, imò Regalia & plures annuos prouentus è Prouinciis, in feudum conceſſis, & Ciuitatibus, Imperij nomine adhuc percepit, vnde ſe ſuſtentare ac pericula Imperio imminentia propulſare poterat. Hæc tamen Majeſtatis fulcra perierunt quoque progreſſu temporis, poſtquam, verſa rerum facie, *Henrici Fridericique* cum Pontificibus Romanis diffidere cœperunt. Ius collationis Epiſcopatuum ſub *Henrico IV.* in controuerſiam deductum, tandem per ſolemnem renunciationem ab *Henrico V.* Imper. factione Papali præualente, in manus Papæ deuenit. Principum porrò haud pauci, Cæſaribus fidem & obſequium vendentes, regalia & alias immunitates Cæſaribus extorſerunt: Quod vinculum aſſiſtentiæ, Principum & Comitum contra hoſtes Imperij attinet, videtur hodienum illud durare, ſed *inter nunc & tunc*, (vt Dn. *Textor* loquitur) magna eſt differentia. Nam feuda Imperialia tum temporis adhuc cenſebantur iure feudali proprio, hodie in multis ſunt redacta in conditionem rerum allodialium, ſi ſcilicet reſpicimus vſum & praxin noſtræ ætatis. In iure Feudali cautum nouimus, vt vaſſallus iuvet Dominum feudi contra ipſius hoſtes, quod ſi deneget auxilia, iam commiſſa eſt cauſa priuationis, idem præcipuè olim obtinuit in Feudis Regni Germanici, vnde *Fridericus Barbaroſſa* Imperator ſub hac eadem cauſa vel vera vel apparente, *Henricum Leonem* Saxoniæ & Bauariæ Ducatibus, in Comitiis Herbipoli habitis, exuit, & in bannum declarauit; ac *Rudolphus I.* Habsburgicus, Ottocarum Bohemiæ Regem armis eò adegit, vt ſibi Imperatori præſtaret, ex more vetuſto, iuramentum fidelitatis, cuius ſanè præcipuum caput fuerat, auerſio periculorum, & ſic obſtricti erant Proceres Imperij ſequi caſtra Imperatoris contra hoſtes, ſi ſecus faciebant, periclitabantur de feudis. *Hodie* verò *agitur punctus aſſiſtentiæ valde leniter & perſuaſorio more, fortè propter communia pericula, vnde non eſt infrequens, audiri in comitiis vota planè & expreſsè denegantia auxilium*, nemine tanquam in rem vetitam contranitente [*Dn.*

Textor. de Rat. Stat. Germ. p.27.28.) *Rudolphus* Habsburgius quoque poſtea modicis initiis contra Ottogari R. Bohemiæ ferociam, liberis quoque prouehendis fauorem ſibi Procerum conciliaturus: & *Carolus* IV. Imperium Wenceſlao filio ambiens omnia Principibus largiebantur; quo ipſo ad Statum, in præſentem faciem immutandum, non parum collatum eſt. Poſtquam igitur Imperij res redierunt in tantas anguſtias, tandem *Maximilianus* I. quum animaduerteret, Ordinum Imperij aſſiſtentiam ſibi in Hungaria fore neceſſarium, vt per illam ſuas Prouincias contra hoſtiles impetus defenderet, Proceribus Imperij per expreſſam ſanctionem in Comitiis Imperij de an.1495. communicauit iura maieſtatis. *Carolus* V. tamen, potentia ſua fretus, Ordines rurſus in Ordinem cogere & παμβασιλείας fundamenta denuò iacere cogitabat. *Ferdinandum* II. Imp. eadem animo agitaſſe non pauci crediderunt (Vid. *ſupra p.1. Diſc. de Ferdinando II.*) Quo iure quáve iniuria contigerint iſtæ mutationes, alij iudicent. Dn. *Forſtnerus* credit, duobus *Taciti* oraculis rem poſſe abſolui, quorum primum eſt: *Sæpè poſſeſſores diutina licentia & iniuria quaſi iure & æquo viti* (l.14. Ann. c.18.) Alterum, *noua & recentia iura in vetuſtatem conſuetudine verti* (l.4. Hiſt. c.65.) Dn. Forſtnerum tamen tacitè ſtringere videtur Pacificus à Lapide in Diſc.12. ad Seuerinum de Monzambano; vbi de ſtatu & forma Imperij paulò limatius egit: *Certam Reip. Imperij formam dediſſe,* & ſua Cæſari, ſua Electoribus cæteriſque Ordinibus aſſignaſſe iura, cunctáque veluti finibus, limitibus, atque terminis (tollendis in futurum aut præcauendis litibus) diſtinxiſſe *videtur Pax Monaſterij & Oſnabrugæ ſancita,* [Dn. *Forſtner.* ad l.13. Ann. c.54.] qui adjicit: Sed & illa [vt cuncta humana] durabit, quamdiu neceſſum erit; quod tamen bonus noſter Deus non ſinat. *Quænam* ergo *forma Reip. toti corpori Germaniæ ſit adſignanda diſquirunt Publiciſtæ?* Vix ſolidò fundamento nituntur illi, qui tantam controuerſiam ſolis exemplis definiri poſſe arbitrantur. Nam quum illa diuerſorum temporum non vnam Cæſarum ac Procerum, ſed modò maiorem modò minorem autoritatem poteſtatémque demonſtrent; nihil aliud inde inferri poteſt, quam aliis temporibus aliam Reipub. Germanicæ formam viguiſſe. Dn. *Forſtner.* ad Tacit. l.c. Ante concluſam Pacem Monaſterienſem *Ariſtocraticam formam* propugnauit ſtrenuè perſonatus quidam *Hippolitus à Lapide*, eo tempore, quo maximè bellum inter Cæſarem & Suecos feruebat. Hic vtut multa habeat, quæ nemo poſſit abnuere, niſi pudorem omnem eiurauerit; in multis tamen eundem falli, & per implacabile odium aduerſus Domum Auſtriacam in tranſuerſum rapi, non minus in aprico eſt. Dn. de *Monzambano.* de Stat.

Forſtneri iudicium de fragilitate pacis Germ.

Quæ forma Reip. in regno Germaniæ obtineat

Hippolitus à Lapide Ariſtocratiam in Imperio propugnat.

de Stat. Imp. Germ. p. 167. 168. Hunc tamen qui impugnarunt (vt fecerunt *Slüter*, *Autor Comitiologiæ* Ratisbon. de an. 1654. & *Stamlerus* in Tr. de Reſeruatis Imper:) nugari potiùs aut adulari, quàm ipſius rationes deſtruere ſunt deprehenſi. *Hippolitus* ille, *vt rectè ſummam ac Regiam poteſtatem Imperatori in Ordines detrahit*; *ita in eo valde abſurdus eſt*, *quod eundem Ordinibus ſubiicit*, *& nudi magiſtratus dignationem veluti precariò tot titulis ſuperbienti concedit*. In eo totus Hippolitus videtur fuiſſe occupatus, vt Paci, quæ tum temporis efflo- reſcere cæpit, moras nectere, vel eam planè impedire poſſet. Eius rationes examinat Seuerin. de *Monzamb.* l. c. p. 168. & ſeqq. Paſſim quoque inculcat Hippolitus? *Non eſſe quod quis externa rerum facie*, *ſuperbo apparatu titulorum*, *& formularum*, *non niſi Monarchicum quid redolentium*; *moueatur*, quorum pars magna ex genio linguæ Germanicæ, inanibus honorum verbis luxuriantis ortum trahit, nonnulla ex antiquiſſima Republ. abs qua moderna multum diceſſit, remanſerint. Qui propugnant Ariſtocratiam, ſolent quoque inniti *dicto Alberti Electoris Moguntini*; qui apud *Sleidan.* (l. 1. Comm.) in Imperio Ariſtocratiam retinendam cenſet; ad quod tamen *alij* reſpondent: Verba Sleidani eſſe intelligenda de Ariſtocratia Monarchicè temperata: *Alij* dicunt Sleidanum pro lubitu hoc verbum excogitaſſe, nec Electorem hiſce verbis Hiſtorici formaliter fuiſſe vſum. *Alij* Electoris ſenſum ita exprimunt: Scilicet ſi præſentem ſuam conditionem ament Germaniæ Principes, cauendum ſibi eſſe ab Imperio Galli, qui, quum in proprio Regno procerum conditionem ad exquiſitæ Monarchiæ leges redigere laboret, Germanos in Principes ſine dubio ſimilia ſit tentaturus.

Iudicium de Hippolito à Lapide.

II. Sunt qui putant in regno Germaniæ exiſtere *formam Monarchicam*, cuius opinionis anteſignanus eſt Dn. *Reinking.* (l. 1. d. R. S. & E. Cl. 2. c. 2. num. 196.) eumque ſequentes Dn. *VVizendorf.* (Diſſ. de Statu & Admin. Imper. Rom. forma hodierna) & Dn. *Stamler* (in Tr. de Reſeru. Imper. paſſim.) Cæterum hanc opinionem vero non eſſe conſentaneam Vid. ſupra (*part. 1. Diſc. de Maieſtate Imperat.*) Legat quis *articul.* 8. *Inſtrum. Pacis* & iurabit ibi *contineri Exodum Monarchiæ & Geneſin Mixtæ Reipubl. Imperij forma*. add. *Receſſ. Imperij* de ann. 1495. Si enim haberemus in Germania Monarchiam, tali vtique lege publica & fundamentali Regia poteſtas non ita reſtricta eſſe poſſet. Dom. de *Monzambano* (de Stat. Imper. Germ. pag. 160.) ait, illum qui abſolutam in Imperatore poteſtatem agnoſcat, illum veruecum in patria oportere natum eſſe.

Quidã Monarchiam in Imperio aſſerunt.

Artic. 8. Inſtr. Pac quaſi Exodus aſſellata Monarchia.

III. *Sanior ac receptior hodie eſt opinio eorum, qui dicunt, in Germa-* *Receptior ſx*

nia Regno vigere Statum ex Monarchia & Ariſtocratia mixtum id quod facilè ex art. 8. Inſtr. Pacis patet, vbi Orbis Reip. noſtræ non minimo ſonitu, ſed apertè eſt mutatus & fluctuans hactenus Imperij nauis demum in portu conſtituta, in quo vt diu nauiget, neque nimis altum vrgeat, neque littus iniquum nimium premat, omnes boni Imperij Ciues optant. Nihil autem concludi in comitiis poteſt, niſi cum Cæſar & Imperij ordines conſenſerint, & ſe in vim contractus obligent. Hinc ex omnibus ferè Imperij Receſſuum clauſulis conſtat: Imperatorem & Status conueniſſe inter ſe circa diſpoſitionem huius vel illius negotij: *Haben vvir Vns mit Ihnen, vnd ſie ſich hinvviederumb mit Vns verglichen*: Ergo *Imperator & Status* (qui iunctim pro vna perſona habentur) *in negotiis Comitialibus ſunt exæquata poteſtatis*, adeoque quum poteſtate ſint ſaltem in præcipuis æquales, Reſpub. Germanica iure merito cenſeri debet mixta. (Dn. *Textor.* de Rat. Status Germaniæ modernæ cap. 2. p. 35 45.) Mixtum in Imperio dari Statuum aſſerit etiam Dn. *Limnaus* T. 1. l. P. l. 1. c. 10. *Arniſæus* l. 2. Relec. Pol. c. 6. ſ. 5. *Schonborner.* l. 1. Pol. c. 16. Dn. *Cellarius* l. 2. Polit. c. 6. num. 24. (contra quem ſatis frigidè diſputat *Stamlerus.* de Reſeru. Imper. §. 5. n. 9. & 10.) Dn. *Conring.* in prælect. ad Lampad. add. Diſſert. ſub præſid. Dn. D. *Eichelij* Helmſtadi de Repub. Mixta habita, & Dn. *Sthalij* Diſſert. eodem argumento quæ ſunt annexæ Tract. de Regulis Philoſophicis.

Vis Comitiorum Imperij eſt penes Imperatorem & Ordines.

IV. *Inquirunt* adhuc hodie *Publiciſtæ, quanam forma præponderet,* Monarchia an verò Ariſtocratia? *Carpzovius* (ad Leg. Reg. c. 13. ſ. 9.) Monarchiam præualere contendit cum quo nouiſſimè facit Dn. *Textor.* (de Rat. Stat. Germ. modernæ p. 53.) *Limnæus* verò (& cum eo *Arniſæus* l. c. num. 114.) Ariſtocratiam prædominari contendit. Dn. *Cellarius* (l. cit.) litem hanc dirimere non audet. Certè Ariſtocratiam præponderare, non paucæ rationes docent (Vid. *Supra part.* 1. *Diſc. de Maieſtate Imperatoris*) *Imperium* ergo *hodiernum erit Ariſtocratia Monarchica, in qua maxima & potiora maieſtatis iura & Imperator & Status coniunctim tanquam vna perſona intellectualis in comitiis exercent.* Sunt quæ Imperator ſolus poteſt: Sunt quæ Status nonnulli etiam ſoli poſſunt (Vid. Diſcurſ. paulò ante citatum.) Pacif. à Lapide Diſc. 12. ad Monzambano.

Monarchia in Ariſtocratia in Imperio præponderet.

Vera ſententia de Imperij forma hodierna.

V. Ex ante dictis patet quam grauiter errent, qui ſtatum Imperij ex iure Romano, Lege Regia Romanorum, *Bartolo & Baldo*, (plenitudinem poteſtatis Imperatori adſcribentium) deducere communi errore laborant. Illi enim oleum cum opera perdunt, & perinde faciunt atque.

Ceruino capiti ceruicem pictor equinam

De forma Imperij non eſt iudicandum ex iure Iuſtinianeo.

Iungere ſi velis ——vt eſt apud *Hortleder.* in Excerpt. ex Sleidano quæſtion. pro Fæderatorum Bello th. 6. apud *Goldaſt.* part. 3. Politic. Impr. Diſcurſ. 1. Vide *ſupra part.* 1. *Diſcurſ. de Iure Publico.*

Iudicium de hodierno Imperij Statu.

VI. Sunt qui præſentem Reip. Imperij Statum non adeò laudent. In genere enim eſſe ex Politicis notum : *Principatum quò propius dominatum accedit, & ſolutam legibus poteſtatem, eo firmiorem, minuſque ſeditionibus obnoxium eſſe : E contrario proniorem eſſe in rebelliones & ciuilia bella viam, vbi Optimatibus potentiæ & opum ſuarum conſciis, in Regem contumaciores eſſe licet : Nec in Regem modò, ſed & mutuam plerumque perniciem illos arma ſumere, qui in magno regno paruos ſe Reges ſciunt.* De Britannis ita *Tacitus* in Agric : *Olim Regibus parebant*, &c. nunc *dum ſinguli pugnant vniuerſi vincuntur.* De iiſdem Britanniæ populis, ſed recentioribus *VVilhelmus Neubrigenſis*, ſat prudens ſcriptor, in Hiſtor. rer. Anglic. ita ait : *Erant in Anglia quodammodo tot Reges, quot Domini Caſtellorum : habentes ſinguli poteſtatem ſubditis Regio more dicendi iuris. Cum itaque ſinguli excellere quærerent, & quidem vel ſuperiorem vel parem ferre non poſſent, feralibus inter ſe inimicitiis diſceptantes, rapinis atque incendiis pulcherrimas regiones corruperunt.* Hæc ille. *Germania regio* olim erat ſub Imperatoribus armis, opibus, potentia ingens; nunc *ex quo Optimates commiſſas ſibi quondam prouincias in Principatus mutauerunt, & beneficia*, quæ feuda hodie dicimus, prima inſtitutione temporaria, & cum perſona, cui con ferebantur, expirantia, *in ſobolem tranſmiſerunt, Domino pæne tota excidit.* Hoc enim modo Populorum & gentium mentes, quos vis quædam ingenita ad ſuorum Principum cultum aduertit, ante in vnius reuerentiam intentæ, ad iſtos Vicarios & mox Dominos acceſſerunt. Ita iudicat Dn. *Forſtner.* ad Tacit. p. 160. Cæterum quum ſine dubio Dn. Forſtnerus ad bella Imperij ciuilia, dum ita cenſet, reſpiciat, ego accedo eorum opinioni, qui regna mixta omnium in mundo pulcherrima cenſent. Quomodo libertatis Germanicæ aſſertio in hoc negotio omne punctum ferat, exponit *Pacifici à Lapide* Diſc. 13. ad Monzambanum. Quod verò Imperium noſtrum Germanicum adeò fæde ſæpe numero bellis ciuilibus attritum ſit, in cauſa fuerunt *Papa Romanus & Hiſpani* (Vid. *ſupra part.* 1. *Diſcurſu* 1.) *Hodie quum per Pacem Monaſterienſem ciuilibus ac triſtibus Imperij malis in multis remedia quæſita ſint, nos meliora de præſente Imperij ſtatu omnes ſperamus*, ſi modo alia, quorum emendatio nunc etiam vrgetur, optabili exitu concludantur. *Probo* iudicium Dn. *Eitel. Frid. ab Heerden* qui ita bene de Statu Imperij noſtri iudicat : *Ein allerſeitig gutes vertrauen, vnd gewünſchete innerliche*

Forſtneri opinio.

Mixtio conſeruat Reſp. ſi modo harmonia omnibus numeri ſatisfiat.

Intereſſe Imperij præcipu.

um hoc eſt vt præſens conſeruetur Reip. ſtatus. *Befeſtigung, ita ſicherſter Ruheſtand des Reichs, beſtehet einig vnd allein darin, das deſſelben Staat in ſeiner Uralten form vnd heilſamen vermiſchung, vvobey es ſich hiebevor lange zeit gar vvol befunden, vnd allen andern Repupliquen zum vvunder vnd ſchrecken geſtanden, vnverändert gelaſſen, das ienige vvas etvva davvider eingefuret vverden vvollen, abgethan; Niemand in ſeiner Reic-Freyheit vnd Gerechtigkeit turbiret, oder beeinträchtiget, auch vvas noch ferner einreiſſen möchte beyzeiten verhütet vverde.* (*Grundveſt. des H. R. Reichs* in præfat.) *Seruetur* *Compendiũ Imperialis intereſſe.* *modò æqualitas* illa de qua *præced. Diſc.* egimus; comitia crebro inſtituantur; & in iis bonum publicum attendatur: reſidua grauamina tollantur, &, *vermis ille in caſeo, partialitas* ſcil. eliminetur, ſua cuique dignitas, ſuum ius (*in quo ſeruando non minimum intereſſe noſtræ Reip. eſſe ſitum Conring.* in princip. Aſſert. Iur. Moguntini in Coronam. Reg. Rom. *monet*) ſeruetur cum Imperatori, tum Statibus, &c. & dies ipſa docebit *Imperij animam & vitam in ſolido & firmo cor-* *Simile de forma Imperij hodierna.* *pore verè immortalem eſſe. Habet* ergo *ſe Imperium hodiernum inſtar pyramidis.* Sicut enim in pyramide baſis eſt latior, quæ dum aſſurgit, ſemper coarctatur, donec in vno faſtigio terminetur. *Ita in Imperio noſtro baſis & fundamentum ſunt ordines ſimul ſumpti & in Comitiis collecti. Hi poſtea faſtigiantur in Electoribus; tandemque pyramis in noſtro Imperatore quaſi cacumine terminatur.*

Thuani iudicium de ſtatu Imperij Germanici. VII. Iacobus Auguſtus *Thuanus* (lib. 1. Hiſtor.) Germanicam Rempub. ex tot Principibus & Ciuitatibus compoſitam, comparat cum Amphiictionum conſeſſu, & Achæorum concilio, ita tamen vt illæ *Reſpublicæ Græcorum* (quæ *quaſi auia noſtræ Reip. quodammodo dici poſſunt*) cum Germania comparatæ ſint quaſi muſca ad Elephantum. Non omnino abs re eſt, quod *Thuanus, Franciæ Liuius* no- *Thuani iudicium de Repub. Ger. Quatenus Germania cum Græcis Rebuſpubl. comparari poſſit.* ſtram Rempub. cum Græcanicis nonnullis Rebuſpub. comparat, vtpote quum *Imperium ex pluribus puſillis Rebuſpub. arctiſſimo nexu in vnum σύστημα colligatis exſtruatur*, proinde nonnulli volunt, quod Imperium noſtrum ſit potius analogica, quàm vera ciuitas. Eiuſmodi Reſpublicæ apud Græcos fuerunt *Arcananum, Lyciorum, Ætolorum*, & maximè *Achæorum*, quas ex Polybio, Liuio, Pauſania, Plutarcho breuiter & neruosè deſcripſit *Vbbo Emmius* in inſigni opere tit: *Vetus Græcia*, quem librum Germanis proinde diligenter verſandum exiſtimo. Habet tamen hic locum Philoſophorum Regula; quod comparatum comparato non ſit idem, ſed quodammodo diuerſum. Hæc enim comparatio magis procedit in Principatibus & Ciuitatibus Germaniæ quatenus ſine ordine & reſpectu, ad ſummum imperium conſiderantur. Add. *Iacobi Gotofred.* Orat. cui titul: *Achaica*, in qua noſtram Rempub. delineare videtur. Non

vulgaris ſanè in iure publico Germanorum eſt, quæſtio: *An corpus Imperij Germanici ſit revera vna Reſpub. an corpus ex plurimis Civitatibus fœderibus arctiſſimis coarctatum.* Iacobus Gothofredus modò allegatus turbas Imperij noſtri in præteritis motibus reſpiciens, fluctuantem Reip. navem elegantiſſimis tribus orationibus eleganter (vt Cl. Vir. Dn. *Ioan. Henr. Boeclerus*, Argentinenſe illud ſidus pulcherrimum me docuit) depingit. Nam in Orat. quæ inſcribitur *Achaica*, componit Germaniæ Rempub. cum Achaica; Et quod tale corpus difficillimè conſervetur, oſtendit exemplo Achaicæ Reip. quum ſemper diſſolvantur membra. Reſpexit igitur ad *cauſas belli Germanici*, cuius *prima* eſt, Partium inter ſe diviſio: *Secunda cauſa* corrumpens Rempub. Germaniæ, eſt affectata Monarchia ab Auſtriacis, quàm idem Gothofredus recto nomine in *Ulpiano* ſecundâ oratione affert, vſus prætextu l.31. Vlpiani D. de Legib. vbi eruditè multa, multa tamen corrigenda tradit cum veritati hiſtoriæ non conveniant, & in multis Calviniſmum ſapiant. *Tertia cauſa* fuit diſſidium religionis, quod tractat tertiâ oratione ſub perſonâ Iuliani, qui etiam religionem Chriſtianam voluit opprimere, vti etiam hactenus voluere Pontificij. Cæterùm hodie poſt Pacificationem Monaſterienſem quando de Statu & forma Imperij iudicium, quoad licet per exteriorem corticem, ferre volumus, non ad belli, ſed pacis tempora oculos & aciem mentis dirigere debemus. Veriſſimum ergo & cum ipsâ rerum magiſtrâ experientiâ conveniens eſt Dn. *Ludolphi Hugonis* Fautoris noſtri, de ſtatu Imperij iudicium, qui ita diſſerit: *In vaſto noſtro Imperio quaſi peculiares Civitates & Reſpublicæ ὑπάλληλοι naſci videntur, quæ per ſe conſideratæ civitatis quandam ſpeciem habent; ad univerſum autem Imperium relatæ, eam habent relationem, quam domus ad Civitatem.* Item: *Hodie in partibus Imperij compluria quaſi peculiaria regna exorta, ſuis legibus compoſita; quæ tamen adhuc in Rempub. aliquam communem, ſed ab ipſis diſtinctam, conſpirant. Itaque Principes noſtri, cives quidem Imperij cenſentur in negotiis rem illius publicam ſpectantibus; in ditionibus autem ſuis pæne Reges & Autocratores quidam videntur. Hinc ſuperioritas territorialis, ſumma æmula maieſtatis: Hinc πολυθρύλλητον illud: Tantum poſſe quemlibet Principem in ſuo territorio, quantum Imp. in Imperio univerſo:* quam iuris publici regulam accuratè idem explicat. Legi de hac re meretur perdocta & ſolidè congeſta inauguralis Diſſertatio prædicti Dn. *Ludolphi Hugonis de Statu Regionum Germaniæ* Helmſtadi impreſſa, in qua accuratè exponit *duplex in Imperio Regimen, Summum* ſcilicet: *& ſubalternum.* Nam *& communi aliquâ Repub. Imperium univerſum regitur: Et ſingulæ regiones*, ex quibus componitur, pro-

Iudicium Iacobi Gothofred. de Repub. Germaniæ.

Cauſæ belli Germanici tricennalis & cauſæ corrumpentes Rempub. Germaniæ. Intereſſe Imperij ob tres cauſas neglectum.

Verum Iudicium Ludolphi Hugonis de Statu Imperij.

Summum Imperij regimen

Superioritas territorialis.

Duplex in Imperio regimen.

prios quoſdam Principes, vel magiſtratus, iudicia & conſilia: atque adeò *peculiarem quandam* ſuperiori ſubiunctam, *Rempublicam habent*. Vnde quoque commune eſt *Publiciſtarum prouerbium* modò latinè allegatum: *Ein ieder Fürſt iſt Käyſer in ſeinem Lande.* Idem me olim docuit Dn. *Conringius* in prælectionibus ad Lampadium. Quum itaque Principes Germaniæ ſinguli propemodum ſingulas habeant Reſpublicas, totum S.R. Imperium Reſpublica non erit verè vna, vtvt multa adhuc habeat communia omnibus, ceu fatetur idem Dn. *Conring.* de Pace perpetua inter Proteſtantes & Cathol. ineunda p.34. qui tamen non de Summo Imperio, ſed de Statuum Territoriis erit accipiendus. Vt adeò *mixta Imperij forma*, de qua ante diximus *in Summo Imperio tantum locum habeat; non autem in ſingulis Germaniæ Regionibus.* Omnes enim *Principatus* ſeculares & Eccleſiaſtici, nec non Comitatus Monarchiarum inſtar reguntur atque *imperfecta regna ſunt, ita tamen vt alicubi Principum poteſtas ſit libera* v.g. in Archi-Palatinatu; *alicubi reſtricta, temperata ordinibus Prouincialibus*, quos vocant *Landſtände*; quorum tamen authoritas hodie multis in locis decreſcere videtur, vt non niſi *Amens-Herrn* Politicus quidam illos non adeò pridem vocarit, quum preces Principum in conventibus Provincialibus ſint quaſi iuſſus & coactio. Tributa Germanicè dicuntur *Beth*, quia ab initio blandè & benignè per rogationes & ſuaſiones exigebantur. Olim enim Germania ab huiuſmodi novis impoſitionibus libera erat. [Vid. *Leheman* l.4. Chronic.c.24.] Hodie tales rogationes in effectu præcepta ſunt, atque ita ex *Bethen* factum eſt *gebieten* & ex *Bethe Gebott*, iuxta illud:

Mixta Reip. forma quatenus, in Germania obtineat.

Principatus Germaniæ vel abſolutè vel limitatè reguntur.

Landſtände

Eſt rogitare Ducum ſpecies violenta precandi.

Quod *Ciuitates Imperiales* attinet nonnullæ *Ariſtocraticè*, quædam *Democraticè*, quædam mixto modo gubernantur.

Tributa hodie pro imperio exiguntur.

Seuerini de Monzambano iudicium de Statu Imperij.

VIII. Dn. de *Monzambano* ita de forma Imperij noſtri cenſet, *Germaniam eſſe irregulare aliquod corpus & monſtro ſimile, ſi ad regulas ciuilis ſcientiæ exigatur, quod ſc. lapſu temporum per ſocordem facilitatem Cæſarum, ambitionem Principum, turbulentiam Sacerdotum, ex regno regulari in tam malè concinnatam formam eſt prouolutum, vt neque regnum etiam limitatum amplius ſit, neque ſyſtema plurium ciuitatum fœdere nexarum, ſed potius aliquid inter hæc duo fluctuans.* Et mox: *Imò ſi tollas mutuam illam inter Imperatores & Ordines renitentiam* (dum ad regni leges retrahere Imperium nititur Cæſar, in plenam verò libertatem tendentibus ordinibus) *iam erit reuera Germania corpus aliquod ſiue ſyſtema ſociorum inæquali fœdere nexorum.* Poſt: *Ergo commodiſſimè Statum Germaniæ poſſumus deſignare, quod proximè accedat ad ſyſtema aliquod plurium ciuitatum, in quo vnus velut Princeps, aut*

Dux fœderis emineat, ſimulacris Regiis vſitus. Hæc ille. Vir iſte perſonatus, rerum Imperij aliàs pergnarus cenſor, in quibuſdam hic cenſuram minimé effugere poterit, dum *iniuriosè Germaniam monſtro primùm aſſimilat, formam malè concinnatam in illa notat,* imo *ſtatum Imperij dubium, & in incerto quaſi ſalo fluctuantem denominat.* Non enim Germania [Pace Monaſterienſi pacata] amplius monſtroſa, eiúſque corpus inconcinna forma informatum, ſed ſuavis ac dulciſſima harmonia inter Caput & Membra reducta, & mixtio ex Monarchia & Ariſtocratia, *in artic.* 8. *Inſtr. Pacis* vnanimiter ſancita atque roborata, vt adeò *Reipub. Nauis non amplius in alto ciuilis belli ventis & fructibus ludibrium debeat, ſed nunc Pacem Monaſterienſem* [*Receſſu* Imperij & Capitulatione Leopoldina perpetuo confirmatam] *in tranquillo portu nauiget.* Vid. *Forſtner.* ad l.3. Ann. Tacit. c.54. Fatendum quidem eſt nonnulla adhuc Imperij negotia turbida atque gravamina nondum diſcuſſa reſtare, quæ, dum magnis animorum motibus in Comitijs agitantur, nec tamen optatu exitu concluduntur, non paucos nævos Nobiliſſimo corpori Reipub. inurunt; monſtroſum tamen illud minimè reddunt, multo minus formam & Spiritum ſive animam illius dubiam efficiunt. Et quid mirum eſt noſtram Rempublicam non eſſe omnibus numeris abſolutam? quum omnium ſub Sole rerum quandam imperfectionem deprehendere liceat. Credo Numinis ſapientiam eſſe, quæ non eſſe nobis hic permanentem civitatem oſtendere vult. Cælum πολίτευμα piorum. Henricus VIII. Angliæ Rex in literis ad Proteſtantes ſuperiori ſeculo, quum turbatum eſſet Imperium, datis ita: *Rerum humanarum hanc eſſe conditionem, vt tanquam in corpore, ſic etiam in Repub. & omni adminiſtratione continentibus ferè ſit opus remediis.* (*Sleidan.* l.8. Comment. p.214.) Noſtri Principes Evangelici quoque ita: *Ea eſt humanarum rerum conditio, vt in Repub. ſemper aliqua ſint atque remaneant, ad quæ conniuere oportet.* (*Sleidan.* l.11. Comm. p.317.) Magnum etenim Imperij corpus, licet magna animetur mente, tamen non omnia ad amuſſim & ad Euclidis libellam & lineam poſſunt exigi, nec omnia in imperiis poſſunt ex voto conſtitui. Scitum eſt Hippocratis: *Cruda non oportere moueri, quia nondum ſint corpora præparata ad recipiendam contrariam qualitatem.* Interim in terris peregrinantibus id cuique genus Imperij cariſſimum eſſe debet, ſub quo eſt genitus. *Vigeat, floreat in noſtro Imperio certa illa forma, in Inſtrumento Pacis art.*5. *&* 8. *fundata, Heſpero lucidiſſimo nobilior: Maneat Imperator Regum Rex & nobiliſſimi corporis Imperij ſupremum caput, non fœderis alicuius Politici* [quale coagulum in noſtro Imperio hactenus non deprehendimus; Feudi enim vinculum non eſt tale fœdus quale Monzamb. ſibi imaginatur] *Dux & Im-*

Dn. de Monzambano Cẽſoriam notã incurrit.

Hodie Reip. Germaniæ non dubius ſed certus ſtatus.

Grauamina nondum diſcuſſa publicum Imperij ſtatũ adhuc deformant.

Optima & ex aſſe perfecta Reſp. magis in hoc ſublunari mũdo optari quàm ſperari poteſt.

Imperium non eſt coagulum Fœderatorum Principum.

perator. Imperij enim regimen ſummum revera eſt vna civitas, & quidem non adeò imperfecta, quod formam ipſam attinet: Huic autem ſummo Imperio ſubſunt multæ aliæ Reſpublicæ ſubalternæ. Si duo hæc ſummum & ſubalternum in Imperio noſtro bene diſtinguere novimus, facilè apparebit quid de Monzamb. cenſura cenſendum ſit. Nuper *Pacificus* quidam *à Lapide* Italum iſtum perſonatum illuſtravit atque ſtrinxit, in cuius Diſc.12. plenius hoc negotium videbis pertractatum. *Manet* ergo *certum, Imperium Germaniæ ſummum mixtâ reipub.formâ eſſe informatum,* vt ſupra deduximus, quia ſcilicet Imperator reſpectu ſummi Imperij, (ſi non magis aut minus, nam in vtramque partem quædam afferri ſolent, quæ tamen à privatis vix ac ne vix quidem in eum ordinem digeri poterunt, qui omnibus ex æquo placere queat) ſaltem ex æquo cum ſtatibus participat iura Maieſtatis. Deinde etiam ſtatus ad ſe invicem conſiderati admodum inæqualiter Politicæ poteſtatis ſunt compotes, quæ ipſa in Repub. ſimplici cuiuſcûnque formæ obtinere neutiquam poſſunt. [Conf. Dn. *Textor*. de Rat. Stat.Germ.modernæ p.35.55.]

Rationes quod Regnũ Germaniæ ſit mixtum.

DISCVRSVS VI.

DE TERMINO RESTITVTIONIS in Eccleſiaſticis.

Ad art.5. Inſtr.Pac. §.2. verb. Viceſimi quarti.

Terminus reſtitutionis in Eccleſiaſticis.

I. ECclesiasticorvm, & quæ horum intuitu in Politicis mutata ſunt, reſtitutionis terminus à quo hic in Inſtr.Pac.ſtatutus eſt *dies 1.Ian.an.*1624. Hic punctus, an.1646. in Tractatib. concluſus, difficulter obtineri potuit. Ann.1646. Sueci nomine Proteſtantium vrſerunt an.1618. Galli verò nomine Catholicorum an. 1630. propoſuerunt (Vid. *Th. Eur*. T.5. p.982.983) Eodem anno menſ.Iul. Proteſtantes in religionis gravaminibus adhuc anno 1618. inhærunt. [*Th. Eur*. T.5. 1113.] Menſe Iun. præced. maxima Statuum pars in puncto amneſtiæ ex capite reſtitutionis Eccleſiaſticæ terminum præfixere an. 1624. *Damit den Evangeliſchen alſo noch 6. Iahr Zugegeben, den Catholiſchen*

liſchen aber ſo viel Iahr Zurück geſezet, vnd ſolcher geſtalt das Mittel getroffen vvurde (*Th. Eur.* T. 5. p. 1102. Idem in *compoſitionis articulis* in puncto grauaminum an. 1646. menſ. Iul. ſtabilitum, vbi in art. 1. ita *Damit ein vnd ander Stand ſich deſto vveniger* circa reſtitutionem *zubeſchvveren Vrſach habe, ſolle der* terminus à quo in Eccleſiaſticis ad totum an. 1624. reduciret *vverden* (*Theat. Eur.* T. 5. p. 1113.) Eodem anno menſ. Aug. Proteſtantium Delecti conuenerunt in pago *Lengern* medio inter Monaſterium & Oſnabrugam itinere, ibique quædam de priore conditionum propoſitarum rigore remiſerunt, & an. 1621. determinarunt; Catholici verò (quum antea annum 1627. in Eccleſiaſticis vrſiſſent) nunc an. 1624. deſignarūt (*Forſtner.* in Epiſt. p. 26.) in quem tamen Proteſtantes an. eod. menſ. Octob. nondum acquieuerunt, *ſondern haben die* ante grauatos *auch* reſtituirt *vviſſen vvollen.* (*Th. Eur.* T. 5. p. 1205.) Tandem & ipſis an. 1624. placuit V. *Inſtr. Pac.* hic.

II. Executio hujus §. 2. fuit admodum difficilis. Nam an. 1649. d. 24. Marr. ſt. v. Dn. de *Thumbshirn* inter alia fuit conqueſtus: *das die Ieſuiten vnter dem Herrn Graffen von der Lippe, ſo in* an. 1626. *eingeniſtet, ſich nicht vvolten vvegvveiſen laſſen, vnter dem Vorvvand das ſie nicht* occaſione huius belli, *ſondern* ex legato *Herrn Graff Hermans von der Lippe daſelbſt einkommen vveren.* Cæterùm hiſce nebulonibus tum ſine dubio oppoſitum fuit, quod teſtamentum tanquam lex priuata ius Imperij publicum non poſſit immutare; vt jam taceam de fraudibus & dolis, quibus iſti expilatores hereditates & legata ad ſe trahere ſoleant. Videatur de eo Monachus Benedictinus *Romanus Hay* in Horto Cruſiano. (*Theat. Eur.* T. 6. p. 704.) In numero reſtituendorum Circuli Saxon. Infer. an. 1649. fuit *Epiſcopus & ciuitas Hildeſienſis, in die.* an. 1624. *gehabte* libertatem conſcientiæ, Exercitium religionis Auguſtanæ Confeſſionis, *vnd deſſelben* (*Vermœg des Inſtr. Pac. art.* 5. §. *Quantum deinde* 21. verſ. *Hoc tamen non obſtante*) annectirte jura, *ſonderlich in das bishero vervveigerte* jus Conſiſtorij; (quum Receſſus Brunſvicenſis de an. 1643. inter Epiſcopum Hildeſ. & Duces Brunſvic. in *dict.* §. 10. *verſ. Pacta autem,* expreſſe ſit ſublatus) *hiernegſt auch die Capucciner von den Statt abzuvveiſen.* (*Th. Eur.* T. 6. p. 722.) Obtenta fuit iſta reſtitutio, excepto puncto, Capuccinos concernente, cuius controuerſiam hic annectere lubet.

Executio h. §. 2. admodū fuit difficilis.

Reſtitutio Hildeſia.

III. Quum reſtitutio ciuitatis Hildeſienſis ita in Tract. Pacis fuiſſet decreta, an. 1649. menſ. Nouemb. Sereniſſ. Princeps Dn. *Auguſtus* Adminiſtrator Magdeb. Executor Pacificationis in hoc puncto, Hildeſiam miſit Dn. *Fridericum von Schierſtedt,* & *Michaëlem König* I.V. L. Capuccinisque à Senatu iniunctum, vt, quoniam an. 1624. Congregationis poſſeſſione non ſint gauiſi, inde migrarent & ſponte exi-

Controuerſia Hildeſienſis vvegen der Capucciner. Hiſtoria huius controuerſiæ.

rent. *Pater Guardian* tum nomine Capuccinorum reſpondit: *Er kõnte ſolche* intimation *ganz vnd gahr nicht annehmen, vveil ſie einem Ehrnveſten Rath nicht vntervvorffen; Es müſte ſolches erſt an. I. Ch. Durchl. Zu Cöln gelangt vverden, vven der die* emigration *geböte vvolten ſie vveichen: Zudem hetten die Catholiſche die* Congregation an. 1624. *Inngehabt, müſte es derovvegen dabey ſein Verbleiben haben.* Proteſtirte *derovvegen vnd* contradicirte *der* intimation. Examinatus fuit dein à Commiſſariis teſtis *Ioan. Meyer* Ciuis Hildeſ. qui depoſuit an. 1624. d. 1. Ian. Capuccinos in Congregatione non fuiſſe, ſed illo anno cum *Herzogenboſch* in Brabantia fuit captum, illos primùm in ædibus Magiſtri Crameri (*Auffdem Berge vor Hildeſsheim*) receptaculum ſuum habuiſſe. Poſtea verò quum Sereniſſ. Dn. Georgius Dux Brunſv. & Lyn. vrbem obſideret, Capuccinos primùm Congregationem occupaſſe. Fere idem depoſuerunt *Ludolff Schmidt & Heiſe Sengebehr.* Quum igitur die 29. Nouemb. 1649. Dnn. Commiſſarij vigore Inſtr. Pac. ipſis emigrationem iniungerent, illi omnia abnuere, rem omnem ad Superiores ſuos reiicere. Quumque ſponte exire nollent, Dnn. Commiſſarij executionem militibus mandarunt: quæ tamen in ſeq. diem dilata. Tum verò huic actui interuenit Secretarius Electoris *Nemhard*, & exceptionem illegitimitatis Commiſſariis oppoſuit. Non enim Dn. Auguſtum Adminiſtratorem, ſed *Moguntinum & Auguſtum Ducem Brunſvicenſem* eſſe pro Executoribus declaratos, multaque alia iniurioſa dicta adiiciens, tandem milites executionis miniſtros ita allocutus: *Ihr redlichen Kerl bedencket vor vvol vvas ihr thut, denn Ihr Ch. Durchl. Zu Cölln eben ſo vvol, als dem Rath zu Hildeſsheim mit pflicht vnd eiden vervvand ſeid*, &c. Adiecit dein Proteſtationem aduerſus executionem. Quum itaque Capuccini ſe nullo modo accommodarent, & Miſſam ac horas ſuas de induſtria prolongarent, monitiſque Commiſſariorum nullus locus relinqueretur, illi, Commiſſione ſua ſcripta iterum repetita, militibus mandarunt, vt Cappuccinos, qui ſponte exire nollent, manu iniecta, extraherent, neminem tamen in corpore læderent. *In dem nun die Soldaten hinzu tretten, vnd die Capucciner hinauſs führen vvollen, hat* Secretarius Nemhart de nullitate & violentia proteſtirt, *die Cappuciner aber, auſsgenommen etliche ſo gutvvillig hinauſsgangen, ſeind mit einander zur Erden niedergefallen, vnd einer dieſen der ander einen andern Poſt am Altar ergriffen. Sich auch ſo feſt daran gehalten, das ſie kaum davon gebracht vverden können, vnd etliche im Hinauſsführen haben geſchleppet vverden müſſen. Vnder deſſen iſt keinem Capucciner einig Leid geſchehen, auſsgenommen das einem, ſo ſich zvviſchen die Bancke* retiriret *auſs eigenem Verurſachen die Banck auff die Naſe gefallen,*

davon dieſelbe geſchvveiſſet, ein Capucciner aber hat einen Soldaten mit Nahmen Henrich Fullekrues, vvelcher ihn angreiffen vnd auſsführen vvollen, bey der Gurgel ergriffen, demſelben auch endlich eine Maulſchelle gegeben. Nach dem nun die Capucciner alle mit einander an der zahl eylff einer nach dem andern auſs der Congregation *in den gang geführet vvorden, iſt derſelben auff ihr begehren von ihrem Diener Henrich Havver dem Mahler Eſſen vnd Trincken gegeben vvorden, Der* Pater Guardian *aber ſo vnpäſslichkeit ſimulirt, hat ſich auff die Erde niedergeſezt; einen Trunck Breyhan vnd endlich getragen zu vverden begehret. Nach dem nun die Cappucciner geſpeiſet vnd getrencket vvorden, hat man dieſelben endlich auſs der Pforten in der Nevvenſtraſſen hinauſs führen vvollen: Da dam* Secret. *Nembart nochmals* de nullitate & violentia proteſtirt*: Etliche Capucciner aber haben die Füſſe gegen die Pforten Ständer geſezet, alſo daſs die Soldaten dieſelbe mit groſſer mühe kaum zur Thür hinauſs ziehen können, da dan abermahl ein Capucciner einem Soldaten, ſo ihn hinauſs führen vvollen, mit der Fauſt ins Geſicht geſtoſſen, der Soldate aber hat ſolches* pati *vergelten vvollen, aber vom dem einen* Commiſſario *Herrn* Licent. *König davon abgemahnet vvorden. Vveil auch einer von den Capuccinern auff der Straſſen muthvvilliger vveiſe auff die Erden niedergefallen, vnd auff keinen Fuſs tretten vvollen, ſondern geſagt: Ihr hörts vvoll, ich vvill nicht gehen, ſchlagt mich nur Todt; ſo haben die Soldaten denſelben tragen vnd über die Straſſen ſchleppen müſſen, doch hat ſich derſelbe gleich vvol bald anders bedacht, auff die fuſſe getretten, vnd vvieder gegangen: Der* Pater Guardian *aber iſt durch Zvvey Soldaten, auff deren Schulter er ſich gelehnet, geführet vvorden.* (vid. *Theat. Europ.* T. 6. p. 986. & ſeqq.) Et ita Capuccini die Sabbathi ante Dominicam 1. Aduent. inter 12. & 1. horam ex Congregatione & Vrbe per portam quæ ab aggere nomen habet (*Damthor*) vſque ad viam publicam per milites ducti. Et hic eſt actus Exmiſſionis Capuccinorum.

Non eſt violenta deiectio, qua iuſſu magiſtratus authoritate publica fit.

Monachi Pontificij cariorem habēt tunicam Chriſti, quā Chriſtum ipſum.

IV. Anno dein 1655. die 21 Nou. Elector Colonienſis & Catholici in *Conuentu Deputationis Francofurti* vrſerunt reſtitutionem Capuccinorum. *Fundamenta tanquam Epiſcopi Hildeſienſis fuerunt.* 1. Se ao. 1624. in poſſeſſione, & vſu iuris Epiſcopalis in illa Diœceſi fuiſſe, liberriméque ſecundum illud omnia diſpoſuiſſe, & in ſpecie Collegium S. Hieronymi poſſediſſe. Se igitur in eum ſtatum ante omnia eſſe reſtituendum, in quo ante f. & m deſtitutionem fuit. *Es vvere Ih. Ch. Durchl. zu Cölln als Biſchoffen zu Hildeſsheim mit auſstreibung der Capucciner Gevvalt vnd Vnrecht beſchehen; Sie auch dergeſtalt ihres habenden Biſchofflichen vnd Lands-Fürſtl. auch Zumahln vber das* Collegium S. Hieronymi *gebürenden eigenthumbl. Rechtens vvieder den Frie-*

Fundamenta Epiſcopi Hildeſ. de reſtituendis Capuccinis. Spoliatus ante omnia reſtituendus.

denſchluſs turbirt, ſpolirt *vnd entſetzet vvorden, vnd derovvegen ohn allen verzug, Ein- vnd Ausred mit* reduction *der Capucciner vviederumb in vorigen ſtand* per omnia reſtituirt *vnd eingeſetzet vverdē ſollen vnd müſſen.* Ortum eſt inde κοινόμ... *Ob der Capucciner Orden ſo* an. 1624. in Collegio B. Virginis *zu Hildeſsheim einer Biſchofflichen Land-Statt nicht gevveſen, ſondern* an. 1631. *von damahligen Herrn Biſchöffen an ſtatt des Ieſuiter Alumnats darein geführet, aber* an. 1649. *nach publicirtem Friedenſchluſs vvieder auſsgeſchaffet vvorden, alſoforr zu* reſtituiren *ſey?* Diſputatum de eo an. 1653. d. 19. Iul. Ratisbonæ; ſed ibi hæc controuerſia non expedita. Rurſus illa agitata in Deputationis Conuentu Francofurti, vbi Euangelici Status an. 1655. d. 19. Nou. ſt. v. negatiuam coram Commiſſariis Cæſareis propugnarunt. (Vid. Dn. Harſdö f. tom. 2. Secretar. part. 4. Epiſt. 34.) *Cardo controuerſiæ tandem in eo fuit:* An Princeps Catholicus in cænobium ad ſe pertinens, vel templum deſertum in Ciuitate, vbi pars maxima adhæret Auguſtanæ confeſſioni, introducere poſſit nouum Monachorum Ordinem, licèt an. 1624. ibidem ex tali ordine nemo extiterit! *Euangelici hoc negarunt* per *art. 5. Inſtr. Pac. §. Quantum deinde* 2. Capucinos non fuiſſe in poſſeſſione cænobij S. Hieronymi an. 1624. d. 1. Ian. Rem ergo debere manere in priori ſtatu iuxta a. 5. §. 2. Inſtr. Pac. *Rationes Catholicorum in contrarium erant.* 1. Per pacificationem religioſam de an. 1555. neminem ex Catholicis Statibus in exercitio religionis ſuæ turbandum. *Das aber im* Inſtrumento Pacis *einigem Landſtand vnd Vnterthanen: vvelchem das* Exercitium Auguſtanæ Confeſſionis an. 1624. *vergönnet gevveſen, zugelaſſen ſey ſeinem Herrn vnd Lands Fürſten, ſo der Catholiſchen religion anhängig, Maas vnd Ordnung fürzuſchreiben, vvie es mit ſeinen Ihme abſonderlich angehörigen Geiſtlichen Gütern, Kirchen, Klöſtern, Geiſtl. Ordensleuten vnd allen andern halten ſolten vnd müſten, darüber vvere im ganzen* Inſtr. Pacis *kein auſsgedruckter Buchſtab zu finden.* Diſpoſitionem ergo huiuſmodi manere liberam, nec ab vllo Statu multo minus ſubditis poſſe impediri & per conſequens Hildeſienſes in caſſum laborare, quum nec ante nec poſt an. 1624. cænobium S. Hieronymi ad ipſos ſpectarit, ſed Epiſcopus illud poſſederit. 2. Electorem tanquam Epiſcopum Hildeſienſem, quum hic caſus Auguſtanam confeſſionem non concernat, rectè exercere ius ſuum Diæceſanum. *art. 5. §. 16. Inſtr. Pac.* Per reductionem enim Capucinorum in fundum alienum & ad ciues non pertinentem, non lædi exercitium Auguſtanæ confeſſionis. 3. Cuilibet Statui competere ius reformandi religionis *per art. 5. §. Quantum deinde.* Hâc tamen limitatione, *Das ſie ihre Lanſtände vnd Vnterthanen bey dem laſſen ſollen, vvas ſie in* exercitio religionis *vor ſich* an. 1624. *herbracht haben.* Ex-

ceptionem igitur hanc firmare regulam in caſibus non exceptis. 4.
Per Inſtr.Pac.art.8. in pr.confirmata eſſe Statibus competentia iura & privilegia. 5. Vſerunt porrò Catholici Edictum Prætoris. *Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, vt eodem iure vtatur. VVil der Augsburgiſchen* Confeſſions *Verwanten und Zugethane dergleichen Reformations-Handelung in Ihren Landen und Leuten, wie einführung ihrer* Confeſſion *ergebener* miniſtrorum, *Aufrichtung neuer Schulen, Vermehrung derer Anzahl, Verenderung deren Ordens Leuten, und in viele andere wege ſich iederzeit ihres* territorial *Rechtens gebrauchten, und noch heutigen tages alſo erfodert die* æqualitas vtrinque prætenſi iuris, *das man die Catholiſchen ebenmeſsiger geſtalt, bey ſolchem gebrauch auch* vnturbirt *verbleiben laſſe, und* conſequenter *die Statt Hildesheim, zu Wiedereinnehmung der unbillich-auſgetriebenen Capucciner anhalten thue.* Notiſſimi enim eſſe iuris. Spoliatum ante omnia eſſe reſtituendum. Non itaque obſtare hic d.§. *Quantum deinde*; & in allegato §.2.non agi de Religionis exercitio vaſallorum, ordinum & Subditorum alicuius provinciæ adverſus Dominos ſuos, ſed tantùm de Statibus immediatis adverſus immediatos, eorum reſtitutione. Si enim hic §.ad mediatos Status etiam pertineret, tum illa clauſula in verſ. *Hoc tamen non obſtante*, &c. verb. *Quacúnque anni parte*, eſſet ſupervacua, & deberet reſtringi iuxta dictum §.2.ad diem 1.Ian.1624. quod tamen Proteſtantes non facilè concederent. Locum itaque allegatum prætenſam reſtrictionem habere non poſſe. Evangelici reſponderunt quidem ad hæc; Sed *lis tandem tranſactione finita*, & an.1656.d.13.Februar. *Capuccini* à Senatu Hildeſienſi rurſus ſunt *in Vrbem recepti*, & in Collegium S.Hieronymi (*Congregation oder* B.Mariæ *genant.*) reſtituti, liberúmque domicilium, liber introitus in Vrbem & liber reditus ab omni iniuria vacuus; conceſſus, ita tamen, vt rurſus quietè ſe gerant. Et hoc modo Securitas ipſis à Senatu promiſſa. Collegium tamen illud ad ſummum 12. perſonis tantùm conſtare debet. Conditiones quibus ſunt recepti Vid.Dn.*Harſdörf.* Secretar.tom.2.part.4.Epiſt.66.

Eventus huius controverſiæ.

DISCURSUS VII.

DE

RESTITUTIONE

SIVE PARITATE URBIUM

Imperij, quæ ſunt mixtæ religionis.

Ad art.5. Inſtr.Pac.§.2. verſ.Civitates, Auguſta &c.

Intereſſe Auguſtanæ Confeſſionis addictorum.

I. INTER *Civitates mixtæ religionis* primo loco hic reſtituitur Auguſta Vindelicorum. Quum anno 1629. decretorium illud Edictum Ferdinandi II. Imp. de reſtituendis Bonis Eccleſiaſticis prodiret, ſtatim menſe Auguſto *factum eſt Auguſtæ Vindelicorum initium Reformationis.* Et quamvis Saxoniæ Elector bis pro ea apud Imperatorem interceſſerit, tamen omnia fuerunt fruſtra; *quod ipſum in malum omen Auguſtanæ Confeſſionis addictorum tractum eſt.* Nam *Auguſtâ Vindelicorum in Eccleſiaſticis læſa, læditur ac per latus petitur univerſus Proteſtantiſmus.* Vid. ſupra p.1. Diſc.1.n.90. An.1530. in hac Civitate quum Confeſſio Proteſtantium Carolo V. Cæſaria fuiſſet exhibita, Auguſta dein anno 1533. Auguſtanam conf ſſionem quoque ſuſcepit. Quum dein Proteſtantium iacta alea in bello Smalcadico infeliciter caderet, anno 1551. Concionatoribus Evangelicis non tantùm ſacris, ſed etiam aqua & igni interdictum eſt in hac civitate. Anno 1555. hæc civitas vſa eſt pace religioſa vſque ad an.1559. vbi exercitium religionis liberum fuit inhibitum. Ann.1632. Rex *Guſtavus Adolphus* capta vrbe illud iterum reduxit: An.1535. Poſtquam Cæſaris in poteſtatem rediit, Evangelicis ſecundum multorum opinionem, non niſi duo Miniſtri conceſſi, donec per Inſtrumentum Pacis res in eum ſtatum reduceretur in quo an.1624. fuit, quæ tamen reſtitutio difficultate non caruit, Præſule Auguſtano frigidam ſuffundente. Hic enim præci-

Mutatio Reipub. Auguſtanæ.

puus ſemper Pacis Religioſæ Auguſtanæ oſor fuit, & ſuperiori ſeculo contra illam proteſtatus eſt, quem idcirco dicunt conventione illa religioſa non teneri. Sed omnes eiuſmodi ſententiæ procul ſunt arcendæ, ne turbas pariant publicæ religionum tranquillitati. Et licet Epiſcopus Auguſtanus, aut nonnulli alij calculum ſuum Pacificationi religioſæ non adiecerint, tamen ſufficit conveniſſe ſuper ea maiorem partem Ordinum, conſensúmque Imperatoris vel Regis Romani illi, tanquam pleniſſimum robur acceſſiſſe. Similiter Inſtrumentum Pacis ex eo non amittit vigorem legis publicæ, quod in illud *VVilhelmus Oſnabrugenſis* & alij Epiſcopi non conſenſerunt.

Epiſcopus Auguſtanus approbat Pacem Religioſam.

Proteſtatio contra leges Imperij publicas & fundamentales non valet.

II. Quod Politicum huius Auguſtanæ Civitatis ſtatum attinet, ſciendum eſt, quòd *Fridericus* I. Imp. mortuo *Adelgoſo de Suabegg*, ſine hærede (qui fuit Advocatus Auguſtæ Civitatis, ipsámque Advocatiuam tanquam propriam poſſidebat.) Omnia ipſius bona vindicarit, & Auguſtam Civitatem Imperio addiderit. [Vid. *Felix Faber*. in Hiſt. Sueu. l. 1. fol. 102. *Knipſchild*. de Civitat. Imper. l. 3. c. 3. num. 46.] Hoc tamen de plena acquiſitione omnium iurium, quæ ſtatui Imperij competere poſſunt, minimè accipiendum. [Dn. *Myler* in Archolog. c. 19. num. 2.] Immediatam enim libertatem demum an. 1268. à Conradino Sueviæ Duce, certa pecuniæ ſumma interveniente, obtinuerunt. *VVerlichius* [in Chronic. Auguſtan. part. 2. c. 5.] hac de re ita. *Bey dieſem Herzog Conraden* (id eſt vltimo Sueviæ Duce) *in deme er umb und umb betrangt vnd Gelt bedürfftig gevveſen, hat unſaul auch hieſige* (*Augſpurgiſche*) *Burgerſchafft nicht allein ſich ſondern auch VVas gemeine Stadt betrifft, in vielen ſachen, gleich vvol nicht umb eine geringe Summa Gelds befreyet, und bey ſolcher Gelegenheit von der Ober-Herrn und Schuzherrn Gevvalt ganz vnd gar ab gekaufft: Das ſie hinfüro ihnen ſelbſten aus ihren Geſchlechtern* (*daranſie vveder einiges Herzogen, noch Landvogts Beſehl ſolte hindern*) *einen eigenen Rath ervvehlen möchten, und Stadtpfleger an vvelchen das ganze Regiment ſolte gelegen ſein, zu machen, gut macht haben: doch das Maleſiz und hals vveſen auſgenommen.* Hæc ille. An. 1386. die 30. Octob. in Seditione plebs atque tribus hic ex Ariſtocratico Democraticum regimen introduxerunt, quod dein à *Carolo IV.* Imp. eſt confirmatum. Anno verò 1548. rurſus poteſtas rediit ad Patritios, vbi tum circa ſtatum à *Carolo V.* multa fuerunt immutata, in cujus Carolinæ ordinationis hic in Inſtrum. Pacis verſ. *De cætero* fit mentio. Notandum hic ex Politicis: *Civitates, quæ populi Imperio regebantur, nullo modo felicius contineri* [*cum à Principibus ſubiugantur*] *quam ſi ſumma rei à Populo ad Senatum à Principe conſti-*

Politicus ſtatus Auguſtanæ Vrbis.

Initium libertatis Imperialis huius vrbis.

Libertas perſonalis eſt inæſtimabilis non libertas territorialis atque realis

Regimen Politicum Civitatis Auguſtæ Vindelicorum.

rutum, vel in vnum aliquem, ipſi Principi id beneficium debentem, feratur. Nam iuxta Tacitum: l.6. Ann.cap.42. *Populi Imperium iuxta libertatem; Paucorum dominatio regia libidini propior.* Hoc modo

Caroli V. Imp. arcanũ Politicum.

Carolus V. Politicas literas imprimis callens] *Florentinam* Rempub. ad Mediceos; *Auguſtam* aliaſque Germaniæ Civitates à populo ad Senatum tranſtulit, & hoc modo transferendo reip. poteſtatem à plebe ad optimates, illas ad genium Monarchici regiminis formavit. De hoc Conſilio Politico Caroli V. vide *Thuanum*, & *Ioan.Baptiſt.Hadrian.* l.7. Hiſtor. [Dn. *Forſtner* ad l.6. Ann. Taciti & ad libr.12. p. 179.180.] Quum tempore Caroli V. bellum Proteſtantium cum Cæſare ferveret, magnum ad famam Caroli V. pondus addidit, quòd

Magnum põdus in civitate Auguſtana ſitum.

Auguſta Vindelicorum, Auguſtanæ Confeſſionis incunabulis nobilis Civitas, ab ipſo capta fuit; quod armorum decus *Mauritius* Saxoniæ Elector rurſus Carolo eripuit, maiorémque autoritatem Evangelicis peperit. Sanè *plurimùm* quoque *in Tractatu Pacis Monaſteriensis Evangelicis Statibus in eo fuit negotij, vt Civitatem Auguſtam, Auguſtanæ Confeſſionis veluti cor non omitterent*, ſed illi bene tam in

Arcanum Evangelicorum.

Eccleſiaſticis quàm in Politicis proſpicerent. Quid an.1646. circa hanc vrbem fuerit conſtitutum vid. *Theat.Europæ.* [Tom.5.1116. artic.15. verb. *Betreffend die Stadt.* [*Cæſareani* vehementer ſe initio paritati

Intereſſe vrbium Evangelici non debent negligere.

Vrbium Mixtæ religionis oppoſuerunt, id quod patet ex ſequentibus. An.1648. d.3.Febr. coram Deputatis Civitatum Argentinæ, Ratisbonæ, Lübecæ, Norimbergæ, Cæſareani propoſuerunt, *Es könten die Catholiſchen die* paritet *Zu Augspurg und andern mit benanten Städten,*

De Civitate Hildeſienſi vid. Diſcurſ. præced. controverſia de Paritate Politica Auguſtanæ Fundamẽta Auguſtanorum & Proteſtantium.

quod ad Politica *ganz nicht eingehen, vveiln dieſe* tractaten *dahin nicht angeſehen, einem oder andern Stand mehr zugeben als er* an.1555. *gehabt. Nun ſey aber undiſputirlich vvahr, das zur ſelben zeit die* Paritet in Politicis *an berürten orten nicht in übung gevveſen.* (Vid. pl. *Theat.* Europæ. Tom.6.p.398.) Eod.ann. d.6. April. ſt.v. Senatus Auguſtanus Catholicus, quum inaudiſſet hanc paritatem Oſnabrugæ eſſe conceſſam, per *Decretum* declaravit: *Das ſolches eine vor nie erhörte, vveiniger im gebrauch gevveſene, ſondern allen* terminis tranſactionis *vviderſtrebende* novitet *vvere.* Decretum illud vid. *in Theat.Europ.* T.6.p. 420. An.1648. d.5 Iun.ſt.v. *Evangelicorum Deputati* ſcripſerunt ad Imperatorem & Catholicum Senatum Auguſt. de hoc puncto paritatis. In literis ad Imperatorem inter cætera ita: *Das die durch die Zu Augſpurg dem* Religion- *Frieden und andern vergleichungen zu vvieder, Catholiſchen theils nach und nach eingeführete* diſparitet, *nicht allein beſagte Statt Augſpurg in ſchädliche zerrüttung gerathen, ſondern vvie ſich die drey Churfürſten Pfalz, Sachſen, Brandeburg bereits im Iahr.*1590. *gegen Käyſer Rudolf dem andern beklagt; von etlichen Friedheſſigen darunter.*

ter geſucht vvorden, ob deren ends die Augſpurgiſchen Confeſſion *ver-vvandte, endlich gar auſsgeſchloſſen, vertilgt, vnd damit der nahm Aug-ſpurgiſchen* Confeſſion (quam Deputati in litteris ad Senatum vocant: *Die Auſpurg. Chriſtliche* Confeſſion *des orts halben gegebenen Nah-mens) verdunkelt vnd abgethan vverden möchte, vvelches dan, vvie be-kandt im H Röm. Reich zu dem ſchädlichen Miſstrauen Zvviſchen beyden Religions Ständen, vnd daraus ervvachſenen groſſen Vnheil vnter andern nicht die geringſte Vrſach mitgevveſen iſt, vnd alſo allen vmſtänden nach zumahlen vveder der Religion frieden, noch die hochbeteuerte verträge die Auſpurgiſche* Confeſſions *vervvandten bey ihren rechten ſchüzen vnd verſichern mögen, keine andere beſtendigere Remedirung als eine gleich-meſſige* paritet *gefunden vverden können.* Et mox: *Das der Catholiſchen vngleich vveniger als der Augſpurgiſchen* Confeſſions *vervvandten ſein, vvelchen derovvegen die* prærogativ. *viel billiger gebürete.* Petierunt tandem *I. Kay. May. vvolten allergnädigſt geruhen, vnd dem jezigen Catholiſchen Magiſtrat zu Augſpurg anbefehlen, damit ſie mit ihren der Augsb*: Confeſſions *vervvandten Mitburgern friedlich leben, in ſie ſambt vnd ſonders der* paritet *halben vveder* per directum, *vveder* per indirectum *ferner nicht zuſezen, ſondern ſich der gebühr nach bequemen.* In literis ad Senatum Auguſtanum ita Euangelicorum Deputati inter alia: *Das ihre Gnädigſte vnd Gnädige Herrn* Principalen *nimmermehr nachſehen vverden, das ſie hieriñen einige Enderung vornehmen, die vvie-der recht vnd Billichkeit gebrauchte* diſparitet continuiren, *Die Aug-ſpur*: Confeſſions *vervvandte Zu der Augsb.* Confeſſions *Beſchimpff-vnd Zu deſſelben Nahmens Erlöſchung vnter ihre Füſſe ligen, nach ihren gefallen auſtilgen, vnd dadurch Zvviſchen Churfürſten vnd Ständen des H. Röm. Reichs nur verbitterung verurſachen, vnd das, Got lob! mitt beylegung der* grauaminum reſtabilirte *gute vertrauen, aus Antrieb vnruhiger Köpfe.* (An hic inter alios notant Epiſcopum Auguſta-num?) *ſonderbahren* affecten *vnd* Priuat intereſſe *vvillen, alleine* tur-biren, *vnd durch ſolche vngütige* impugnationes *deſſen vvas alhier ab-gehandelt! vviederumb Zerſtören.* Item: *Das die beſte vnd beſten-digſte* medela *in baſtellung des Burgerlichen* Magiſtrats, *Stadtämbter vnd Dienſte in Einführung beſſerer Gleichheit beſtünde.* (Vid. pl. *Theat. Europæ.* T. 6. p. 439. 440.) Reſpondit Senatus & hoc modo ſe excu-ſauit: 1. Quod incerti fuerint an pacta Oſnabrugenſia rata manſura. 2. Se nullam diſparitatem introduxiſſe; Prærogatiuam Catholico-rum ante Pacificationem religioſam in magiſtratibus Vrbanis obti-nuiſſe, nullamque paritatem fuiſſe vſitatam: Æquum ergo eſſe, vt in quaſi poſſeſſione iurium ſuorum vigore Pacis religioſæ, Capitulatio-nis Cæſareæ, & ipſo Inſt. Pac. art. 8. v. *Tam in* &c. defendantur.

Rationes Proteſtantiũ pro paritate Politica.

Euangelicorum intereſſe ratione Auguſtæ Vindelicorũ.

Ratio Politica

Rationes Auguſtanorum.

Quum itaque Cives Auguſtani Evangelicæ religionis hoc novum & pingue beneficium, Paritatem ſc. Politicam per Monaſterienſem Pacificationem indeptum ambabus manibus amplecterentur, nec dimittere nollent d.9.April. ſt. v. Civitatis Curator (*Stattpfleger*) Doct. *Schreiber* & Syndicus Auguſta Pragam conceſſerunt, & nomine Catholici Senatus & Catholicorum Civium ob paritatem Politicam Oſnabrugæ concluſam (*Wegen gleicher Anzahl Euangeliſcher und Catholiſcher Raths Perſohnen*) gravamina Cæſari obtulerunt, & petierunt, vt quoad Eccleſiaſtica Auguſtæ ad minimum ſtatus anni 1629. obſervaretur (*Theat. Europæ.* Tom.6. pag.421.) Anno 1648. die 22. April. in ſeſſione peculiari *Legatus Ducis Saxoniæ in Altenburg* Dominus Thumbshirnius Decretum Auguſtanum (ſupra notatum) comunicavit, & dein vnanimiter concluſum fuit: *Sich beydenen Herrn Käyſerl. wegen dieſer* inſimulation *auch widerſezlichkeit, und folgends an dem Kayſerlichen Hoff, zu angemaſſeter Hindertreibung berichteter* paritet, *abgeſchickter Geſandtſchafft höchlich zu beſchweren, mit angehenckter Bitte, Ihr Kayſerl. Maieſt. bewveglich zu zuſchreiben, dàs ſie dieſes gegen den Augſpurgiſchen Abgeordneten gebürlichen verweiſen wolten*, &c. *Es haben ſich auch die Herrn. Kayſerl.* coram Deputatis Evangelicorum *erbotten, ſolches an I. Kayſ. Maj. zu ſchreiben, und zu* recommendiren. (*Theat. Europæ* Tom.6. p.424.) Patet vel ex hoc exemplo, quàm mirificè præſertim præ Catholicis, *Euangelici* Imperij *Status euigilent, ne quid noui contra Reip. Imperij fundamenta attentetur.* Et ſanè ſi vera potius, quàm dictu ſpecioſa eloqui velimus, *præſentem Reip. formam atque ſtatum* (qui à temporibus Caroli V. vſque ad concluſam Pacem Monaſterienſem dubius atque fluctuans fuit, nunc verò certus per artic.8. Inſtr. Pac. redditus) *ſi non in totum, certe maxima ex parte Euangelicis acceptum referre debemus.*

Nota attentatum cõtra Comitiorum decreta.

Obſerua nouum Auguſtanorum attentatum, dum à comitiis ſupplicationem ad Cæſarē mittunt id quod rectè Euangelici arguunt.

Euangelici præcipuè in cauſa ſunt certitudinis Status in Imperio.

III. Quum itaque paritas Politica Vrbium mixtæ religionis ſtaret inconcuſſa & immobilis, nihil aliud erat reliquum, quàm vt bene decreta atque concluſa executioni quoque mandarentur. *Decretum enim abſque executione eſt tanquam campana ſine piſtillo & veluti fulgur ex pelui*, vt Politici atque IC. loqui amant. Quum igitur an.1648. huic operi manus admoveretur, Senatus Auguſtanus Catholicus die 23. Novembr. executioni Pacis oppoſuit exceptionem Nullitatis: *Weil nicht erwieſen könne werden, das in berürter* paritet *kein einiger Catholiſcher Standt oder deſſen Abgeſanter*, poſitivè conſentirt. Petierunt itaque, *Das die* Exequirenden *Fürſten* (Epiſcopus Conſtantienſis & Dux Würtemberg:) *nicht in ungnaden mügten vermercken, das ſie ſich der angeſonnenen* Executions Commiſſion *weder*

Executio quoad Paritatem in Politicis difficulter procedit.

in cauſa affectatæ Paritatis, *noch in andern noch zur Zeit, in dem ſie der Kayſerl.* reſolution *auff ihren gehorſamſten* recurſum *erwartetẽ, nicht untergeben könten.* Hoc tamen non attento Subdelegati Principum nihilominus die 9. Decemb. Auguſtam appulerunt, Senatum tamen valde repugnantem experti ſunt. (vid. *Theat. Europæ.* Tom. 6. p. 614.) die 13. Ian. *Statuum Legati Oſnabrugæ & Mon. literas ad Imperatorem miſerunt*, quibus conqueſti ſunt de mora executionis Pacis, & in ſpecie de Senatu Auguſtano, quod ille mandatis executorialibus Imp. hactenus parere noluerit: (*Th Eur.* T. 6. p. 651 652.)

Senatus iſte in literis ad Deputatos Evangelicos die 3. Septemb. an. 1648. ita inter cætera: *Es hette mit der Statt Augſpurg dieſe kundbare Beſchaffenheit, das vor* 200. *Iaren die* Patritij, Optimates, *oder Geſchlechter, alle der Catholiſchen religion zugethan, daſelbſt daſs Regiment geführet, biſs ſie durch den Pöfel in einem Auffſtand davon vertrungen und daſſelbe auff die Zünfften oder Zunfftmeiſter gezogen, und lange zeit* vſurpirt; *Dahero Käyſer Carl der V. bewogen worden die* Patritios abrogata poteſtate tribunitia *Wiederumb in ihren alten Ehrenſtand zu ſetzen, und den Magiſtrat mehrentheils den Catholiſchen wiederumb zu reſtituiren, dergeſtalt das in Beſetzung der Stadt Aempter die jenigen, ſo der alten,* &c. *Chriſtlichen Religion am nechſten ſind, gezogen werden ſollen*: Addunt: Se non meminiſſe ann. 1590. paritatem apud illos eſſe quæſitam: paritatem illam ibidem vocant: *Eine nachdenckliche und höchſtverderbliche alſo genennete* Paritet. Porrò: *Was von einigen Anerbieten der* paritet *halben im Iahr 1635 beygebracht, ſolches were allein von wenigen ſelbiger zeit* pro privatis *gehaltenen Bürgern, als ſolche dem Schwediſchen* Guberno *underworffen, beſchehen, von dem andern theil gantz nicht* acceptirt, *und könten ſolche* pacta privatorum iuri publico *nicht* derogiren. *Gleich wie ſie nun aber die mehrere und ſtärckere Zahl der Augſpurgiſchen* Confeſſions *verwanten Burger zu hindern nicht gemeint, alſo wolten ſie ſich auch verſehen, man werde die Catholiſchen hingegen, bey der hergebrachten Anzahl in Beſtellung der Regierung des Raths-Aempter und Dienſten unbekränckt verbleiben laſſen.* Adduxerunt præterea Tranſactionem Pragenſem de an. 1635. qua confirmata ſit Caroli V. *Wahl-Ordnung.* §. *In den Reichs-Städten* §. *Welche Ständ.* vbi proviſum: *Das ſie durch die Hernachfolgende Friedens*-tractaten *weder Schaden noch einigen Vortheil ſich beſorgen ſolten: Hetten wieder Recht und Unbilligkeit keine* diſparitet *gebraucht, Das ſie zu ihrem Oberhaubt* recours *genommen, könte ihnen nicht abgeſtrickt werden: Hetten keine ſolche* Capitis diminutionem, *dadurch ſie den gehorſamſten zutritt* ad ſummum Imperij Caput *verwürckt, auff ſich geladen.* (Vid. pl. *Theat. Europæ.* Tom 6. pag. 440.

Auguſtanorum defenſionales. Mutatio formæ Reip. Auguſtanæ urbis.

Error circa iuris regulã: Lex noviſſima derogat poſteriori.

444.) Vt adeò ex hoc Auguſtano negotio clarè eluceſcat, quam artificiosè colores ſæpenumero prætenſo iuri quærantur & quod in mores ſeculi iam receptum ſit, quamlibet partem ad cauſæ ſuæ ſtatuminationem vel Acheronta mouere non raro ſolere.

Executio Auguſtana. IV. Tandem, fruſtra renitente Senatu Auguſtano, d. 3. April. an. 1649. Auguſtæ executio facta iuxta tenorem Inſtrumenti Pacis h. ab Epiſcopo Conſtantienſi, *Franciſco Ioanne*, & Dn. *Eberhardo* Duce Würtemberg. Subdelegati Conſtantienſis fuerunt. Dn. *Wolf Chriſtoff von Bernhauſſen* & Dn. *Georgius Köberlin*, I. V. D. ambo Epiſcopi Conſiliarij: Ducis Wirtembergenſis erant Dn. *Hans Albrecht von VVellvvart* Supremus Conſiliarius, & Dn. *Andreas Burckhardt* I.V.D. Conſiliarius Regiminis Sanctior & Vice Cancellarius. Proceſſum Executionis Vide in *Theat. Europæ.* T. 6. p. 754. & ſeqq. vbi egregia obſeruabis. Et *ita tandem Paritas Auguſtæ obtenta, ex quo negotio multi imaginem æquilibrij & paritatis potentiæ in Imperio inter Catholicos & proteſtantes ſignificari putant.* Hodie Euangelici Auguſtæ obtinent ſex templa *S. Annen, S. Vlrichs, Barfüſſer, H. Creuz, S. Iacobs, Spittal.* Quum an. 1665. Auguſtæ eſſem duo Præſides erant *Dauid von Steten & Octauius Langemantel*, alter Pontificius alter Euangelicus: Item *Fünff Geheime, Octauian von Rehlingen, Johan Chriſtoff Amman, Dauid Vlſtedt, Dauid Rehm, Bartholom. Veſemeier*, quorum tres Catholici, duo Euangelici: Reliqui 38. Senatores *Senatus minoris des Kleinem Raths* æquali numero vtrique religioni adhærent. Inter illos 38. ſunt Patritij 24. *Von der Mehrern Geſelchafft.* 4. Ex mercatoribus tres: *Von der Gemeine.* 7. *Senatus Maior* (*Der groſſe Rath*) conſtat 300. etiam vtriuſque religionis æquali numero. Ciuitas tum quoque aluit 200. milites, qui itidem cum duobus Tribunis (qui alternis diebus alternum imperium in milites exercent) vtrique religioni æqualiter addicti ſunt. *Hac æqualitate ibidem nunc vigente Reſp. illa floret & ciuili concordia feliciter perſtat. Æqualia enim*, vt dici ſolet, *non mouent bellum.* Pari ſorte cum Auguſta gaudent *Dünckelſpula, Biberacum, Rauensburgum*, quæ itidem mixtæ religionis in Eccleſiaſticis & Politicis hic in Inſtrum. Pac. verſ. *Deinde* reſtituuntur.

Significatio interior Paritatis Auguſtanæ.

Executio Pacis difficilis quoad Eccleſiaſtica. V. Ex Auguſtano autem hocce negotio patet, quam difficultatis plenum fuerit negotium, *Executio Pacis* Monaſterienſis. Vt enim *magnæ molis fuit Pacem Germanicam condere* (vnde in *Theat. Eur.* T.6.p.558. extat: *Das vveit offene Feld der Münſter vnd Oſnabr. Tractaten*) *ita non minus Executio* eiuſdem maxima difficultate laborauit. Quam ægrè obtineri potuerit reſtitutio cænobiorum in Ducatu Würtembergico Vid. in *Theat. Europæ* T.6.p. 616.617. An. 1648.d.12.

Decemb. *lies E. E. Rath zu Speyr denen Herrn Prioren und Conventualen des Prediger und Auguſtiner Kloſters alda die völlige und unverzügliche* reſtitution *Vvie es* an.1624.*gevveſen, vermög des* Kayſerl. reſtitution Edicts *vom* 7.Novemb. *ankünden; Die vvolten ſich aber dazu nicht verſtehen: ſondern verſchloſſen die kirchen und klöſter, und hielten mit dem Predigen innen: Vveſvvegen gedachter Rath und Bürgerſchafft endlich vveiln ſolche Mönche ganz und gahr nicht abtretten vvollen, ſich deren mit bevvehrter Hand bemechtiget, die Thüren eröfnet, und den 20.* Iun.*vvieder darin Evangeliſch predigen laſſen.* [*Theat.Eur.* T.6.p.771.] *Dn.Salvius*, Succicus plenipotentiarius, quum illum an.1649.Menſ. Martio nonnulli deputati Statuum Mindæ ad Viſurgim in puncto Tranſlationis Tractatuum quoad modum executionis convenirent, notabili ſermone vſus: *Vvan die Sache mit Papier auſgerichtet vvere, vvurden die Catholiſche gern noch mehr Brieffe ausgeben; immittels die Sach uff einen Reichstag, von dar uff einen* Deputation *tag und ſo fortan* in infinitum *bis zum Iüngſten Tag vervveiſen, und alſo das vverck nimmermehr zur* Execution *gelangen laſſen.* (*Theat.Europ.* T.6.p.701.) Adeò pacta pacis in chartam conjecta vim ac neceſſitatem cogendi non habent, niſi Lictor Pacis Executio potenti brachio in re ipſa radices agat. Nimirum hac vltimâ mundi ſenectâ ſæpe verum ſit, quod *Machiauellus* [l.8.Hiſtor.Flor.] ſcribit: *Liquere, non chartas, ſcripturas, aut obligationes, ſed vim atque neceſſitatem, Principes ad fidem ſeruandam adigere.* Non incommodè huc trahi poſſunt verſus *Georgij Rollenhagij Froſchmeüſel.*1.2. p.2 c.11.)

Catholici in reſtitutione valde difficiles.

Die Glock vveder Klappet noch klinget,
Der Schall auch nicht zu Ohren dringet,
Viel VVeniger folg bey uns erlangt,
Vvan ſie ledig ohn kneppel hangt.

Item:

Kein Bolzen fleücht vom Bogen recht,
Wo nicht die Senn hernacher ſchlegt.

DISCURSUS VIII.

DE

CAUSA DONA-WERDENSI.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. verſ. Quod ad Civitatem Donavverdam.

Donavverda olim Bavarici iuris. *Eius Imperialis libertas.* *Libertatis Donavverdenſis amiſſio.* *Hiſtoria cauſæ Donavverdenſis.* *Laſcivia Pontificiorum cum ſuis ſacris vexillis, crucibus, hoſtiæ circumlatione ſæpe turbas dat in Rep.*

I. HISTORIA huius cauſæ talis: *Donavverda* olim fuit Imperii libera Civitas, ſed hodie eam Bavariæ Dux, qui idem Elector Imperij eſt, ſubjectam detinet. Iamdudum contenderunt Bavarici Principes, eam olim ſuæ ditionis fuiſſe & *Ludovici Barbati* tempore, non ſine magno diſſenſionum æſtu, favore *Sigiſmundi* Cæſaris adjutam in libertatem ſub Imperij patrocinio an. 1420. ſe vindicaſſe. Superiori ſeculo à Cæſare *Carolo V.* bello Smalcaldico capta, dein Pacificationis Paſſavienſis beneficio *priſtinam libertatem recuperavit, quam* an. 1607. *rurſus amiſit*. Vid. *Thuan.* l. 138. Hiſt. Id evenit *hac occaſione*: Plebs & magiſtratus in illa Civitate erat religionis Proteſtantium, quibus non bene cum *Monaſterij S. Crucis Antiſtite conveniebat*. Is ex more Catholicæ Eccleſiæ (ſed in civitate non recepto poſt religionis mutationem) in feſto Divi Marci proceſſionem inſtituebat, per vrbem & portam Danubianam ad *Aſſechimium* vicum vſque. Hic monitus à magiſtratu, vt ſupplicationes intra cœnobij muros celebraret; neque contra receptum morem per medium forum, cum vexillo explicato procederet. Nam poſt religionis mutationem tantum per plateam, non procul à monaſterio ſitam, ſine campanarum vocíſque cantantium ſtrepitu, complicatis vexillis, donec civitatis territorium egreſſi erant, proceſſiones inſtituebantur: *Ille reſpondit*, ſe priſca conſuetudine & libertate vti velle, & ita pro more antiquo, re ad Cameram delata, decretum. Citatio erat emiſſa ad videndum

ſe declarari in pænam fractæ pacis & conſtitutionis religioſæ cum annexo mandato Sine Clauſula de non offendendo, nec turbando. Sed illa per quatuor menſes ſuppreſſa vel occultata demum d.28.Febr. 1606. Senatoribus inſinuata, duabus horis ante exequias, quas tum temporis demortuo Catholicæ religionis civis filio, Abbas Pontificio ritu, & ceremoniis Catholicis, more in civitate nunquam poſt reformationem religionis vſitato, aut conceſſo, peragere conſtituerat. *Quumque Senatus Abbatem, ne lite pendente quicquam innovaret, ſed ad morem receptum ſe componeret, moveret*, & producto ab Abbate mandato Cæſareo, exceptionem Sub & obreptionis opponeret, atque vt illud remitteretur à Cæſ. Maj. petiiſſet; nihilominus verò Abbas d.15.April.ſt.v.an.1606.plenis quaſi velis, nulla Papali ceremonia omiſſa per Danubianam portam procederet, in reditu plebs diſcerpſit labarum, Cantores pulſavit, & in turba aliquos occidit & graviter ſauciavit, atque ita omnem apparatum ſacrum ſic diſturbavit vt vix Antiſtiti cum ſuis ad monaſterium tutus fuerit receptus. Hinc querimonia ad iudicium Aulicum delata. Rudolphus II. Imp. Maximiliano Duci Bavariæ, qui iampridem talem offerri occaſionem optabat, inquiſitionem mandat, & dein, quum an.1607. d.13.April. Bavari delegati vrbem ingreſſi, furente adhuc plebe ludibrio haberentur, Civitas in Bannum declarata d.3. Aug.1607. fruſtra Senatu ſe excuſante apud Cæſarem, propter turbam à plebe excitatam, è qua nonnulli cæteri fuerunt mancipati. Civitate itaque proſcripta Rudolphus Imp. executionem Banni Maximiliano Bavaro commiſit. Quo cognito Magiſtratus, qui plebi ab initio favere in occulto putabatur, quum, quod factum erat, fruſtra infectum cuperet, ſera pænitentia duci cæpit, & continuo Antiſtitem convenit, &, vrbani ſigilli autoritate firmato diplomate, fidem obligat, integram illi fore, non ſolum ſupplicationum in vrbe libertatem, ſed omnis ſacræ functionis ad religionem Catholico-Romanam pertinentiis, inſuper damna omnia accepta ſarcire ſe paratum, & in ſeditionis autores diligenter inquiſiturum, interim duos ex iis, de quibus iam conſtaret, *Sebaſtianum Schenckium*, & *Eraſmum Geggelium* in manus delegatorum Maximiliani Bavari traditurum; idem de aliis complicibus, vbi probationibus confectis conſtiterit, bona fide facturum. *Hæ conditiones apud alium quemvis, non verò apud Maximilianum, pondus habere poterant.* Dux Bavariæ accepto executionis mandato ſubdelegatos Donavverdam mittit, qui inter cætera monent, ſi mandatis Cæſareis, ex aſſe pareant, captivos illos duos ſibi tradant, reliquoſque complices denominent, fore, vt declaratio banni ſuſpendatur. Senatus in obſequium Cæſaris proceſſiones certis conditionibus, atque certis in

Nota actionis religioſæ exemplum.

Tumultus Donavverdenſis.

Præcipitem furorem ſequitur ſera pænitentia.

Sero ſapiunt Phryges.

VVen man einen Hund ſchlagen vvil kan man bald einen Knittel finden.

locis ſe permiſſurum Antiſtiti, ait, carceratos illos duos manui & poteſtati Delegatorum ſubmiſſurum, cæterum de complicibus non habere quos denominet. Subdelegati Senatus declarationem non ſatis æquo ſuſcipiunt animo, novámque paritionis illi præſcribunt formulam, cum comminatione finali Cæſarei Banni. Annuit Senatus atque reverſales loco paritionis ſubdelegatis, iuxtáque carceratos tradit. Subdelegati hanc approbantes paritionem, Civitatem Cæſareæ reſtitutam rurſus aiunt gratiæ. Subinde Civitas Cæſari ſe obedientem denunciat, &, ne vlteriori inquiſitioni ſubiiciatur orat. Præter hæc à Subdelegatis iterum citra dilationem evocantur. Civitas obedientiam declarat, reſervato tamen actionis iure, quod poſtremum ſubdelegati improbarunt, qui dum dein purum ad omnia à Civitate reſponſum exigunt, & omnis, etiam parvæ moræ impatientes ex improviſo Civitate egrediuntur. Ciuitas, iteratò à ſubdelegatis citata, comparet, & reuerſalibus à Delegatis præſcriptis, quum aliquoties id ipſum fruſtra deprecaretur, aſſennri cogitur, atque ita dum ſubdelegatis valedicere parat, hi noua molientes mandant; vt Catholico-Romanis impoſterum ius Ciuitatis non deneget, &, ſi idonei ſint, in Senatum quoque admittat. Ciuitas etiam hæc præſtare parata, modo de religionis libertate caueatur. Sed duriuſculis verbis à delegatis increpata, ſub comminatione publicationis banni nouis addicitur reuerſalibus, poſtquam nonnulli Delegati dilationi petitæ annuerent, ſub comminatione banni abeuntibus, injungunt, vt ratificationem peractorum à ſuis conciuibus referant. Ciues hiſce aſſentiuntur reuerſalibus, tantum poſt paritionem ordinariam ſibi iuris viam reſeruantes, & literas Commiſſionis Cæſareæ exhiberi petentes. Subdelegati Commiſſionis tenorem edere recuſant, & Ciuitatis ad ſe ſubdelegatos arreſto conſtringunt, ac *ſecuta banni publicatione* d. 1. *Nou. ſt. v.* & executorialibus affixis, catenis vinctos Monachium deducunt. *Ita Bauarus oppidi, à Maioribus amiſſi, occaſionem nactus, exercitu*, cui *Berneshuſium* præficit, vrbem claudit; Ciueſque, in vrbe tumultuantes, his conditionibus ſe dedere parati erant, ſc. vt Ciuitas immunis eſſet à prædatione & incendiis, atque Auguſtana religio ſibi libera relinqueretur, &c. *Bauari hiſce conſentientes in vrbem admittuntur, ſed immemores promiſſi Ciuitatem deprædati ſunt, & maius vrbis templum Ieſuitis conceſſerunt.* Adeò, proh dolor! verùm ſæpe fit quod Philippus Maria Vice Comes Mediolani Dux aiebat; iurare & pejerare, polliceri, promittere, aſſerere, negare, Principum eſcas eſſe. Et quod olim Tarracouenſis Mendoſa Emmericenſi Decano reſpondit: Nullâ ſe promiſſorum religione teneri, dum de Regis commodo agitur, referente *Zevecotio* (ad Sueton. Iul. Cæſar. c. 19.) idem planè ad hunc

Vide hic Apoſtillam Bauari mandati limites egredientes.

Bauarus peccat contra l. 1. de Mandatis, ciuitas Donawerdt banni fulmine petitur.

Æqua poſtulata apud iniquum Executorem locum non inveniunt.

Machiavelli doctrina, de fide non ſervandâ ſæpe in praxin deducitur.

hunc Bauaricorum cùm Donavverdenſibus proceſſum applicare quis poſſet. Tum enim vtile in aula Monachij reputabatur quibuslibet promiſſis Donavverdenſes lactare dummodo vrbs in Bauari poteſtatem veniret & ita ius antiquum quouis modo reduci poſſet. *Maximilianus* vt non tam mandati Cæſarei executione niti, ſed cuncta ſuo nomine in vrbe peragi oſtenderet, tam iudicibus quàm reliquis magiſtratibus mandauit, *ponderum & menſurarum aliarum, quam quæ in ſuæ ditionis vrbibus vſurpantur, vſum omnino interdicit, & in memoriam antiquæ poſſeſſionis, per ducentos annos amiſſæ, & tunc recuperatæ, feſtum S. Thomæ quotannis ſolenni ſupplicatione celebrari iuſſit.* (Vid. *Th.* l. 138 p. 1252. Dn. *Limnæ*. l. 7. de I. P. c. 13. voc. *Donavverda*.) Cauſa hæc Donavverdenſis deinde multoties in Comitiis repetita; an. 1613. in Comitiis Ratisbon. ab Euangelicis inter grauamina relata ſemper clauſa & adhuc exitu caret. *In Pace Pragenſi* an. 1635. de reſtitutione vrbis actum, cauſaque iterum diſceptanda promiſſa in *Inſtr. Pac.* hic. Ioannes Cluverus de hac cauſa ita: An 1607. Donavverdenſes ciues procacius vſi publicâ ſecuritate, Abbatem ſolenni pompâ circumferentem Labarum & crucem, contumeliâ affecerant, eamque ob cauſam icti proſcriptione Cæſaris, etiamſi ſarcire illatum Monachis damnum cuperent, in Maximiliani tamen Bauari poteſtatem rediguntur. *Hæc litis & diffidentiæ inter Ordines Imperij occaſio*, quum ſubinde comitiis reſtitui in integrum peterent Donavverdam Proteſtantes, earumque poſtulata eluderent Pontificij. Hæc ex Meterrano Cluuerus [l. 10. Epit. Hiſt. p. 716.] Si vera fateri velimus peccarunt in hac cauſa [1] Abbas, qui, quum poſt Reformationem ritus ſuos non exercuiſſet, eos, monitis Senatus interpoſitis, non ita laſciuum & luxuriantem in modum inſtituere, & ita plebi, agitationibus fluctuum Euripi ſimilem, anſam ad tumultum dare debebat. [2] Donavverdenſes ciues, quod tam intempeſtivè fuere, & vltra limites ire, atque publica ſacra [contra l. 5. de his qui ad Eccl. fug. l. 10. & Auth. ſequ. de Epiſ. & Cleric. Nov. 123. c. 31. *Finckelthauſ.* Obſ. Pract. 72.] ita turbare occeperint. Cæterùm magis Abbas in culpa, quod occaſionem dederit. Qui enim occaſionem præſtat damnum feciſſe videtur, vt habet regula iuris: Damnumque ei eſt imputandum, ſine quo non accidiſſet. [*Quintilian.* Declam. 13.] [3] Maximè autem [vt iam nihil dicam de ipsâ Decreti Executorialis emiſſione contra Imperij leges] Bauarici in proceſſu executionis non ſemel legitimos tramites exceſſiſſe creduntur, vt ex relatione hiſtoricâ præcedenti conſtat. Maximè autem dolendum, quod Senatus Donavverdenſis ad æquiſſimas quaſque conditiones ſeſe offerens, ne æquum quidem in poſitiuo gradu ferre potuerit.

Fines mandati non ſunt egrediendi.

Non ſemper interdicta Prætoris ſed ſæpe executio illegitima poſſeſſionis recuperationem largitur.

Lex Aquilia interdũ officium perdit.

NB.

Iudicium de cauſa Donavverdenſi.

II. Ita vidimus quomodo hæc vrbs Imperij an. 1607. libertate etiam religionis exuta, & à Circulo Sueuico abſtracta. An. 1632. 26. Martij eam cepit Rex Sueciæ; an 1634. menſ. Aug. rurſus Bauarus. 1646. menſ. ſeptem. iterum Suecus, à quo eodem anno recepta, mox à Succis tertia inſeſſa, tandemque poſtquam *intra Sacrum & ſaxum diu conſtituta* Bauarus illam recepit, qui illam hactenus detinet reſtitutioque eius adhuc inter grauamina Euangelicorum refertur.

Miniſtri Verbi Diuini interdum flagella ſeditionum volunt.

Autor Germanicus *in Relatione de motibus Donavverdenſibus* incentorem ſeditionis, inibi concitatæ primarium eſſe pronunciat, Verbi Miniſtrum M. *Ioannem VVeiland*, adducitque teſtium loco Senatus Academici VVittebergenſis, Argentoratenſis, & aliorum conſilia Theologica. [Dn. *Schock.* l. 1. de Sedition. c. 22. in fin.]

Iudicia de cauſa Donavverdica.

III. In hac cauſa Donavverdica executionis ordinationem eſſe neglectam, idque iure factum nec eius ordinatione Cæſarem conſtringi, magno conatu propugnat *Relator Donavverdicus*, quem fuiſſe *VVilhelmum Iocherum* IC. & Conſiliarium Bavaricum præſumit Dn. VValtherus, cum idem relationis defenſor fuerit, tractatu, quem indigitauit: *Nothvvendige Erinnerung, &c.* Et tamen poſt vbi de Vrbe hac in libertatem reſtituenda actum eſt: Imperatorem Bavaro poſſeſſionem huius Vrbis relinquere ex præſcripto Ordinationis Executionis teneri, donec de expenſis ipſi ſatisfiat, reſponſum fuit: *Das die Statt vermöge der Reichs-Abſchiede*, *vnd* Executions *Ordnung, Bayern, bis Ihm die vnkoſten erſtattet, verhafft vnd inhändig verbleiben müſſe.* (Vid. *Aut. Donavverdenſ. Relat.* part. 1. 73.] In hac cauſa executionem banni Conſiliarij aulici ſub Imperatoris traxerunt arbitrium, eumque aut ſecundum Ordinationem executionis illam Circulorum Ducibus mandare, aut alium certum Ducem ad exequendum ordinare, & exequi poſſe contendunt. [Vid. *eund. Aut. part.* 2. p. 170.] & ita executio contra hanc Vrbem, præterito Suevici Circuli Duce, Bauaro eſt commiſſa, qui eam iure hypothecæ ob impenſas in executionem factas adhuc tenet. Quum an. 1619. menſ. Decemb. Vnitorum Legati ad Bauariæ Ducem de reſtitutione Donavverdenſi inter alia verba feciſſent, ipſe reſpondit: *Se in hanc hypothecæ loco ſibi ſubiectam Vrbem aliud ius non prætendere, quàm Conſtitutionibus Imperij firmatum, expenſas in executionem banni à ſe factas ſi conſequatur, promptum ſe atque paratum eam dimittere. Conſidere proinde tantò minus hoc nomine amplius quippiam à ſe poſtulandum, quantò ad reſtitutionem ſemper extitiſſet, atque adhuc eſſet paratior. Quod ſi Ciuitates Imperiales, quæ potiſſimum reſtitutionem prædictam vrgere viderentur, vel mediocrem expenſarum partem pro Ciuitate Donavverdenſi expendiſſent, ſibique hoc modo tempeſtiuè*

Prætiſio Bauari in Donavverd.

fuiſſet ſatisfactum iamdudum eaſdem intentionis ſuæ compotes fieri potuiſſe. V. Dn. Limnæ l.7. I. P.c.13.

Grauamen Proteſtãtium in cauſa Donavverdiſi.

IV. *Proteſtantes* in hac cauſa executionem præpropere factam aiunt, & in Tractatu Pacis Oſnabrugo-Monaſterienti nono loco tale grauamen exhibuerunt, *vveil auch die Statt Donavverth durch geſchvvinde* mandat *vnd* executions-proceſſ *vmb alle ihre* priuilegia *vnd Freyheiten in Geiſt- vnd vveltlichen dingen bekanter maſſen kommen. Und aber vveiland Kayſer Rudolfus Chriſtmildeſter Gedächtnis, derſelben vollkommene* reſtitution in an. 1609. *ohn einig beding vnd Entgelt verſprochen: Als vermeinen der Fürſten vnd Stände Geſandten, es ſolten I. Kay. Maj. allerunterthänigſt erſuchet vnd angeſprochen vverden, ſelbige* Promiſſionem Anteceſſoris in Imperio *nunmehr zu vvercke zu richten, vnd gemelte Stat in die vorige Freyheit* circa Eccleſiaſtica & Politica *vvieder zuſetzen. (Theat. Europæ* T.5.p.1047.) Pro ciuitate hac prodiit Scriptum anonymum, cui titulus: *Informatio Iuris & facti* cuius parentes creduntur *Sebaſtianus Faber* Ictus & Pro Cancellarius VVürtembergicus ac *Ludouicus Müllerus* Ictus & Cancellarius Oetingenſis.

DISCVRSVS IX.

DE

BONIS ECCLESIASTICIS,

EORVM ORIGINE, INCREMENTIS.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 3. verſ. Bona Eccleſiaſtica.

I. PRIVSQVAM in ſpecie ad Imperij Bona Eccleſiaſtica peruenio; in genere de Origine & incrementis eorum à nato Chriſto Seruatore vſque ad noſtra tempora, ad ductum Dn. *Buſchij Tract. de Bonis Eccleſiaſticis* præmittam, hoc autem agens de Papæ *Patrimonio Diui Petri*, quod vocat, nihil attingo, ſed cupidum Lectorem ad d. Tract. remitto. Iam ergo ad rem.

Origo Bonorum Eccleſiaſticorum eorumque incrementa.

II. Principio igitur tanquam fundamentum hic ſupponendum; Æquitatem naturalem exigere, vt ſacrorum myſtis, qui Verbum Triunius Dei nobis in ſacro ſeggeſtu interpretantur, & Sacramenta adminiſtrant, ad illorum ſuſtentationem eorum ex bonis huius ſeculi dimenſum tribuatur. Seruientem enim Altari ob præſtitam ſacram operam, ex Altari nutriri debere digniſſimum iudicant omnes. Atque hinc eſt, quòd mortuis Apoſtolis hominum deuotiſſimorum munificentia (quum magiſtratus Chriſtiani adhuc nulli exiſterent) in ſuſtentandis Eccleſiæ Chriſtianæ Miniſtris paſſim in bonum ac laudabilem vſum abierit, virêſque eundo tantas acquiſiuerit, vt tandem in ius abierit, & diuerſi bonorum Eccleſiaſticorum acquirendi modi fuerint producti. *Liberalitas hæc deuota piarum mentium, quò magis ab Apoſtolorum temporibus receſſit, eo plus à mediocritatis norma deflexit.* Tribus tamen prioribus poſt natum Seruatorem ſeculis intra modicum eiuſmodi ſacræ oblationes conſtiterunt & ſanctius tum earum adminiſtratio inſtituta.

III. Iam *ſeculo* III. liberalitas Chriſtianorum in Eccleſias inno-

tuit. Multi enim domeſticorum ſuorum curâ neglectâ fundis venditis pecunias ſuas conſecrarunt Eccleſiæ, quod patet ex *Laurentij Martyris* actis ſub medium ſeculi III. *Prudentius* in Agone Laurentij hoc confirmat ſequentibus verſiculis:

Seculo III. Bona Eccleſiaſtica adhuc in mobilibus conſtiterunt.

Tum cura ſumma eſt fratribus,
[vt ſermo teſtatur loquax]
Offerre fundis venditis
Seſtertiorum millia,
Addicta auorum prædia.
Fœdis ſub auctionibus.
Succeſſor exhæres gemit,
Sanctis egens parentibus;
Hæc occultantur abditis
Eccleſiarum angulis
Et ſumma pietas creditur
Nudare dulces liberos.

Ex quibus colligitur tum temporis ex bonis mobilibus Eccleſiam ſuſtentatam. Durante enim perſecutionum æſtu, cum ingenti periculo fuit coniunctum, prædiis ac fundis potiri, ita vt ante tempora Conſtantini M. de poſſeſſionibus Eccleſiæ vix certi quid aſſeri poſſit.

Seculo IV. inualuerunt Bona Eccleſiaſtica.

IV. *Seculo IV.* quùm *Conſtantinus M.* Imp. Chriſto Seruatori noſtro nomen daret, & ita, perſecutionibus ceſſantibus, tutiſſima Eccleſiæ Alcedonia accederent, tum in ſacrorum vſum collata ſunt ampliſſima & longè pinguiſsima patrimonia (*Sozomenus* l.1.c.8.l.2.c.5.l.5.c.6. *Otto Friſing.* l.4. Hiſt.c.3.) Idem Conſtantinus ſanxit, vt, ſi nemo de cognatis ſupereſſet, Eccleſia herės eſſet (*Euſebius* lib.2. de vit. Conſtant. M. c.55.) Idem legandi licentiam in pias cauſas conceſsit. (l. 1. Cod. de SS.Eccleſ.) Hic Imperator, tanquam optimus Nutritius, omni ope res Eccleſiæ promouit, templíſque magnificè exſtructis, bona ad cultum ſacrum mirificè auxit. Et quidem rectè. *Non enim poſſunt in Repub. ſacra inſtitui, niſi ſimul etiam adſint ſufficientia bona*; id quod tum ipſa docet recta ratio, tum vſus omnium Rerumpub. quarum nulla reperitur, quæ careat bonis ſacris. *Et niſi proſpectum fuerit ſacro cultui de bonis, illáque in vſum ſacrorum non bene adminiſtrentur, Reſpubl. profectò multum laborat.* Etſi vero nonnullæ gentes olim ſacra ſub dio celebrauerint, eumque morem olim ſecuti ſint priſci Germani; attamen quum ſub dio non ſemper ſtatis diebus propter aëris inclementiam ſacris vacare liceat, ſatis apparet in quavis bene conſtituta Republ. ædes potius, ſacris obeundis eſſe exſtruendas. Quum autem nec ædes poſſint ſeruari integræ citra ſumptus, liquet, *in qualibet* etiam *Republ. bene conſtituta certa bona ad fabricam templorum eſ-*

Noua ſucceſſionis ab inteſtato ſpecies nempe Eccleſiaſtica.

Cultus Sacrorum ſine ſacris bonis non poteſt vigere.

Cultus ſacrorum ſine ſacris ædibus peragi commodè nō poteſt.

Modus & meta bonorum Eccleſiaſticorum: *ſe conſecranda.* Quis modus verò debeat eſſe bonorum Eccleſiaſticorum æſtimandum eſt ex ipſo vſu ſacrorum. Rectæ ſanè rationi euidens eſt, ſacra in Repub. obeunda eſſe cum quadam magnificentia, & iis, qui ſacra miniſtrant, talia bona meritò deberi, quæ ad ſacrum officium obeundum ſufficiunt, & quidem tanta, vt ex iis non laſciuire, honeſtè tamen ita poſſint degere, ne aliis adulari, aut ab aliis contemni ſe pati cogantur, vt rectè me olim docuit Dn. Præceptor meus D. *Hermannus Conring.* ad Lampad. p. 3. c. 11. §. 3. & 58.

Exceſſus circa bona Eccleſiaſtica inualeſcunt. V. Tametſi verò Conſtantinus M. zelo optimo heredum inſtitutiones & legata piarum cauſarum ſanxerit, tamen paulò poſt illud ipſum Eccleſiæ Chriſti damna intuliſſe, &, vt ſolent res ſecundæ, luxum & ambitionem inuexiſſe videtur. Nota ſunt verba *Hieronymi* in vita Malchi: *Poſtquam Eccleſia ad Chiſtianos Principes venit, potentia quidem & diuitiis maior ſed virtutibus minor facta eſt.* (vid. *Rudolph. Hoſpinianum* l. 5. de Templis, c. 4.) Intumuere nempe profuſis hiſce largitionibus ij, qui præ reliquis maiore fuerunt dignitate ac æſtimatione. & id operam dedere, vt & ipſi lautè viuerent & cognatos ditarent. Epiſcopi tandem ipſi adminiſtrationi rerum Eccleſiaſticarum ſe immiſcuerunt, vt patet ex can. 26. concilij Chalcedonenſ. Oecumen. Adeò verum eſt illud *Seueri Sulpitij*: *Auro non ſirui Eccleſiam ſed deſtrui*: Ita religio peperit diuitias & filia deuorauit matrem. *Auguſtinus* iam de ſuo ſeculo conqueſtus eſt: *Cum lignei eſſent calices, aurei erant ſacerdotes: Poſtquam verò calices aurei redditi, ſacerdotes è contrario lignei effecti ſunt.*

Bonorum Eccleſiaſticorũ clades à Iuliano immiſſa. VI. Poſt Conſtantini ætatem prodiit *Iulianus Apoſtata*, qui Chriſtianam religionem crudeliter inſectabatur, omnia in Eccleſiam collata beneficia eidem adimendo, & Clero poſſeſſiones, imò & ipſa vaſa eripiendo; iniquitati Edictorum ſuorum plerúmque hunc colorem prætexens, quod Euangelium pauperes beatos prædicet. (vid. *Ammian. Marcellin.* l. 22. 23. 24. Hiſt. *Zoſim.* l. 2. *Sozom.* l. 5. Hiſt. Eccleſ. c. 5.)

Bonorũ Eccleſiaſticorũ ſtatus ſub Valentiniano. VII. Extincto Iuliano *Valentinianus* Conſtantini M. decreta in vſum reuocauit, non tamen omnia, quæ Conſtantini liberalitas Eccleſiæ conceſſerat, reſtituit, ob ærarij tenuitatem, vt in *Hiſtoria tripartita* videre eſt.

Bonorũ Eccleſiaſticorũ ſtatus ſeculo V. & VI. VIII. Seculo V. Chriſtianorum Impp. munificentia erga Eccleſiam fuit anguſtior; priuatorum tamen liberalitas non exaruit (vid. *Baſilium* Epiſt. 140.) vſque dum *Iuſtinus* I. Conſtantinopoli ſacras opes iterum audauxit. (*Nicephor.* l. 7. cap. 40.) In Occidentalibus verò Imperij partibus Barbarorum incurſus Romani Imperij terras quaſi inundauit; Hinc Eccleſiarum reditus ita attenuati, vt

Epiſcopis pleriſque non tantùm inſtrumenta luxuriæ perierint, verum & longo interuallo ad neceſſarios vſus multum defuerit. Mitius tamen cum Romano Papa videtur actum, vt ex *Gregorij M.* epiſtolis colligere licet. Hic *Gregorius* quidem morum ſimplicitate conſpicuus; Verùm *cum ex ſomniis Origenis purgatorium induxiſſet, oblationes etiam pro animabus, ibi morantibus, iiſdem liberandis fuerunt excogitatæ & admiſſæ.* Mox poſt Gregorium per Occidentales Eccleſias non ſolum purgatorium receptum fuit, ſed & inde exortæ preces, *Miſſæ pro liberandis defunctorum animabus ex tormentorum loco.* Mirum verò quantopere, ex quo hoc erraneum dogma in Eccleſiam receptum fuit, vniuerſus clerus, cui hoc officium iniunctum erat, profuſis donationibus locupletari cæperit. Quibus enim vel tantillum religionis fuit, omnia ſua profundere maluere quam in miſeriarum barathro æternum cruciari. Valuere hic plurimùm Clericorum blanditiæ, variæque hæredipetarum artes, quas graphicè notauit *Hieronymus* Epiſt. 22. ad Euſtach.

Purgatorij origo.

Miſſæ origo: Inde auctæ donationes teſtamentariæ in Clericos: Stifftungen.

IX. *Caroli M.* dein ſeculo IX. liberalitas & munificentia in omnes Eccleſias, præcipuè Romanam, ferè extitit nimia. Exſtructa ſunt eo tempore paſſim templa & ſplendidè ornata, fundati ac dotati multi Epiſcopatus *Naumburg, Mersburg, Vworms, Baſel, Oſnabruck, Paderborn, Münſter, Bremen, Minden, Verden, &c.* Tam auguſtis exemplis excitati diuites; Nobiles, Illuſtres, Eccleſias magnis pecuniis, reditibus ac prædiis ditarunt, de qua re legi poterunt *Adamus Bremenſis, Auentinus, Granzius,* in Metropoli & alij. *Ludouicus I.* Imp. Caroli M. filius adeò maxima liberalitate erga Dei cultum vſus, vt inde cognomentum Pij meruerit.

Bonorũ Eccleſiaſticorũ incrementa ſub Carolo M Ludouico Pio.

X. Poſt Ludouici Pij tempora circa medium Seculi IX. *Sarraceni* aduerſus Eccleſiam Dei inualuere, qui reditus Eccleſiaſticos maximè in Hiſpania, Gallia, Sicilia, Sardinia, Italia non parum attriuerunt. Eadem tempeſtate *Normanni*, à Chriſti nomine alieni, Eccleſias miſere vaſtarunt, templa ſpoliarunt, ſacráque diripuerunt. *Lapſis Francorum rebus*, præſertim poſt Imperatorem Arnolphum & filium eius Ludouicum, *ita largæ factæ ſunt Principum donationes, vt oppida, vici, Ducatus quoque Epiſcopis permitterentur*, (vid. *Vadian.* de Colleg. & Monaſter. l. 2. fol. 94. ap. *Goldaſt.* in Alem. Script. Tom. 2.) Eccleſiaſticorum bonorum amplitudo maxima extitit tempore *Ottonum*, præſertim verò Epiſcoporum. [*Sigon.* l. 7. de Regn. Ital.] *Eò res iſtius æui deuenerunt, vt, hominibus ad Purgatorij Orcum expaueſcentibus, nemo ſe ſatis felicem & pium exiſtimaret, niſi in templorum & monaſteriorum ſubſtructiones; in Ordinum Sacrorum conſeruationem aut totum patrimonium, aut inſignem eius partem attereret. Speidelius voc.*

Sarraceni & Normanni Sacra bona diripiunt.

Æuo Ottonũ Bona Eccleſiaſtica immediata Imperij Epiſcopis conceduntur.

Speldelij regula pſeudo-politica. *Eccleſiaſticorum reditus cum dãno Imperij aucti.*

Stifftung, laudat *Carolum M. Henricum I. Ottonem I.* quòd hanc regulam obſeruarint, quod *in his quæ donantur Eccleſiis, optima menſura ſit immenſitas.* Vid. pl. apud eum l.c. Cæterùm hoc iudicium non ſapit Politicam menſuram, & auream mediocritatem, atque vtilitatem Reipubl. Imperij, cui multum nimia hæc in Eccleſiaſtico profuſio nocuit: Imò Eccleſiaſtica poteſtas, ſeculari iuncta, adeò hiſce temporibus excrevit, vt ipſi Cæſares non alios magis metuendos haberent, quàm Principes Eccleſiaſticos.

Clerici potiſſimã chriſtiani orbis partem poſſidens.

XI. In tantum igitur quum à ſeculo in ſeculum progrederetur hæc nimia liberalitas facilè euenire potuit vt Epiſcopi, Abbates, aliíque Eccleſiaſticæ vitæ addicti potiſſimam tandem Chriſtiani Orbis partem occuparint vt adeò fruſtrà non ſint Politici, qui tertiam Europæ partem à Clericis poſſideri aſſeruut. *Iacobus* Rex Angliæ tertiam partem populi terræque Regum & Principum, Eccleſiæ eſſe aſſerit in Apolog. In potentiſſima *Repub. Veneta* Clerici quotannis loco annuorum redituum vltra 150. Myriades percipiunt (*Relat nat. Sereniſſ. Reip. Veneta Paulo V. Papa oppoſ.*) Calculus annuorum redituum, quos Clerus in *Galliis* habet pertingunt ad octoginta duos milliones ſcutatorum. *Honorius* (de Regno Galliæ) Clero duas quintas Regni Galliæ aſſignat. Relatum eſt mihi aliquoties Heidelbergæ *Das der Abt zu Schönavv* (Hodie pertinet ad Elect. Palatinum) *Vor dieſen 6. oder 8. Heller vveiniger einkommen gehabt als der Chur, Fürſt Zu Heydelberg. Simon* Wolderus in Comitiis Auguſtanis Ferdinando I. Imp. oſtenſurus, vnde ſubſidia aduerſus Turcam peti poſſent, ita computum inſtituit: Monaſteriorum Minoritarum quadraginta enumerat millia; Ordinúmque Auguſtinianorum, Dominicanorum & Carmelitarum vix pauciora cenſet: Quum iam in vniuerſum, exceptis Canonicorum Virginúmque Collegiis & Eccleſiis Parochialibus ordines ſeptuaginta & duos ſupponat, numerum eorum ad vicies centena millia aſſurgere, indéque leui tributo validum in bella Turcica ſubſidium elici poſſe arbitratur. Quod ſi vir ille ſolius *Ieſuitici Ordinis* immenſam opum, quibus hodie potiuntur, abundantiam cognitam habuiſſet, calculum in immenſum augere potuiſſet. Sola enim *Loiolitica cohors* ratione ſecularium opum, quibus in Hungaria potiuntur ann. 1659. *Poſonij* in publicis Comitiis in regni iudiciis ac negotiis parem cum cæteris Magnatibus ſuffragia ac ſententiam ferendi poteſtatem magna contentione affectauit, quod tamen id temporis ei denegatum, prout teſtatur oculatus teſtis Dn. *Buſchius* Tr. de Bon. Eccleſ. pag. 192. Idem non adeò pridem *Linzij* in Superiori Auſtria ſed cum repulſa, affectaſſe eos, relatum eſt mihi ann. 1665. quum Viennæ in Auſtria degerem.

Numerus Monaſteriorum in Germania.

Ieſuitæ ob immenſas diuitias agitãt ſæpe plus quã ciuilia.

(vid.

Intereſt Imperij vt Lex Falcidia in piarum cauſarum Legatis locũ hodie inue.

(Vid. plura de hac re *in Auberti Miræi* Tr. cui tit: *Epiſcopatuum orbis notitia.*) *Multum* ſanè *intereſſet* non tantum *Imperij*, ſed etiam omnium Rerumpubl. Chriſtianarum, *vt legandi & donandi licentia ad pias cauſas anguſtis admodum limitibus rurſus coërceantur, & in Imperio Lex Falcidia* (non Romanorum illa laxa & vltra legitimas ac naturales metas adhuc euagans) ſed Germanorum, id eſt; magis reſtricta ad arbitrium Imperatoris & Statuum Imperij, *introducatur*, vt aliàs latius in *Diſcurſu de Imperij intereſſe* peculiariter oſtendam.

Notetur prudentia Politica Henrici Leonis.

Henricus Leo Dux Saxoniæ inuidens Epiſcopis tam latas ditiones, arbitrabatur adminiſtrationem rerum per Prouincias deberi Principibus: Epiſcopos autem ſolis curandis ſacris intendere debere. (*Cranzius.* l. 7. Metrop. cap. 1.) Doleo atque ingemiſco ſuper infelici fato huius Illuſtriſſimi Principis, dum Fridericus I. Imp. inſtinctu Epiſcoporum illum banni telo percuſſit, atque omnibus ditionibus priuauit, de cuius rei ſerie videatur inprimis *Arnoldus Lubeccenſis* in Chronico Sclauorum. Inde enim euenit vt *Albus* ac niueus ille *Equus* Sereniſſim. Ducum Brunſuicenſium, antea à Balthico Mari vſque ad Rhenum & Danubium ſaliens, nunc intra anguſtiora territoria incedere fuerit coactus.

Maximum Imperij intereſſe, quod tamen voti magis quàm ſpei.

Inter commoda Imperij (ſed optanda facilius, quàm ſperanda) *retulerim & illud ſi Epiſcopi Germaniæ depoſita Epiſcopali Perſona tantum manerent Principes ſeculares.* Hinc enim Pontifex Romanus peregrinus ille & *Tenuta* ſiue poſſeſſor naturalis tantum (quales poſſeſſores à Dctis *Aſinini poſſeſſores* dicuntur teſte Dn. *Habnio* in Diſſert. inaug. de Iure rerum) Romanæ vrbis & Patrimonij Petri (quod falſo ita vocat. Petrus enim bonæ mentis ſororem, nempe paupertatem, habuit) falcem ſuam planè in Imperij noſtri meſſem immittere non poſſet (Vide *ſupra part.* 1. *Diſc. de Epiſcopis German.*) Sed quum omnis credula ſpes hac in re præſenti hominum ætate decollarit iamdudum, ferendum erit quod mutari vix poteſt; nec temerè ab eo recedendum, quod diu æquum viſum eſt (l. 33 § fin. D. de Extraord. cogn.) Apponam huc verba Clariſſimi Dn. *Conringij* qui ita ad Lampad. [p. 3. c. 11. §. 43.] præclarè diſſerit:

Sententia Politica Dn Conringij de Bonis ſacris.

In qualibet bene conſtituta Repub. tanta debet eſſe bonorum ſacrorum vis, & copia, quæ ſufficit ſacris obeundis ſacrorumque Miniſtris honeſtè & cum authoritate quadam alendis. Igitur de illis quidem bonis ſacris nihil eſſe per tributa aut alias preteſtationes detrahendum facilè apparet, vtpote quum detractione illa non poſſint non ſacra ipſa capere aliquid detrimenti. Cæterum ſi bona illa ſacra magis fuerint opima & ſuperflua, omnino & illa debere inſeruire neceſſitatibus Reipub. non minus atque alia manifeſtum eſt. Et mox: *Simul vero haud obſcurum eſt, perperam Romanum Pontificem ſibi arrogare ſummum do-*

mixium talium bonorum, vtpote quum ſint bona Reipublic. quaque adeò cuiuſlibet Reipub. iuribus atque arbitrio ſunt ſubiecta. Compoſitores quidem *Pacis Dillingianæ* fol. 395. Bona Eccleſiaſtica ſub imperio Politico eſſe negant, cum quibus concordat *Ferdinandus II.* Imp. in Edicto de an. 1619. vbi ita: *Geiſtlich Geſtifft, vnd Güter, ſeind* diuini iuris, *vnd allein Gott vnd der Kirchen nach Inhalt der* Fundationen *gehörig.* Sed bene Dilingianis reſpondit Dn. *Herman. Conring* in Tr. de Perpetua Pace inter Imperij Ordines religione diſſidentes ineunda. Scire debebant illi: Eccleſiam eſſe in Repub. non Rempub. in Eccleſia; ac Ciuilem Maieſtatem eminens in bona ſacra obtinere dominium. Addo hic Dn. *Conringij* verba, qui in hunc modum ſecundum rei veritatem progreditur: *Bono an malo ceſſerit illa in Eccleſiaſticos ſecularium dignitatum collatio, non difficile eſt iudicatu. Fieri enim vix poteſt vt vnus idemque animarum celeſti cura ſimul, & bonorum magnorum ſecularium adminiſtrationi vacet. In* Canonibus *etiam vetita eſt Epiſcopis omnis bonorum ſecularium adminiſtratio. Germania profectò ex quo ab antiquo illo Eccleſiaſtico more diſceſſit Epiſcopos verè pios & doctos habuit pauciſſimos, pleriſque rerum ſecularium curationi totis intentis, atque adeò non niſi nominetenus Epiſcopos ſe gerentibus, omni ſua Epiſcopali curatione reiecta in Vicarios quos appellant.* Hæc ille in not. ad Lampad.

Non eſt è re Imperij collatio Principatuum in Eccleſiaſticos.

Bona Eccleſiaſtica non ſunt in patrimonio Chriſti.

XII. *Ineptè verò Bona Eccleſiaſtica in Patrimonium Chriſti demigraſſe dicuntur.* Nec enim Chriſtus in terris habet ſingulare patrimonium, ſed pleraque omnia eius ſunt, quæ in cœlo & in terra Matth. 18. Speciali itaque ratione hæc bona in patrimonio Chriſti minus commodè dicuntur, præſertim quum mille malis artibus, & fraudibus *hæc bona* adhamata ſint, quæ (vt quondam *Ioachimus Calaber* eſt locutus) *ſpinæ ſunt ex quibus contexta & complicata eſt corona, quæ Caput Chriſti in corpore myſtico Eccleſiæ, vehementer pungit & vulnerat; quæ Chriſtum in membris ſuis perſecutionibus grauiſſimis afflixit.* Hæc ille.

Ioachimi Calabri dictum de Bonis Eccleſiaſt.

De vero vſu Bonorum Eccleſiaſticorum, an poſſint ſecularizari vt Practici loquuntur.

XIII. Non leuis autem momenti negotium eſt ſolidè conſulere conſcientiis hominum, ſuper bonorum Eccleſiaſticorum vſu. In theſi poteſt res hoc axiomate expediri: *Bona & poſſeſſiones, quæ olim à piis Chriſtianis ex ſingulari deuotione ad ſacros & Pios vſus dedicata ac donata ſunt; ea in priuatos ac profanos vſus non ſunt conuertenda.* Vid. l. 83. §. 5. D. de v. o. Semel enim Deo dicatum, non eſt, ad vſus humanos vlterius transferendum. c. Semel. de R. I. in 6. Bene ergo loquitur *Alſtedius* (l. Encyclop. cap. 19. Aphor. 7.) *Si bona Eccleſiæ eripiantur, nec diſcus, id eſt, Oeconomia, nec fiſcus, id eſt, politia florere poſſunt.* Egregia ſunt in rem præſentem verba Diui Iulij Ducis Brunſ-

vicenſis (in Ordinat. Eccleſ. Tit: *Von Kirchendiener Vnterhaltung. pag. 215.) Es iſt ganz beſchvverlich, das biſsdaher an vielen Orten ezliche vnrechtmeſſige ſich eingedrungen, vnd VVas zu Vnterhaltung der Paſtoren verordnet, vnd alſo zum Gottſdienſt ergeben, auſsgebetten, zu ſich gezogen, ſich ſelbſt oder ihre Kinder haben mit den Pfarren belehnen laſſen, vnd alſo der Pfarren Einkommen in ihren eigenen nuzen vervvendet, &c. Solcher Vnordnung zubegegnen, ſo ordnen, befehlen vnd vvollen vvir, vvas zu ieder kirchen vnd derſelben getrevven Diener Vnterhaltung von alters geſtifftet, vnd verordnet, auch bey der Kirchen bleiben, vnd von derſelben Keines vveges abalieniret, ſondern ſolches einkommen niemand anders dann dieſen Perſonen gereicht vverden ſolle, ſo der Kirchen mit der Predigt des VVorts Gottes vnd auſstheilung der H. Sacramenten dienen.* Item: *Dievveil obgemelter Stifftung, Gefäll vnd einkom zu der kirch (vm verichtung Gottes vverk und Sachen, inmaſſen man damahlen dafür gehalten) ergeben, ſoll daſſelb nach erkanter vvarheit, vnd eröfneten Liecht des vvortes Gottes, billich der Kirchen, vnd derſelben Chriſtl. miniſterien anhangenden vnd zugehörigen andern nothvvendigen Sachen, vnd derſelben Nothfälle zu ſteur, Hülff vnd guten Kommen.* Hæc Sereniſſimus ille Legiſlator. De hoc D. Iulio Letznerus (l. 3. Chron. Daſſel. cap. 86.) ita: *Herzog Iulius hat das Simoniſche vveſen, ſo hiebevor faſt üblich vnd gebreuchlich gevveſen, gänzlich abgeſchaffet, vnd alles vvas etvva von den Pfarren vnd kirchen abgezvvackt, hingeriſſen, vnd in andern vngerechten Gebrauch gezogen vvorden, hat er vvieder dahin, daher es genommen, gevvendet.* [Vid. *Cothman.* Vol. 2. Conſ. 100. *Cranius* de Pac. Relig. Problemat. 5. *Ioannem Oenotomum* dictum *Schneidevvin* ad §. Sacræ, Inſt. de Rer. diu. num. 10. *Syring.* de Pac. Relig. Concl. 28. *VVehner.* Obſ. Pract. Verb. *Vnrecht Guth ſaſelt nicht.* Chriſtoph. *Binder.* in Theſ. de Bon. Eccleſ. pag 15. 40. 117. *Reinking* de R. S. & E l. 3. Cl. 1. cap. 3. *Hortleder.* in *Reichshandlung* l. 4. c. 7.) Hinc hodie circumferuntur vulgi voces: *Pfaffenguth Raffenguth: Hat Adlersfedern: Es Kombt nicht auf den dritten Erben:* Item: *Die Heiligen holen das vvachs vvieder:* Item *Kirchenguth hat eiſerne zehne friſſet eins mit dem andern hinvveg.*

Bona ſacra bonis ſi quando profanis
Miſcentur, contra fas & ius omnia perdunt.
Extremumque malum raptoribus inſuper addunt.
VVer Geiſtlich Güter macht gemein
Vvird, ehe er meint, ein Bettler ſein.

Ratio huius ſententiæ eſt, quòd vltimæ voluntates ſecundum placitum donantium ſeruandæ ſint (l. 5. C. de Relig. & ſumpt. fun.) Vnde-

Vltimæ voluntates ſeruandæ.

piarum donationum authoribus ſolemne fuit eos, qui in profanos aut priuatos vſus ſua pia vota conuerterent, diris deuouere. (Vid. Dn. *Buſch.* de bon. Eccleſ. p.300.301.) v.g. *Vver die Güter nimmet dem ſoll Leber vnd Lung am Leib verſöhren.* Item *vver das thue, den ſolle Gottes Hand mit Armuth, Kranckheit, Schmach vnd ſchande ſtraffen.* (Vid. *Henr. Petraum* in Tr. de Monaſter. fol.3. & 4. Vid. *Antenor.* in Salomone cap. 8. *Speidel.* in verb. *Stifftung.*] Pulchre in rem præſentem Letznerus (l.6.Chron. Daſſel.) *Man muſs von kirchen vnd Geiſtl. Gütern, oder vvaſs ſonſten zur Ehre Gottes geſtifftet, verordnet vnd vermachet, nicht in* abuſum, *Eigennutz und dergleichen verkehren, ſondern damit vielmehr Schulen und Predigſtüle ehrlich halten, &c. Gehet es aber mit ſolchen Gütern anders, ſo feilet es auch nicht, es ſchlecht gevviſslich darzu die vmb ſich her freſſende gnagende kräckheit der krebs, der friſt eins mit dē andern hinvveg, vnd pflegen gemeinlich die Heiligē daſs vvachse vvieder zuholen.*

Bona Eccleſiaſtica ſuperflua in quem vſum ſint conuertenda.

In nullā verò rem melius bona Eccleſiaſtica inſumūtur quàm in literas & pauperes. (*Klock.* de Ærar. l.2. c.83. n.7. D. *Carpzou.* ad Leg. Reg. Germ. c.4. ſect.4. n.16.) *Eraſmus* iam olim dixit: *Otioſorum ſacerdotiorum prouentus eſſe reuera ac ſummo iure ſtudioſorum patrimonia.*

Cōtrouerſia de Bonis Eccleſiaſticis inter Catholicos & Euāgelicos.

XIV. Si iam in hypotheſi res eſt examinanda quæritur, *an Proteſtantibus bona Eccleſiaſtica ad certos ſacros vſus deſtinata, ſi vſus illi aut ſuperſtitioſi, aut impietate iam contaminati deprehendantur, ad alios vſus ſiue profanos ſiue pios, ſalua conſcientia conuertere & impendere aut poſſidere poſſint?* (Vid. Dn. *Buſch.* de Bon. Eccleſ. p.316. 320.) Fatendum ſanè eſt, quòd illa bona cultui ſuperſtitioſo, & idololatrico fouendo fuerint deſtinata, ſcilicet ad miſſarum celebrationem, ad defunctorum animas è purgatorio liberandas. Ioannes *Caluinus* dixiſſe fertur: *Nunquam ita incalituram fuiſſe Cleri culinam, niſi ignis purgatorius fuiſſet incenſus.* Præter ſuperſtitionem, fuit etiam Clericorum maxima vitæ deformitas, ſubſtantiæ profuſio, aliorumve criminum & delictorum enormitas, *Die vngerechte Haushalter muſte man derovvegen abſezen.* Notarunt hanc impietatem *Vviclefus, Ioannes Huſſus* & alij. *Poggius Florentinus* ſcribit *Hieronymum Pragenſem* Ioannem Huſſum in concilio defendiſſe hunc in modum: *Indignum illud viro bono videbatur, diſpendi illa meretricibus, conuiuiis, equorum ac canum ſagina, cultura veſtimentorum, & aliis rebus indignis religioni Chriſtianæ* (in Epiſt. ad Leonhar. Aretin.)

Proteſtantiū factum defenditur.

Quum igitur in Papatu hæc bona aut otioſis ventribus inſeruierint, aut in luxum abſumpta; Proteſtantes Principes ſuperiori ſeculo rectè fecerunt, quod in meliores vſus Eccleſiæ & Reipub. illa transtulerint.

Iudicium Eraſmi de Reformatione Lutheri.

Quum ſuperiori ſeculo in Colloquio Colonienſi *Fridericus* Elector Saxoniæ ex *Eraſmo* quæreret: An doctrina Lutheri ſe rectè haberet? Illéque reſponderet: Quod ſic; vlte-

ꝑius Dn. Elector requiſiuit: Quid ergo cauſæ eſſet, quare ipſi tam ſint infenſiſſimi Pontificij? Ad ea appoſitè Eraſmus: *Abſtulit Papæ coronam, & Monachis ventrem.* Neque propterea donatorum temeratur intentio. Diſcernendus enim vltimus eorum finis & principalis, ab intermedio & ſecundario. *In hoc* enim à teſtatoribus identidem fuit erratum, dum ex priſca Papatus deuotione multa expreſſerunt, quæ nos iam ſuperſtitioſa agnoſcimus: *In illo* verò non æquè, dum principali eorum ſcopus erat, ſua munificentia cultum Dei, Eccleſiæ miniſterium promouere, pauperum neceſſitatem ſubleuare. Optimè quoque de hac re diſſerit Dn. *Heſenthaler* in ſuo Athleta Politico, quem hic conſulere optimum erit. Quoad forum exterius determinata eſt hæc res in noſtro Imperio *per R. I.* de an. 1555. *§. Als auch denen Ständen.* & *per Inſtrum. Pac. hic §.* 3. vbi hic nodus tandem reſolutus. Ante pacem religioſam Pontificij putarunt bona Eccleſiaſtica nullo iure à Proteſtantibus occupata, & antiquis poſſeſſoribus erepta, adeoque ſe tanquam ſpoliatos ante omnia reſtituendos eſſe. *Sie hetten nicht macht Ertz-Stiffter, Clöſter vnd Kirchengüter Gott abzuſprechen, und den vveltlichen einzureumen, oder der* fundatoren *löblichen* intent *vviſſentlich zu vvieder thun.* (Vid. ſcript. cui tit: *Bevveis vvarumb die Päbſtliche den Euangeliſchen nicht vveichen können* contra *des Geizkoffers* rationes.) Semel enim Deo dicatum non poſſe in alios vſus profanos transferri: Fundatorumque intentionem ſemper debere immutabilem manere. Cæterum debebant attendere maiorem noſtrorum ſuperſtitionem maxima libertate ampliſſimas diuitias Eccleſiæ intorſiſſe, in tantum vt Epiſcopi tandem fierent Principes regni (V. *Helmold.* l. 1. Chron. Slau. c. 4.) Eadem tot tantaque in Epiſcopos & alios inferiores *Clericos & Monachos* pietaris intuitu congeſſit, vt *illi fiſci magis quàm Chriſti fierent officiales*, vt *Petrus de Alliaco* de iis conqueſtus. (Refert. ex *Stumphio Ventur. de Valent.* in Parthen. Litig. l. 1. c. 6. n. 12.) Rectéque de illis dici potuit quod *Oſeas* (c. 10. v. 1.) de Iudæis dixit: *vvo das Land am beſten vvar da ſtiffteten ſie die ſchönesten Kirchen.* Iudicium circa hanc rem *Friderici II.* Imp. vide apud *Goldaſt.* Tom. 3. Conſt. Imp. p. 375. De *Sigiſmundo* Imp. quid ille ſcil. in Reformat. ſua de an. 1436. c. 37. & c. 23. dixerit V. eund. *Goldaſt.* d. Tom. p. 103. 187.) *Proteſtantes* itaque *remoto abuſu in verè pios vſus ſecundum antiquiſſimam fundatorum* primariam *intentionem bona iſta reduxerunt.* Hinc *Euangelici* in Replica ad Catholicorum Reſponſum (quod eorum grauaminibus oppoſuerant in conuentu Ratisbonenſi an. 1597.) ita: *Die Stände Augsburgiſcher* Confeſſion *können dem andern theil nicht nachgeben, noch geſtändig ſein, das die Stiffte und Clöſter alzugleich auff die genante Catholiſche und Päbſt-*

Pontificiorum fundamenta.

Reſpondetur Pontificiis.

Proteſtantium defenſio.

liche religion, *vvie die jetzo im ſchvvang gehet*, fundiret *vnd geſtifftet: dievveil derſelben ältiſte* fundationen *vnd ſtifftungen ein anders mit bringen, nemlich den rechten vvahren Gottes dienſt darin zu üben, item die Jugend beyder Geſchlechter, zu Chriſtl. übung, Zu guten künſten, Zu nutzlicher arbeit aufzuziehen.* Iidem Proteſtantes quum ſuperiori ſeculo ad reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorum vrgerentur, ita fuere argumentati: *Dievveil die Nuzungen* (ſc. bonorum Eccleſ.) *von vvegen des Rechtſchaffenen Gottesdienſt da ſein, vnd das* beneficium propter officium: *Vnd aber Ihr* (Catholicorum) officium *vns den Ständen nicht leidlich, ſo kan oder mag mann dieſelbe nicht* reſtituiren, *es ſey dan zuvor in einem freyen* Concilio *ausfündig gemacht, vvelche lehre in dem Göttlich oder Vngöttlich ſey.* Dn. D. *Strauch.* Diſs. Exot. 13. th. 7. *Carolus M.* tot fundauit Monaſteria, vt inuentus bene in iliis inſtituta, vtilis eſſet exemplo & doctrina hominibus, & qui in illis conſeneſcere ſtatuerunt, docerent morum probitatem veramque religionem populum. (*Hieron Mutius* l. 9. Chron.) Eadem fuit mens *Ottonis M.* (Vid. *Mut.* l. 13. Vid. *Trithem.* in Chronic. Hirſang. ſub an. 890.) Quod *ſi è Proteſtantibus nonnulli in Reformatione priuatam rem ſuam, haut diuinam egerunt, circa illa bona malè quidem eos feciſſe negandum haut erit.* Et omnino cauere debebant Euangelici, ne ex bonis ſacris fiſcum ſuum locupletare ſtudeant: Inde enim contentiones & multiplex in Magiſtratum odium & tamen, proh dolor! verum eſt, quod iam an. 1540. Mithobio ſcribebat *Philippus Melanchton*: *Plerique Principes etiam ante hoc tempus multò fuerunt in diripiendis Monaſteriis diligentiores, quàm in conſtituendis παροικίαις & Scholis.* (Vid. *Dn. Schoock.* l. 3. de Sedition. c. vlt.) Quum *Joannes Zang* Autor Scholæ Ilefeldenſis an. 1545. coram *Philippo Melanchtone* eſſet conqueſtus quòd multi Nobiles reditus cænobij attenuarent, indeque primordiis Scholæ impedimenta opponerent; reſpondit Philippus: *Es geht izo vnter den Vvelt Menſchen alſo Zu, das ſie ſich alle nach der regul Chriſti halten. Trachtet am erſten nach dem Reich Gottes, das iſt, Suchet erſt die Geiſtlichen Güter, darumb vvird auch folgen, ſo vvird euch das ander alles genommen vverden*; ſiue vt alius, eodem apophtegmate vtens, addidit: *So vvird euch Krieg vnd Streit mit hauffen zu fallen.* *Carolus V.* Imp. fertur dixiſſe: *Fürſten hetten keine beſſere Bergvvercke als die Hohe Stifft vnd Geiſtliche Güter. Eraſmus Roterodamus* ſuperiori ſeculo tale iudicium de occupatione huiuſmodi bonorum tulit: *Reformatio Lutheri multos pauperes Dominos & Nobiles ditauit, qui, quum antea pedibus ire cogerentur, nunc non vno, ſed pluribus equis inuehuntur.* Item alius, referente *Zinckgreffio*: *Die Geiſtl. haben vor alters,*

Proteſtantes bona ſacra in fiſcum rapere non debent.

Iudicia nonnullorum de abuſu in occupandis bonis Eccleſiaſticis.

denEinfältigen mit Liſt abgeſehen, das ſie ihnen die Güter vermacht. Nun kommen die vveltlichen vnd ſuchen mit allerhand Practiken das vvieder, vvas ihre voreltern ihnen an die Geiſtl. entmacht: So gehts dan rund vvieder vmb, vnd kombt alles vvieder vff ſein Principium. *Allein die Bauren vnd Hausſtänd gehen dan oben hin.* De cænobio *Fredelsheim am Sollinger VValde* ita *Leznerus* (l.7. Chron. Daſſel. c.14.) *Das S. Blaſius dieſes Cloſters Patron, mit ſeinem groſſen Horn viel zu ſtark geblaſen, das nur noch Weinig Grumpeln in einem armen bavvfälligen Hauſs vberblieben ſind. Damit mag man ſich behelffen ſo Vvol und gut man Kan.* Hæc ille. Etiamſi verò priuati multi ita iudicent, tamen Proteſtantes nonnulli bene excuſari poſſunt, quòd multa ſuperflua & abundantia bona ſacra in bonos Reip. vſus verterint. Ita ſuperiori ſeculo Mauritius, Saxoniæ imò Germaniæ Camillus, bona Eccleſiæ à ſe occupata in vſum Scholarum & pauperum contulit. (Vid. *Sleidan.* l. 15. Comm. p. 427. 428. & l. 11. comm. p. 314. p. 310. 354. 355. 356. & l. 26. p. 849. 852.) Bona etenim & reditus Eccleſiaſtici in ærarium ſuum Principes inferri nolint, quum hactenus experti fuerint illatis illis ignem inferri, qui, quæ attigerit, exurit, inque cineres & fauillas reſoluit (B. D. *Calixt*, in Miſcellan. Orat. p. 40.) Prudenter itaque Diuus Iulius, Dux Brunſuic. Optimus Patriæ Pater, (in ordinat. Eccleſ. Tit. *Von vnterhaltung der Kirchendiener*) ita: *Es iſt auch vnſer endliche Meinung und Will, das ſolches alles (Stifftung, Gefell und Einkommen) bey der kirch Ohngemindert oder geſchmelert, dieſer unſer Verordnung nach, evviglich und Vnvviederrufflich alſo bleiben, und dauon nichts hingeben oder alieniret, auch da auſſer ſondern Notvvendigen vrſachen, ichtigs verendert oder abgelöſet, alsbald das erlöſet Geldt und Haubtſumm der kirchen zu guten Wiederumb an zinſs und mitliegenden Gütern angelegt.* Et mox: *Wofern dieſe Güter und einkommen mit Nachtheil der kirchen, auch mangel der Miniſtrorum anderſt dan Zu Vnterhaltung Nuz vnd Noturfft derſelbigen Schulen und kirchen, demnach ſie einmahl Got dem Hern ergeben, angevvendet Vverden Vvolten, Vvird der ernſtliche zorn Gottes dadurch ervvecket, &c. Dan Vvir hievon zu unſerm Priuat und ſondern NuZ, das Uveinigſt nicht anzuvvenden, ſondern zu erhaltung obgehörter Kirchenſachen, gänzlich Kommen und gebrauchen zu laſſen gedencken.* Bonum ſanè dictum, cui nil poterit adſcribi niſi bonum factum. Sacra enim prophana fieri non poſſunt, neque debent, ſed in meliores magiſque pios & Deo gratos vſus conuertenda ſunt. (l. 83. §. 5. D. de V. O. c. *Semel.* de R.I. in 6. *Vveſemb.* ad §. 6. & 8. Inſt. de R. D. *Beſold.* de Ærat. Publ. c.6.)

Protestantiū defenſio circa occupationem bonorum Eccleſiaſticorū.

Bona Eccleſiaſtica non ſunt inferē. da Camera Principum.

D Iuliŷ Ducis Brunſv. conſtitut. de bon. Eccl.

Res ſancta, ſacraque & religione ligata.

Ignara Domini patrimonia nullius augent:
Sed proprium ſeruant diuini iuris honorem.

Vt ſcitè canit *Grot.* (in Paraphr. Tit. Inſtit. de R.D.) Rectè proinde *Tiberius Decianus* (2. Reſp. 14. n. 37.) monet Laicos abſtinere à contractibus religioſorum, quia ſunt Græcæ fidei. Quæ quum ita ſint, (Vid. Dn. *Heſenthaleri* Athlet. Polit.) multi concoquere non poſſunt, quòd nonnulli huiuſmodi bona menſis & epulis addixerint, *vveil Geiſtl. Güter* non bona Metamorphoſi *kŏnen in Taffelgüter verändert vverden.* Morem iſtum minimè probabilem graphicè tangit Dn. *Reinking.* (l. 1. *der Bibl. Pol.* Axiom. 19.) vbi ita: *Viel halten dafür, Wen ſie in ihren Regiſtern, groſſe Einnahm machen Können, ſo ſein ſie glückſehlig, Wan es ſchon vom Altar vnd der Canzel geriſſen, und gedencken nicht daran das die rubric der ungerechten Einnahme, die rubric der Auſsgabe alles Segens beraube, unrichtig mache, und die Einnahme vveit übertreffe.* Superiori ſanè ſeculo adeò in prædam venerunt bona Eccleſiaſtica, vt monachi tum prouerbio dixerint, præter campanæ ſonitum & chori cantum ipſis nihil relinqui. Querelam de hac re ipſorummet Proteſtantium vid. ap. *Sleidan.* l. 13. Comm. p. 356. Laudandum ſanè eſt, quod omnes reditus cænobiorum in Ducatu Würtembergico ad pias cauſas in hunc vſque diem conuertantur: adeò vt magnus quidam Theologus exiſtimet, nullibi apud Lutheranos bona iſta rectius inſumi, atque collocari, quàm in iſto Ducatu. Vnde etiam non facilè vllam in Germaniâ Academiam reperies, in quâ plures ſint ſtipendiati, quàm in Academiâ Tubingenſi. Pia ſanè ac cedro digna eſt Friderici IV. Electoris Palat. vox: *Ich vvolt nicht das mein Friz ein Haar vom Pfaffenguth hette,* (*Gryphiand.* l. 1. Oecon. Legal. c. 16. num 355.) Etiam hodie experientia teſtatur, certis eos ſeſe immergere malis & periculis, qui à bonis Eccleſiaſticis manus ſuas non abſtinent, Quid aliquando Diuus *Fridericus Vlricus* Dux Brunſuic. ad D. *Conr. Horneium.* [Profeſs. Theolog. in Academia Iulia, dum Brunſvvigæ Sereniſſimi Principis menſæ fortè adeſſet] religioſè & piè dixerit Vid. Dn. *Hornei* Orat. in Obitum Diui Friderici Vlrici. Vbi ita: *Cum nullos ſermones auidius hauriret, quàm qui de ſtudiis & præſertim Eccleſiaſticis fierent, & equidem,* &c. *de iis & vniuersâ literaturâ nunquam non differerem, ſtatim ab initio Principi oſtendi, quàm pauca apud noſtros homines adminicula optimis ſtudiis in promptu eſſent: Olim quidem tum Canonicorum collegia, tum ex parte etiam cænobia tot reditibus ditata, ei rei conſecrata fuiſſe, ſed nunc nihil vel parum præſidij Eccleſiæ ac literis in iis omnibus eſſe; quin bona illa pleraque in alios vſus conuerti; id non tantùm cum maximo detrimento Eccleſiæ factum hactenus apud omnes, qui repurgatæ religioni addicti ſint,*

Deciani dictum.

Vſus pius bonorū Eccleſiaſticorū in Ducatu Würtemberg.

Friderici IV. Elect. Palat. Vox.

B. Hornei cum Duce Brunſv. colloquium de vſu bonorū Eccleſiaſticorum.

ſed

ſed ſine dubio non poſtremam cauſam tantarum calamitatum eſſe, in quas incidiſſemus. Hæc cum Princeps non ſæpe & libenter audiret tantum, ſed ipſe probaret, &c. tandem mihi dixit ſe pace receptâ non paſſurum, vt teruncius illorum bonorum amplius in alios vſus, quam Eccleſiæ, literarum ac pauperum converteretur, eo tantùm ſibi reſervato, vt rectè adminiſtrari curaret. Addidit iuſiurandum: Hæc faciam, inquiebat, ita propitius mihi in extremo illo die ſit, qui vivos & mortuos iudicabit. Feciſſet etiam, non dubito, ſi ſuperfuiſſet. Hæc Horneius. VVeſembecius (ad Inſtit. de rer. diu.) de prophanatione illorum bonorum agens ait: *Sed hæc, vt alia, iudicabit dies Domini. Hippolitus a Lapide* p. 570. infirmo ſanè & debili argumento Proteſtantium factum ex loco Parium defendit: Ipſos Pontificios Epiſcopali menſæ addixiſſe, non eſſe ergo, quod Proteſtantibus hac in re obiiciant. *Autor Informationis der vier kloſter ſachen* ita: *VVen alle dieienigen Augſpurgiſcher* Confeſſion, *ſo dergleichen Güter eingezogen umb des vvillen geſteiniget vverden ſolten, könen ſich unter den Geiſtl. Ertz und Biſchoffen vvol keiner oder ſehr vvenige den erſten Stein auffzuheben mit gutem gevviſſen, und ohn gefahr gleicher* Condemnation *unternehmen.* Hippolitus l. c. multa hac de re adduxit exempla, & de Epiſcopo Franconici Circuli præcipuè Germanicos quoſdam rythmos adducit.

Ducis Brunſv. Friderici Vlrici pulcherrimum iuſiurandū.

XIII. Hodie per Inſtr. Pacis omnis lis de bonis Eccleſiaſticis, tam antè quam poſt Tranſactionem Paſſavienſem occupatis, eſt ſopita: Pax verò religioſa ſuperioris ſeculi hoc negotium non ita ſopire potuit, vt non præterito bello Imperator, Catholicorum nōnullorum inſtinctu, Edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis an. 1629. promulgarit. Florentibus tum Cæſaris rebus, Catholici ſpem ad minimum conceperūt omnia amiſſa recuperādi: Secuta dein Pace Pragenſi an. 1635. reſtitutio bonorum Eccleſiaſticorum in 40. annos dilata. Sed hanc tranſactionem Sueci *Bernhardus* Vinarienſis & Landgr. Haſſiæ *VVilhelmus* non pacem ſed inducias interpretari, quibus dein Proteſtantes facilius everti poſſent quemadmodum Hiſpanus duodecennalibus induciis cum Fœderatis Belgis res ſuas in melius promouit. Veteres enim illæ artes ſunt, pace aut induciis expugnare, quos bello non potes. (*Zevecot.* in Obſeru. ad Sueton. Iul. Cæſ. cap. 29.) Hinc cùm Othoni Duci Saxoniæ ab Henrico IV. ſuſpectæ induciæ vnius menſis offerentur reſpondit Ottho: *vvir begehren entvveder einen ganzen Frieden oder gar keinen, Das iſt ein ſchlechter Fried, den man den Gliedern gibt, vven man unterdeſſen dem Haubt zuſezet.* De Pace Pragenſi, quin idem tum cogitarent Illuſtriſſimi nonnulli Imperij Proceres, non temere quis credere poſſet. Quod verò Belgicas inducias

Controverſia de bonis Eccleſiaſticis gladio bis agitata & bina pace ſopita hodie quieſcit.

Iudicium de Pace Pragenſi.

Induciæ plerumque continent inſidiosā pacē.

Iudicium de induciis Belgicis. ante memoratas, attinet, de iis *Zenecotius*, Profeſſor olim Harderuicenſis (c.4. ad Sueton. I. Cæſ.) ita cenſet: *Vtinam cum heros Hemſkerckius, in ipſo portu Gaditano tot monſtra nauium expugnans, Hiſpanum deſperare cogeret, conſtantem victoriarum curſum induciæ non abrupiſſent. Hoſtis res ad incitas redactæ erant, parumque aberat, quin, quod Philippus Macedo apud Lucianum poſt mortem agit, is, qui cum nomine mores eius & perfidiam exprimebat, adhuc viuus ad reſarciendos mercede detritos calceos adigeretur. Obſtitit fatum & iniquitas temporum. Hac obiter. In tractatu Pacis* porrò Bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſionem quietam ac perpetuam Proteſtantes ægre obtinere potuerunt. An. 1646. Menſ. Iun. *VVurde* in puncto grauaminum *fürgeſchlagen, das die* poſſeſſion *der geiſtlichen Güter köñte uf.*100.*Iahr gerichtet, vnd nach ſolcher Verflieſſung* via iuris *offengelaſſen, vnd alſo* in effectu *vff eine* perpetuitet *gerichtet vverden.* (*Th. Eur.* T. 5.p.1102.)

Punctus perpetuæ poſſeſſionis bonorũ Eccleſiaſticorum ægrè obtineri potuit.

Poſſeſſio interimiſtica Bonorũ Eccleſiaſticorũ. Eodem anno menſ. Iulio, in articulis compoſitionis circa hanc rem, à Plenipotentiariis Cæſareis talis fuit formatus articulus: *vvas die* immediat *Stiffter anlangt, vvie auch die vngemittelte freye vveltliche ſtiffter, vvelche die Auſpurgiſche* Confeſſions *vervvandte noch* an. 1624. quacunque anni parte *ingehabt vnd beſeſſen, dieſelbe alle und iede (auſgenommen der Stiffter Halberſtadt, Verden, Oſnabrück vnd Minden) ſollen Ihnen ohn einige* contradiction *und Anſprach vff* 100. *Iahr vom Beſchlus dieſer Vergleichung anzurechnen, geruhiglich verbleiben und in Handen gelaſſen vverden. Nach Verflieſſung aber dieſer hundert Iahren, oder auch in vvehrenden Lauff derſelben, ſolle von beyden theilen eine Chriſtliche gut- vnd freündliche Vergleichung vorgenommen, vnd ehender vveder von dem einen noch von dem andern theil kein Proceſs, viel vveiniger* de facto *etvvas angefangen vverden, man habe ſich den der* normæ, *nach vvelcher dieſer* punct *entſchieden vnd erörtert vverden ſolle verglichen.* (*Th. Eur.* T.5. p. 1114.) a. 1646. menſ. Maio. primùm hic punctus in tractatu pacis proponi cæptus, *vvorauff die Herrn* Catholici *noch zur zeit von keiner* perpetuitet *der Geiſtl. Güter hören; aber vvol vff ein hundert iähriges* poſſeſſorium *ſich* reſoluiren *vvolten: Stunde aber nun dahin, ob die Herrn* Proteſtirenden *ſich darzu verſtehen vvurden.* (*Th. Eur.* T.5.p.1039.) *Tandem* verò *de Chriſti tunica inconſutili plenè conuentum, & Proteſtantibus perpetua Bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſio conceſſa, terminúſque à quo reſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum hic in Inſtr. Pac. eſt præſtitutus an.* 1624. *d.* 1. *Ian.* Id quod tam malè habuit *Papam Romanum Innocentium* X. vt per Nuntium ſuum *Fabium Chiſium* ſolenniter proteſtatus ſit hiſce verbis: *Pactionibus partim vtriuſque* (nempe Cæſaris, Sueciæ & Galliæ) *partim alterius pacis huiuſmodi inter alia, Bona Eccleſiaſtica alia-*

Euentus controuerſiæ de Bonis Eccleſiaſticis Tandem Proteſtãtibus perpetua poſſeſſio bonorum Eccleſiaſticorum immediatorum conceſſa.

quæ ab hæreticis occupata, illis eorumque poſſeſſoribus in perpetuum adjudicantur. Nimirum Papa illorum bonorum ardore maximè erat incenſus, fructuſque illius arboris, palato ſuo ſuaues, in vnum rurſus colligere ſummo cum deſiderio expectabat. Bene tamen eſt, quòd appetitus illius fuerit fruſtratus; *ſummèque intereſt tranquillitatis Germanicæ vt ea, quæ Inſtr. Pacis hic ſunt ſancita, perpetuo ac quietè ita permaneant. Man laſſe es einmahl hiebey bevvenden: Bisher hat man gnug vmb den Rock Chriſti gezancket; man bekümmere ſich nun hinfüro mehr vmb deſſen Leichnam*, vt A. G. VV. bene iudicauit. Pontificij nunc trina vice cum Proteſtantibus bona ſacra cum detrimento ſuo diuiſerunt: Dent modo operam ne quarta ſubdiuiſio ſubſequatur, aut vereor ne quadrata rotundis mutentur.

Papâ bonis ſacris inhiãs fruſtratur.

Intereſt trã quillitatis Germaniæ vt hac controverſia hic ſopita perpetuo de hinc quieſcat.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 3. verb. Baliuia.

XIV. Enumerantur hîc Bonorum Eccleſiaſticorum ſpecies inter quas etiam occurrunt *Baliuia* Germ. *Baleyen.* Corpus Magiſterij Teutonici conſiſtit in Bonis Cameræ & octo Præfecturis vulgo *Baleyen,* quales ſunt *die Balley von Francken, Heſſen, VVeſtphalen, Sachſen, Thüringen, Lothringen, Vtrecht, Maſtrich.* Ex quibus corpori ſubtractæ ſunt ſubſequentes magnæ commendæ, *die von Maſtrich, Vtrecht*, ab Hollandis; *Sachſen, Thüringen, Heſſen* à Principibus territorij. (V. *Sprenger.* in Iuriſpr. Publ. p. 395.) quarum poſſeſſio nunc per Inſtrumentum Pacis facta eſt perpetua.

Baliuia quid.

DISCVRSVS X.

DE

AVTONOMIA

SIVE

Vom Geiſtlichen Vorbehalt, oder Freyſtellung der Religion.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. § 3 verſ. Si igitur Catholicus.

Cōtrouerſia de Reſeruato Eccleſiaſtico.

I. HISTORIA huius rei talis eſt: Superiori ſeculo quum in Comitijs Auguſtanis an. 1555. de Pace religionis ageretur, acerrimè inter partes in contrarium itum ſuper concedenda Epiſcopis & aliis Eccleſiaſticis Catholicis licentia amplexandi religionem Auguſtanam, ita vt cum dignitate ſimul retinere detur ditiones ſacras. Id quod Catholici (quum iſthac licentia iugulum religionis Catholicæ per Germaniam peti ſatis appareret) præfractè negabant; quod tamen Proteſtantes in magnam ſuæ religionis infamiam redundare interpretati ſunt, ſi ſuſcepta eius profeſſione, dignitate boniſque ſit cedendum, Multíſque hac via ad puriorem doctrinam aditum obſtrui. In tanto animorum itáque æſtu *Ferdinandus*, Catholicis fauens, paci religioſæ inuitis & contradicentibus Euangelicis hanc clauſulam inſeruit: *Si Catholicus Archiepiſcopus & Prælatus ad Proteſtantium religionem tranſeat, beneficia, quæ habuit, Eccleſiaſtica perdat, ſalua tamen exiſtimatione. V. Rec. I, de an. 1555. §. und nachdem bey Vergleichung. §. vvo ein Erzbiſchoff.* Hanc gratioſā Catholicis clauſulam vulgò vocant *Den Geiſtlichen Vorbehalt*, qua Epiſcopis Lutheranā religionem amplectentibus non licet religionem in aliam formam mutare. *Callidū* ſcil. *remedium pro Pontificiis, vt ſcil. ex perſonis Eccleſiaſticis aut nemo accedat ad Euangelicam Religionem, aut ſi quis acceſſerit, ſaltem bona*

Arcanum Catholicorū in Reſeruato Eccleſiaſtico.

Catholicis reſeruarentur. (Dn. Textor. de Rat. Stat. Germ. p. 657.) Proteſtantes initio magnopere anniſi, ne articulus ille pacis documento insereretur, quum vero Ferdinādus & Catholici palàm eſſent teſtati, ſe nullam ſine eo capite pacem admiſſuros, Proteſtantes illud ipſum fieri paſſi ſunt, quamvis nunquam hanc clauſulam approbarint. Imò aliquoties poſtea (inprimis quum *Gebhardus* Archiepiſcopus Colonienſis ſub Rudolpho II. à Pontificiâ religione, ductâ vxore, diſceſſit, & propterea ab Archiepiſcopali ſede à Cæſare & Rom. Pontifice detruderetur, ſuffecto in eius locum *Erneſto* Duce Bauariæ, provt ſupra part. 1. Diſc. 1. relatum lege) de illa clauſulâ queſti ſunt, neque ea ſeſe teneri aſſeruerunt. Vi ſanè huius clauſulæ *Ferdinandus II.* Imp. & Catholici ann. 1629. publico Edicto omnes Archiepiſcopatus quos Proteſtantes poſt Tranſactionem Paſſauienſem occuparunt, reuocare voluerunt ad religionem Pontificiam. In eorum numero erant. 1. Archiepiſcopatus *Magdeburg*: in quem Ioachimus Fridericus Elector Brandeburgenſis ann. 1566. Auguſtanam Confeſſionem introduxerat. 2. Archiepiſcop. *Bremen.* quem Adolphus Holſatiæ Dux reformarat. 3. Epiſcopatus *Minden*: quem Henricus Iulius Brunſvic. an. 1565. ad Normam Auguſtanæ Cōfeſſionis conformauit. 4. Epiſc. *Halberſtad*: quem idem eodem tempore reformauit. 5. Epiſc. *Verden*: quem Eberhardus Holle ann. 1568. dein Adolphus Holſatiæ Dux reformarant. 6. *Razenburg* à Chriſtoph. Schuellenbergio an. 1554. & plures alij, tribus tantum Epiſcopatibus Saxoniæ *Meiſſen*, *Naumburg*, *Mersburg*, & vnico Brandeburgenſi exceptis. (*Conring.* ad Lampad. p. 3. c. 11. §. 12.)

Reſeruatoria hac clauſula peperit bellum Cæſareo-Suecicum.

Numerus Archi & Epiſcopatuū quos Catholici olim repetere à Proteſtantibus voluerint.

II. Quod autem clauſulam iſtam attinet, *Proteſtantes ita hunc articulum Pacis religioſæ concipi voluerunt: Da aber einer oder mehr Chur-Fürſten, Fürſten und Stände, zwiſchen hier und endlicher Vergleichung der alten Religion oder Auſpurgiſcher* Confeſſion, *anhängig wurde, ſo ſolten dieienigen, ſo zu der alten* Religion *tretten, deſs genieſſen und fähig ſeyn, was von den Ständen der alten* Religion *in dieſer* conſtitution *geſetzet, und diejenige ſo zu der Augſpurgiſchen* Confeſſion *tretten, hinwieder alles und jedes deſſen fähig ſein und genieſſen was von denen, ſo Zuvor die Augſpurgiſche* Confeſſion *gehabt, und Veränderung in der* Religion *vorgekommen haben, in dieſer* conſtitution *gemeldet und geſezet iſt.* Dn. *Limnæ.* l. 1. de I. P. c. 1. n. 34.

Quomodo Proteſtantes Reſeruatum Eccleſiaſticum concipi voluerint.

III. *Fundamenta* autem *Proteſtantium*, quare formulæ conceptionis Pontificiæ & reſcripto Ferdinandi accedere nollent, fuere ſequentia: 1. *Es wurde der* Proteſtirenden Religion *ein mercklicher Schimpff, Spott und Verkleinerung ſein, wan ſie willigen ſolten, daſs alle die, ſo ſich zu ihrer* Religion *thäten*, ipſo iure & facto, *der Stifft entſetzt,*

Rationes Euangelicorū contra Reſeruatum Eccleſiaſticum.

vnd darzu für Ketzer gehalten, auch aller VVürde und Stände priuiret *ſein ſolten.* 2. *Es vvolte in* Religion *ſachen der Heil. Schrifft, und darauff dem Gevviſſen Zuvvieder ſeyn, vvan ein Stand vvilligte, das kein Geiſtlicher der* Religion *ſeyn ſolte, vvelche er für die vvahre Chriſtliche erkennet hätte.* 3. *Mit Beypflichtung ſo dieſen* articuln *geſchehe, vverden die* Proteſtantes *anzeigen, das die Augſpurgiſche* Confeſſion *einer verdammeten Seelen lehre vvere, deren ſich kein Geiſtlicher (vvelche ihnen die* Religion *für andern billig angelegen ſein laſſen) anhängig machen möchte* 4. *Es gereichte ſolches zu ſonderlichen Veracht, und* præiudicio cauſæ principalis, *vvelches dan beydes auſstrücklich vvieder den auffgerichten Friedſtand ſein vvürde, und darauff nochmahls gantz embſig gebetten ſolchen* articul (puta de reſeruato iſto Eccleſiaſticolum *Religion frieden auſsZulaſſen.* 5. *Es vvürde der Beforderung deſs künfftigen* Concilij *entgegen lauffen, in deme auſs forcht deſs mercklichen und anſehenlichen Verlurſts, den Geiſtlichen ihre freye Stimmen zu offenbahren abgekürtzet.* Quibus Pontificij reponebant: *Es vvere die* Clauſul, *niemand Zu veracht noch einiger* iniuri, *alſo nicht zu* præiudicio *Schimpff oder verkleinerung der andern* Religion *ſondern zu Erhaltung deſs Geiſtlichen Standes Stifftungen und zugehörungen*, Donationen *und Güter, gemeinet, darzu ſich auch die* Confeſſions *vervvanten ſelbſt auch ſchuldig erkenneten und erbieten, und dervvegen ihnen gar kein gevviſſen daher machen dörfften. Sintemahl vveder ſolche Stifft, oder auch die Geiſtliche Perſonen ihnen Zu verantvvorten ſtünden: Ia das noch mehr: das auch hierdurch die Freyheit deſs Gevviſſens und* Religion *niemands benommen, ſondern allein der* dignitet *unnd Einkommen halben, Verſehung begehret vvürden, vvelche ſich ohne Zvveiffel die ienigen, ſo zu der neuen* Religion *einen rechten Luſt und Eyffer trügen, entvveder nicht vvürden auffhalten laſſen, oder da ſie allein deſsvvegen, das iſt der Zeitlichen Einkommen, Ehr und Nutzbarkeit halben, bey den Catholiſchen verbleiben, einiges* fauors, *Ehr oder Beyfals, bey einem oder dem andern theil nicht vvürdig vvehren.* Quum autem vtraque pars ſuis rationibus innixa perſiſteret immota (vt verba illa innuunt: *VVelcher ſich beyder* Religion *Ständ nicht haben vergleichen können,*) Ferdinandus in Partes Pontificiorum inclinans, ſanxit §. *VVo ein Ertz-Biſchoff.* Vocatur hoc ipſum *der Geiſtliche Vorbehalt*, quem punctum Dn. *Limnæ.* l. 1. de I. P. c. 13. n. 50. *Autonomiam, ſiue Freyſtellionatum Eccleſiaſticum vocat.*

Reſeruati Eccleſiaſtici ſco, us.

Catholicorū rationes pro reſeruato Eccleſiaſtico.

IV. Catholici hunc §. hiſce rationibus propugnant. 1. Ferdinandum vi & præeminentia poteſtatis Imperatoriæ ita decreuiſſe, *R. I. de an.* 1555 §. *Vnd nach dem bey vergleichung,* ac proinde hoc ipſum in dubium vocari minimè debere. Reſp. Dn. *Proteſtantium religionis.* 1. Imper-

ratorem inuitis Statibus non poſſe leges ferre, adeoque illam declarationem fuiſſe nullius momenti. 2. Non fuiſſe probatum, plenitudinem poteſtatis Imperatori hoc in negotio, præſertim Religionis, à Statibus collatam. 3. Ferdinandum conſtituiſſe partem tranſigentium non verò iudicem partium. *Euãgelicorũ ad illas reſponſiones.*

Secunda ratio Dd. Pontificiorum: Etiam olim Imperatorem litigium religionis inter partes diſſidentes deciſiſſe *R. I.* de an. 1544. *§. Vnd vvir Chur-Fürſten*, ibi: *Bekennen offentlich*, &c. Ergo etiam hæc diſpoſitio *vom Geiſtlichen vorbehalt*, in terminis ſimilibus pro lege ſeruari debet. Reſp. Dn. *Limnæ* l. 1. de I. P. c. 13. n. 41. Adde ibidem: *Das alle vnd iede obgeſchribene* puncten *und* articul *alſo vvie obſtehet, mit vnſerm guten vvillen, Wiſſen und Rath fürgenommen und beſchloſſen ſind, vvilligen auch dieſelbigen alle, ſambt unnd ſonderlichen.*

Tertium, Arg. Proteſtantes ipſos in Comitiis de ann. 1555 fuiſſe confeſſos: *Das Ihr Chur-vnnd Fürſtl. Gnaden I. Kön. Maj. hierinnen über beſchehene vnterthänige Bitt und fürvvendung keine form und maſs zu ſezen vvüſten Burchard.* de Autonom. p. 1. c. 4. Reſp. Euangelici Inde non ſequi: Ergo Proteſtantes in Reſeruatum conſenſiſſe. add *R. I. Worm. de an.* 1545. *§. Vnd vvir Chur-Fürſten*, ibi: *Bekennen*, &c. 2. Non eſſe nouum Cæſarem aliquid ſtatuere, idem tamen ab Ordinum Legatis nec recipi nec ordinari. *R. I. Erfurt. de an.* 1567. *§. Als ſie aber.* cum §. ſeq.

Quartum, arg. Pontificiorum: Proteſtantium conſenſu & ſcientia articulum *Vom Geiſtlichen Vorbehalt* fuiſſe inſertum Pacificationi religioſæ. *Reſpon.* Non tamen is articulus Proteſtantium conſenſu, ſcientia & approbatione, concluſus, confectus ac Paci Religioſæ inſertus. Multa namque conſenſu & ſcientia noſtra, quæ alio non poſſumus declinare medio, in quantum de iure admittimus, & proteſtando voluntatis noſtræ limitamus terminos, Id quod Proteſtantes ſemel atque iterum fecerunt. Plura ſed leuioris ponderis argumenta Vid. apud Dn. *Limnæ* l. c. vſque ad n. 57. vbi contra turbidum *Franciſcum Burkardum*, Cancellarium Colonienſem, qui de Autonomia ſiue *Freyſtellionatu* Eccleſiaſtico ſcripſit, bene diſputat. A parte igitur Proteſtantium Reſeruatio iſthæc Eccleſiaſtica minimè in vim legis publicæ admiſſa, quum Ferdinandus I. Imp. in tali religionis negotio leges condere Proteſtantibus non potuerit, neque aliter illam clauſulam Receſſui Imperij inſeri potuiſſe dixerunt Proteſtantes quam publicè de eadem prius conuenerat. Et quamquam videri queant Proteſtantes iam tum temporis peccauiſſe, quod Receſſui iſti de an. 1555. non obſtante prædicta reſeruatione, quæ expreſsè & quaſi per modum legis inſerta fuerat, ſubſcripſerint, tamen poſtea non conceſſerunt eandem, & ſic res fuit ſub controuerſia circiter per integrum ſeculum.

Proteſtationis virtus.

A parte Proteſtantium Reſeruatum Eccleſ. nunquam vim legis habuit.

V. *In tractatu Pacis* Oſnabrugo Monaſterienſi an. 1646. menſ. April Proteſtantes inter grauamina ſua expreſsè reſeruatum illud retulerunt; Ita enim inter alia apertè præ ſe tulerunt: *Ob gleich etzliche Geiſtliche bey aufrichtung des* Religion *Friedens erinnert, man möchte zu dem vvorte (Stand) das vvörtlein (vveltlicher) hinzuſezen: So haben ſie doch ſolche* reſtriction *nicht erhalten, ſondern es iſt vff der Euangeliſchen* remonſtration *das ſolch Begehren den Reichs Abſchieden 1541. ingleichen 1544. ſtracks entgegen lieffe, bey der generalitet des Worts Stands gelaſſen vvorden. Wie dan ſolches alles und anders mehr, vvie* an. 1583. *Gerhardus* Archiepiſc. & Elect. Colonienſis, *darumb das er die Ausburgiſche Confeſſion angenommen, nicht zu geringen Schimpff und preiudiz Kay. May und des Reichs, vff befehl des Papſts ſeines Erz-Stiffts und Churdignitet mit Gevvalt entſezet vvorden, allerhöchſtgedachter Kay. Maj. von Chur-Pfalz, Sachſen und Brandenburg mit ſo ſtatlichem Grund zu Gemüthe gefüret vvorden, das ſie es, vvie* Thuanus *ſagt, nicht beantvvorten können, ſondern als vor einem* ſcopulo *ſtillſchvveigens vorbey paſſiret. Sonſt bemühen ſich aber die Catholiſchen* exceptionem à regula *zu* probiren, *und beyzubringen, das obangezogene* regula *(aus dem* Religion *frieden) ſey nur von vveltlichen Standen zuverſtehen. Dan, ſagen*

Ipſorummet Proteſtantiū defenſio contra dē Geiſtl Vorbehalt.

ſie, von den Geiſtl. Ständen die zur Augsburgiſchen Confeſſion *tretten, vvere §. des* Religion *friedens (und nachdem, &c.) gar ein beſonders geordnet, vvelchen §. Sie den Geiſtl. Vorbehalt nennen. Nun iſt gevviſs das dieſer §. ganz unverbündlich ſey, und* vim legis *niemahls gehabt: Den vvas in vorigen Reichs Abſchieden*, ja in hac ipſa conſtitutione Pacis Religionis in genere *bevvilliget und verordnet, das kein Stand vmb der Augsburgiſchen* Confeſſion *vvillen ſein Land und Herlichkeit verlieren ſollen, das ſoll dieſer von den Catholiſchen eingefürter §.* corrigiren *und reſpectu der Geiſtl. Stände ein anders ordnen: Da doch* in ipſo contextu *deſſelben auſtrüklich ſtehet, das die Stände ſich hierinn nicht vergleichen können. Nun iſt ia einem iedem, der von den Teutſchen Sachen nur ein vvenig vviſſenſchafft tragt, nicht*

NB.

vnbekand, vnd iſt aus den Fränkiſchen Crais-Abgeſandten d. 20. Aug. an. 1619. *ertheileten Kayſerl.* reſolution art. 5. *mit mehren zuerſehen, das*

Jus ferendarū & interpretādarum Legū Imperij eſt Imperatoris & Statuum.

in dem Röm. Reich kein geſezt gegeben, noch die alten interpretiret *vverden können es geſchehe dan mit Einvvilligung der geſambten Reichs-Ständ. Darzu zum andern auch dieſes kombt, das 1552. zu Paſſau verglichen vvorden, es ſolte in* Religions *Sachen das mehrere nicht gelten, damit kein theil des Vberſtimmens ſich zubefahren haben möchte*, &c. *Das aber hieruff von den Römiſch Catholiſchen* inſtanter *pfleget vorgeben zu vverden, es hetten dieſen Punct König* Ferdinando *die Euangeliſchen vorgeſtellet, iſt dem Buchſtab des* Religion-*Friedens, und denen Reichs*

actis.

actis gantz entgegen. Dan die bezeugen klärlich: Das die Euangeliſchen in dieſe dinge niemalen gevvilliget, ſondern König Ferdinand hat es vff die Kaiſerl. Heimſtellung vnd Gevvalt alſo hineingeſetzt: Vvelche Gevvalt vnd Heimſtellung aber dieſes nicht vvürcken kan, das I. Kön. M. inuitis Statibus *ein Geſetze hetten können fürſchreiben: Ohn iſt es nicht die Euangeliſchen haben ſich vernehmen laſſen: Sie könten I. Kön. M. vveder Maas noch ziel geben, vvas ſie aus Heimſtellung I. Kay. May. thun oder laſſen vvolten; aber ſtracks darauff,* vnd in eodem Scripto, *bedingen ſie mit auſgedruckten vvorten: Sie vor Ihre Perſon könten in das* reſeruatum *nicht bevvilligen, vnd vveil ſie ja endlich das* factum inſerendi reſeruati *nicht vvehren können, haben ſie Zum vveinigſten die vvorte nur Zu mildern gebetten: Damit aber ſo vveinig in das* reſeruatum *bevvilliget, als einer* pro confeſſo *Zu halten, vven er Seine Gegenpart bäte, er möchte das übergebene libell endern, vnd die anZügliche verkleinerliche vvorte auſslaſſen. Die* in fine *aber des Religion Friedens befindliche* aſſecuration *vnd* Subſcription *beruffet ſich vff das vvas obſtehet. Nun ſtehet aber oben, das die Euangeliſche in das vermeinte* reſeruatum *nicht gevvilliget: Welchen* diſſenſum *bey allen künfftigen Reichs Verſamlungen ſie eifferig vviederholet: vnd hat ſich abſonderlich Kaiſer Ferdinand der Erſte den* 17. Febr. 1557. *erbotten ſolcher* Wiederſprechung *eingedenk vnd geſtendig zuſein daher auch* Maximilianus II. an. 1566. *in einer ertheileten Kayſerl.* reſolution *dieſen Punct vor ſtreittig helt, der in Gottes Nahmen vff andere fugſame* tractaten *Zuverſchieben, vnd neben andern vnverglichenen Religions puncten Zur Chriſtl: Vergleichung zu bringen ſey.* (Vid. *Theat. Europæ.* Tom. 5. p. 1040. 1041.) Cæterùm *hæc controuerſia de reſeruato Eccleſiaſtico tandem in Inſtr. Pac. ad æqualitatem fuit producta vtrinque*, ita vt Catholicus Epiſcopus ad Euangelicam religionem; vel contra Euangelicus Epiſcopus (quorum tamen hodie pauci ſunt. Nam ſoli *Epiſcopatui Lubeccenſi*, quem hodie Duces Holſatiæ veluti pro ſuo poſſident ius ſacrorum liberum manſit, reliqui *Archi- & Epiſcopatus in Saxonia per Inſtr. Pacis ſunt (vt ſic dixerim) ſecculariſati)* ad Catholicam religionem acceſſerit, eo ipſo Epiſcopatum ac beneficia Eccleſiaſtica perdat ſalua exiſtimatione. Vid. *Inſtr. Pac.* hic vbi pro vtriſque expreſsé cautum eſſe inuenitur idem illud, quod Pontificij antea ſibi ſolis voluerunt præcauere, ſua iſta reſeruatione Eccleſiaſtica. *Et ita ceſſat nunc hæc controuerſia diu à publici iuris Scriptoribus agitata.* Vbi obſeruatu non indignum eſt quòd in *Sleidano* (l. 26. comment.) non bona fide aſſeratur, Reſeruatum illud, quod communi nomine der *Geiſtl. vorbehalt* dicitur, communi Statuum vtriuſque religionis conſenſu approbatum eſſe. Cæterum vltimus ille liber poſthumus, ac poſt Autoris obitum eſt editus, adeoque Sleida-

Euentus controuerſiæ de reſeruato Eccleſiaſtico

Epiſcopus Lubeccenſis habet adhuc inter Euangelicos liberum ius ſacrorum.

Error in hiſtoria Sleidani commiſſus.

num ad reddendam rationem obligare non poteſt Dn. *Buſch.* (de bon. Eccleſ. p. 341.) Tantum de Eccleſiaſticis religionem mutantibus, vbi vltimò notetur, quòd Proteſtantibus hic in Inſtr. Pac. (verb. *Ita quidem &c.*) ad Catholicorum Epiſcopatus aditus impoſterum planè præcluſus, Oſnabrugenſi Epiſcopatu excepto, cui hodie per Inſtr. Pac. art. 13. alternatiuè & Catholicus & Euangelicus Epiſcopus & quidem ex linea Ducum Brunſvic. & Lynæburg: præeſſe debet.

DISCVRSVS XI.

DE

EPISCOPORVM ELECTIONE,

jure primariarum Precum, Annatis, iuribus Pallij & menſibus Papalibus, &c. & Canonicis.

MEMBRVM I.

De Epiſcoporum conſtitutione.

Ad art. 5. Inſtr. Pac, §. 4. verb. Iura eligendi & poſtulandi.

Ius conſtituendi Epiſcopos olim ſummo & æquo iure Imperatorum fuit.

I. CONSTITVTVM hic in Inſtr. Pacis, quòd Eligendi iura in Eccleſiaſticis Capitulis libera & illibata manere debeant. Si annales antiquos rerum Germanicarum inſpicimus conſtat vtique olim Francorum Reges, qui Galliis & Germaniæ imperarunt, ipſam dignitatem Eccleſiaſticam contuliſſe, & Epiſcopos alióſque Prælatos inueſtiuiſſe ac conſtituiſſe [Vid. *Lehman.* libro ſecundo Cron. cap. 41.] Idem docet *Walthramus* Epiſcopus Naumburgenſis in libello de inueſtitura Epiſcoporum per Imperatores fa-

cienda. Idem ius poſtea Carolus M. eiuſque ſucceſſores exercuerunt (V. *Cranz.* l. 2. Saxon. c. 13. & 15. De Ludouico I. *Cranz.* l. 1. Metrop. cap. 30. cap. 22. Diſt. 63. Dn. *Conring.* de German. Imp. Rom. c. 6. De Ludouico II. Albert. Stadenſ. ad an. 855, *Cranz.* l. 2. Metrop. cap. 2. & l. 1. cap. 19. Idem obtinuit tempore Ottonis M. De Landowardo Epiſcopo Mindenſi vide *Cranz.* l. 3. Metrop. cap. 3. & l. 4. Saxon, cap. 10. Vide plenius Ampliſſ. Dn. *Struuen.* cap. 3. Syntagm. Feud. th 17. Progreſſu temporis hoc ius inueſtiendi Imperatoribus jure Majeſtatis competens, Pontifices ſuum molendinum tyrannide ſua traxere. (Vid. *Cranz.* lib. 3. Metrop. cap. 33. & l. 4. cap. 31. *l.* 5. cap. 33. *Sigebert. Gemblacenſ.* ad an. 1111. & *ſupra part.* 1. *Diſcurſ. de Epiſcopis*, vbi latius expoſitum, quomodo Henricus V. Imp. huic juri renunciare coactus fuerit add. *Ott. Friſing.* l. 7. cap. 16. *Gotfrid. Viterbienſ.* in Henrico V. quam reſignationem ægrè tulit ſucceſſor Lotharius II. Imp. *Ott. Friſing.* l. 7. Chron. cap. 18.) Sequentibus temporibus magis magiſque Pontifex poteſtatem ſuam in conſtituendis Epiſcopis extendit. (V. *Ott. Friſing.* l. 2. de geſt. Frider. cap. 6. 8. 10. *Cranz.* Metrop. l. 6. cap. 11. & 12. l. 7. cap. 42.) Et *ita quum noua ratio eligendi Pontifices ad ſolos Cardinales deferretur, Epiſcoporum etiam electio ad ſolos Cathedralium Eccleſiarum Canonicos* [*qua hactenus fuerat communis toti populo apud ſingulas Eccleſias*] *peruenit; ſingulari ac arcana molitione Papæ, qui omnium ſuffragia in Electione Epiſcoporum iuxta libertatem; paucorum verò electionem ſacræ ſuæ tyrannidi propiorem atque commodiorem norat.* Quicquid de eo ſit, modus ille eligendi hic in Inſtrumento Pacis publica autoritate iam eſt approbatus. Vtinam verò priora Imperij noſtri ſecula non aſpexiſſent faſtum & ambitionem Epiſcoporum & iam non peregrinum Imperatorem Romanum Papam, ſed priſtinos ac naturales Dominos Cæſares noſtros etiam nunc plenè reſpicerent. Locupletati illi ab Imperatoribus & opimis atque vnctis patrimoniis aucti erant: Modeſtè itaque poteſtatem illorum ferre, atque ob tam luculenta beneficia in fidelitate ipſorum perſtare & diuino ac humano iuri conueniebat. Cæterum id illi iuxta æſtimantes, munificentia Imperatorum, vt euentus oſtendit, valde inconſulta ad deſtruendum faſtigium Imperatorium ſunt abuſi, quod imprimis ex Henrici IV. hiſtoria palam atque euidens eſt. Pontifex itaque Rom. quum horribile Pap. Imperium ſuum, qua data porta, quo iure quàve iniuria, ſtabilire cogitaret; Et verò hoc vnum ad perfectionem Hieromonarchiæ ſuæ deeſſe videret, quòd in Imperatoris manu eſſet pinguium beneficiorum Eccleſiaſticorum diſtributio, cui eam ob cauſam Epiſcopi peculiariter obſtricti cogebantur viuere; Epiſcopos in ſuas partes traxit, & per fulmina ſua & turbas, ſtrenuè in Germania excitatas tandem eò vſque Imperatores noſtros fatigauit, donec inueſtitura E-

Per tyrannidem Anti-Chriſti Romani ius illud circa Epiſcopos hodie Papale molēdinum irrigat.

Epiſcoporum Germ. emancipatio à poteſtate Imperatoria quomodo contigerit.

Arcanum Papæ circa ſubiectionē Epiſcoporū

piſcopalis triplici coronæ Papali tanquam lucidiſſimus carbunculus accederet; vt ita Epiſcopi cupientes forſan vitare Scyllam in Charybdim inciderint, & nunc Caſtelli Sancti Angeli peregrinum hoſpitem adorare, eiuſque pedibus oſculum figere cogantur. Hinc hodie omnes Archi & Epiſcopi agnoſcunt Papam pro ſupremo Domino, & ſe Epiſcopos Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia profitentur. Credunt multi & verum quoque eſt, eo ipſo Rempubl. Imperij grauiſſimam calamitatem ſibi attraxiſſe, dum hoc modo magna pars Statuum Imperij illum tenetur Superiorem agnoſcere, qui extra Germaniæ Rempublicam eſt conſtitutus, imo tali, qui de iure debebat eſſe Imperatori & Imperio ſubiectus, jamdudum autem omnia legitimæ obedientiæ vincula atque repagula laxauit, & iuſtiſſimum Imperatorum noſtrorum Imperium excutiendo, hodie maximam partem Chriſtiani Orbis ſibi adhuc ſubiectam tenet, ac per cuculligeros ſuos miniſtros, præſertim Ieſuitas, duriſſimo iugo ſuo Papali, conſcientiis miſerorum Laïcorum planè intolerabili, premit. Et licèt Palatini Curiæ Romanæ adhuc hodie dogma illud de Omnipotentia Papali, Imperio in Cæſares, Reges, Principes ac Vice-Deatum in tanta Euangelij luce propugnare non vereantur; admodum tamen præiudicioſa hæc ſunt omnibus legitimis Principibus, ac iuri, quod Deus illis conceſſit. Certè expreſsè Matth. 22. Chriſtus, Eccleſiæ ſuæ Chriſtianæ Caput & Dominus, docet deberi alia Deo alia Cæſari. Vtrique vult ſuum reddi: medium aut tertium nullum facit, neque Pontifici locum relinquit vllum. Idem noſter Seruator alibi ad diſcipulos ſuos: *Principes regunt & vocantur Domini*; *vos autem non ita. Paulus in Chriſtianorum Politica*, nempe cap. 13. Epiſt. ad Rom. edicit: *Omnis anima ſit ſubiecta ſummæ Poteſtati.* Huic ergo, (ſaluo eminentiſſimo Dei Opt. Max. iure) omnes, qui animam rationalem habent, ſubjectos eſſe conuenit; id quod *Chriſtus Deus Humaniſſimus & Homo Diuiniſſimus* & præcepto & exemplo ſuo nos docuit. Quod ſi ergo Papa (reuera *homo peccati*) non eſt Deus, vt Canones & Canoniſtæ eum ſtulta, atque impia arrogantia venditant, omnino noſtro Imperatori, (cuius Anteceſſorum beneficio omnia poſſidere quæcunque hodie tenet, vulgò per errorem creditur) debet eſſet ſubjectus. Aſt hodie quanta Metamorphoſis! Papa Rom. articulum fidei in Canonibus ſuis (*c. Vnam ſanctam. Extrar. de Maior, & Obed.*) condidit, quod omnis creatura de neceſſitate ſalutis debeat eſſe ſibi ſubjecta; quo ipſo quid abſurdius dici, aut fingi poſſit non video. Hoc modo enim foret, vt Imperator, Reges & Principes, non Dei gratia, ſed Romani Sacerdotis & Serui Seruorum gratia Imperatores, Reges, & Principes, exiſterent, quod ſanè in Chriſti præiudicium, & ipſarum Majeſtatum

Intereſſe Imperii multis modis diminutum dum inueſtitura Epiſcopalis Imperatoribus per Pontifices extorta.

Antichriſti Eccleſiaſticum imperium.

Intereſt omnium Regũ & Principũ vt violentiæ ac tyrannidi Papali ſeſe opponant.

Illegitima Papa Romani poteſtas.

ſummam

ſummam iniuriam redundat. Vere Regia Regum Nauarræ inſcriptio *Dei gratia ſum id quod ſum*; ex quorum ſtirpe *Ludouicus* XIV. aui Henrici Magni exemplo, non adeo pridem Alexandro VII. Papæ Magno animo ſeſe oppoſuit, dum iniuriæ Romæ illatæ Legato ſuo Duci Crequio vindicias exegit ab ipſo Papâ, quem, tergiuerſantem ſatisfacere, oſtenſo in Italia exercitu compulit ad admittendas pacis leges, triplici ſuæ coronæ admodum præiudicioſas. Nam præterquam, quod Legatum à Latere qui culpam apud Regem Chriſtianiſſimum humiliter, abiectione ad pedes Regiæ Maieſtatis, deprecetur in Galliam mittere debuit; amplius erecta eum in finem Pyramide, facti ſui turpitudinem in tabula, æternum victura, fateri coactus. (Vid. pl. Dn. *Schoock* l. 3. de Sedition. c. vlt. p. 1006.. & ſeqq.) Solent nobis hic pandi & objici ingentia de Vicariatu Pontificio glaucomata: *Paſce oues meas.* Item: *Tu es Petrus, &c.* Sed dato, in æternum verò non conceſſo (1) quod Chriſtus hiſce verbis voluerit Petrum eiuſque ſucceſſores ſibi vicarios conſtituere: (2) poſito etiam quod Pontifices hodierni ſint tales ſucceſſores; nondum tamen ſequetur, quod hic probandum. Solet enim Vicarius ad eas res gerendas conſtitui, quas ipſe principalis antea geſſit, & geſturus fuiſſet non conſtituto vicario. Nunquam autem Chriſtus in ſtatu exaninationis ſuæ legitur de regnis & imperijs ſecularibus transferendis ſolicitus fuiſſe: niſi quod ſecundum potentiam ſuam diuinam ab æterno, vti omnia, ita & illa dedit & tranſtulit, & in æternum etiam abſque vicario, transferet, & dabit cui volet. Per ipſum enim & non per Papam, Reges dominantur: Videmus itaque talem poteſtatem Pontifici nullo modo competere, & pedum ipſi, non ſceptra & coronas eſſe traditas. Cæterùm quid non moliti ſunt Romani Papæ, vt omnibus diuinis ac humanis iuribus inſuper habitis, hieromonarchicum ſuum imperium, diu meditatum, tandem per ſuperſtitioſas & impias fraudes in Eccleſiam Chriſti intruderent, ac per ciuiles Chriſtianorum Principum diſcordias, tandem Chriſti legibus ſpretis, & veluti ad piper abiectis, ſtabilirent. Scitum eſt Georgij Buchanani hac de re epigramma:

Hodiernus Rex Galliæ Ludouicus XIV. Papam ciuiles ſubiectionis mores docet.

Fundamentorum fidei Pontificiæ concuſſio.

Non ego Romuleâ miror quod Paſtor in vrbe
Sceptra gerat, Paſtor conditor vrbis erat
Cumque Lupæ gentis nutritus lacte ſit autor,
Non ego Romuleâ miror in vrbe Lupos,
Illa meum ſuperat tantum admiratio captum,
Quomodo ſecurum ſeruet ouile lupus.

Hiſce inſuper benedictis ſeculis, dum purior Chriſtianiſmus in dies vires acquirit, Papa contemnitur ab iis ipſis, qui Eccleſiæ Romanæ

alias addicti creduntur. Sane Principibus, qui audiunt Catholici, plurimum libertatis & firmamenti contigit, ex quo per Lutherum Papæ Romano larua detrahi cœpit. Adeoque *Principum (qui in obſequio Papæ adhuc perſeuerant) intereſt plurimum, vt in ſuis ditionibus, foueant Euangelicos*: Quum enim ipſorum doctrina nihil complectatur, quod regimini Politico vlla ratione præiudicioſum ſit, imò eò vergat, vt in negotio ſalutis omnia Deo illiuſque gratiæ (interueniente Chriſto tanquam cauſa meritoria) tribuantur; nulla eſt ratio, cùr Principes qui volunt haberi Catholici, ſuis regionibus illos exterminent; maximè quod per illos inſolentia Cleri, qui geſtit ſe officio magiſtratus ciuilis ſubducere, in Ordinem redigi poſſit. Dn. *Schoock.* l. c. pag. 1012. Sanè Papam eſſe vnicum atque infallibilem Dei Vicarium, vbi firmis argumentis Euangelicis fuerit oſtenſum, libentur ſanè ab illius nutu inpoſterum ſine dubio dependebunt, imò deprecabuntur illa omnia, quæ hactenus in contrarium ab iis geſta ſunt; At verò cum hactenus iis ſit perſuaſiſſimum, illam Papalem arrogantiam cum blaſphemâ impietate coniunctam eſſe, non poſſunt non ab imperio iſtius ſæui tyranni ſe aſſerere in libertatem. Pontificem Rom. infallibilem Dei vicarium ex ſententia Ieſuitarum credi in Papale vulgus notum quidem eſt: In eadem verò ſententia hodie eſſe ampliſſima regna & prouincias integras, Principes item Reges & Imperatores, nondum liquidò conſtat. Alibi enim Concilium Epiſcoporum adiungitur Papæ à doctioribus & præcipuis quibuſque, vbiuis autem ingens reperitur numerus qui nec Papæ nec concilio ex animo tribuant infallibilitatis illam dotem, etſi externo ritu ſacra Paparum participent. Qui hactenus Concilium Tridentinum promulgari, & in terris ſuis recipi omnino vetuerunt, fruſtra ringente Pontifice, fruſtra Ieſuitis laborantibus, infallibilem ſanè authoritatem in Pontifice aut etiam in conciliis generalibus à Pontifice confirmatis minimè agnoſcunt. Id verò vetitum eſt hactenus à Regibus Galliæ, etiam contra quam clerus an. 1615. nouauerat. De Regum Hiſpaniæ ſententiâ dubitare, itidem haut iniuria quem fecerint illa, quæ de geſtis circa Concilij Tridentini, in Belgio promulgationem & receptionem accuratiſſimè retulit, qui ius Belgarum circa Bullarum Papalium receptionem nuperè defendit, qui cap. 2. propugnat Belgij vetuſtum inſtitutum de non admittendis bullis Pontificis ſine Literis Placiti ſive conſenſu Principis. Nec laudatiſſimæ memoriæ Carolus V. certè perſuaſum ſibi illam infallibilitatem habebat quum non dubitaret à Papa ad Concilium prouocare nominis Pontificij autoritate per omnem Hiſpaniam deletâ, vt loquitur Thuanus; quumque idem ea, quæ iam erant in concilio Tridentino definita, in ſuo *Interim* curaret longè aliter doceri. Nec porrò Ferdi-

Principum Catholicorũ intereſt, vt Euangelicos ſubditos in ſuis ditionibus foueant.

Vicariatus Pontificis hodie fracto horologio valde ſimilis

Quid Rex Galliæ & Hiſpani de autoritate Papæ credãt.

Concilij Tridentini autoritas vacillat in Papatu.

Ferdinandus I. & Maximilianus II. Optimi Cæſares ſecurè adorarunt Tridentina dogmata, vtpotè qui Caſſandri & Wicelii vias Regias maluerunt concilio iam finito audire. An. 1653. 54. quum Celeberrimi Dn. *Hermanni Conringii Fundamentorum fidei Pontificiæ concuſſio* (qua veluti funda Dauidis Romanus Goliath cum Palatinis ſuis proſternitur) prodiret; Reginoburgi, vbi tum Comitia agitabantur, in homiliis ad populum Auguſtinianus Monachus, nomine Alphonſus, aſſerere non dubitauit: Singulos Papas non magis egere documentis diuinis ad id, vt probent ſeſe legitimos Papas & Dei vicarios, ac quemlibet hominum, vt ſeſe hominem eſſe probet. Dignum mehercule patellâ operculum! Ad. ò verùm fit illud, quod *Barclaius* (in Euphorm. part. 3. p. 241.) ſcribit: *Paruæ mentes & ſpiſſo iudicio inter Numen & Gephyrium* [id eſt, Pontificem] *vix diſtinguunt.* Bene tamen eſt, quod Valerianus Magnus, Capuccinus, qui tum Doctori meo Dn. Conringio cùm Haunoldo & Erbermanno Ieſuitis ſeſe oppoſuerunt, ingenuè confiteatur: Vicariatum Pontificis ex Verbo Dei ſcripto non poſſe probari. Ridendi verò ſunt Canoniſtæ, inter Groſſolanos homines meritò referendi, qui, quum de plenitudine poteſtatis Papæ agunt, loquuntur tanquam de ingenti & imperſcrutabili abyſſo, ex qua nemo magis poſſit emergere, quàm ex profundâ & immenſâ aquarum voragine. Quippe aſſeuerant, rem eſſe infinitam, quæ nec finem, nec principium nec ripam, nec fundum, nec ſummum, nec imum, nec medium, nec extremum habeat. Quibus tamen illud Pij V. Papæ reponimus, qui teſte Nauarro, dicere ſolitus: *Multos Doctores poteſtatem Pontificiam vltra debitos terminos, & magis quàm par erat, extendere & vſurpare.* Nos in præſens Lectorem remittimus ad Dn. Conringij Concuſſionem allegatam & Reſponſiones ad Haunoldi, Mülmanni, Erbermanni, Valeriani Magni ſcripta oppoſita item illius defenſionem Eccleſiæ, Proteſtantium. Finimus autem diſcurſum de hoc emendicato & fictitio monarcha hiſce rythmis:

Conringius terror Papalis curiæ.

Barclaij Satyra in Papam.

Canoniſtarum adulationes erga Papam.

Epitaphium perpetuum Pontificum Romanorū

Der Pabſtſtul iſt ein offen Schlund,
Zu fallen in der Hellen grund
Wer auf demſelben ſeblig Wird,
Iſt Warlich mit viell Glück geziert:
Dan Gottlos Weſſen vnd Finanz,
Iſt Römiſcher Päbſten Roſen Cranz,
Ihrer Heiligkeiten täglich Brodt,
Vnabgedauet der Ewig Todt.

Iam rurſus ad rem: coëgit enim iuſtus dolor & erumpens animo ac pectore indignatio aduerſus Papam, Imperij olim vaſtatorem, paululum extra viam propoſitam egredi.

II. Vlterius hic in Inſtrum. Pacis ſtabilitur Capitulis jus Epiſcopos poſtulandi, de quo iam ſupra p. I. Diſcurſ. de Epiſcopis egimus. Etſi autem ſummè interſit Eccleſiæ, vt non niſi maximè idonei ad Epiſcopalem dignitatem euehantur; cautum tamen eſt iure Canon. ne ſalutares leges circa conſtitutionem Epiſcopor. obſeruentur. Quale quid in omni antiqua Eccleſia rebus bene conſtitutis nunquam fuit auditum. Quod igitur illam nouam conſtituendorum Epiſcoporum rationem noluerit ius Canonicum electionis ſed. poſtulationis titulo appellare, id verò factum eſt tantum, vt inanis excuſatio quædam haud deeſſet, illi à ſanctis moribus antiquæ Eccleſiæ factæ deflexioni (*Dn. Conring.* ad Lamp. p. 3. c. 6. §. 9.) Fuit ante hac ingens controuerſia *an aliquis Proteſtantium poſſit Epiſcopus conſtitui nécne*; quæ hodie pæne ſublata eſt è medio, dum omnes Archi Epiſcopatus & Epiſcopatus, quos hactenus tenuerunt Proteſtantes, effecti ſunt hæreditarij Principatus, excepto vno Epiſcopatu Lubeccenſi. A reliquis autem Catholicorum Epiſcopatibus Proteſtantes ſunt excluſi, vt vidimus in fin. Diſc. præced. Cautum hic porrò in Inſtrum. Pacis vt de capitulationibus electorum vel poſtulatorum Epiſcoporum, quod ſc. ſanctè illas cuſtodire, neque Epiſcopatus hæreditario iure ſibi arrogare debeant. Hinc etiamſi Duces Holſatiæ longo tempore iam fuerint Epiſcopi Lubeccenſes, & Duces Bauariæ Archiepiſcopi Colonienſes, & Epiſcopi Hildeſienſes tamen electionem Archi- & Epiſcopatuum in ſucceſſionem mutare prohibentur. Vid. tex. Inſtr. Pac. h. verſ. *Poſtulati vero, &c.*

Poſtulatio Epiſcoporũ.

Ius poſtulãdi non eſt cũ vtilitate Eccleſiæ coniunctum.

An Principes Proteſtãtes poſſint fieri Epiſcopi

Epiſcopatus non debent fieri hereditarij.

MEMBRVM II.

DE

IVRE PRIMARIARVM precum.

Ad art. 5. Inſtr. Pac.: §. 5. verſ. Vbi Sacra, verb. Ius primariarum, &c.

III. PRimariæ preces ſiue precum primitiæ quoad nomen nihil aliud ſunt, quàm interceſſiones primò petentibus concedi ſolitæ.

Germanicè

Germanicè dicuntur *Paniſs-Brieffe*, fortaſſis inde, quòd per eiuſmodi preces præbendam vel beneficium aliquod ad meliorem vitæ ſuſtentationem obtineat Preciſta.. Dicuntur etiam *Vor vnd* præſentation *Schrifften vmb Layen Pfründe: Als wen ein Kayſerl. alter Traband, Hetſchier, oder ein ander alter wolverdienter Diener vom Kayſer eine ſolche Vorſchrifft vmb Layen Pfründe oder ein Panisbrieff an eines Stiffts Abt, Probſt, Dechand, Kloſter oder Stifft (ſo von demſelben zu Leben geben) ausbringet vnd ausgebethen hat, in Hoffnung in denenſelben Klöſtern und Stifftern Zu ihrer Enthaltung Pfründe oder Leibgeding (Zu Küchen und Keller) zu erlangen.* (Vid. *Wehner.* Obſ. Pract. verb. *Paniſsbrieffe.*) Hinc primarias preces conferre, ſignificat *Einen Zum* beneficio *verordnen.* Primariæ preces hic in Inſtr. Pac. pro ipſo regali iure nominandi ad beneficium, quod mediantibus illis exercetur, accipitur. *Eſt* autem *ius primariarum precum, poteſtas, cuius vi Imperatur bene meritis vel aliis perſonis idoneis ſuper beneficio Eccleſiaſtico, primum vacaturo, permiſſionem facit.*

Quid ſint primariæ preces; *Panis-brieffe.* *Layen pfründe.* *Quid ſit ius primariarũ precum.*

IV. Primarias preces concedere in Imperio Romano-Germanico eſt ſolius Imperatoris. Diuus *Matthias* Imp. in reſcripto ad Epiſcopum Spirenſem de anno. 1614. vocat illud: *Vnſer anſehenlich* ius *und* regal. *Andreas Gailius*, Germanicorum Practicorum auriga (l. 2. Obſ. 155. num. 7.) & alij Curiæ Romanæ aſſeclæ putant Imperatorem hoc ius Pontificis indultu & beneficio exercere. Vnde etiam *Innocentius X.* Papa (in Declaratione nullitatis articulorum Pacis Monaſterienſis quæ an. 1651. Romæ impreſſa, v. *Theat. Europa.* T. 6. p. 1106) ita inter cætera: *Precumque primariarum eidem Ferdinando in Imperatorem electo, à præfata ſede Apoſtolica conceſſarum,* &c. (Nam *Paulus* V. Papa an. 1620. Ferdinando II. Imperatori indultum primariarum precum tranſmiſerat.) Quin & ipſi Imperatores *Rudolphus* II. & *Ferdinandus* II. in conceſſionum formulis ex inueterata conſuetudine & Apoſtolica authoritate confirmata illud ius dependere fatentur. Rectiſſime omnium ſentiunt qui primarias illas preces iuri primordiali maieſtatico ex antiqua & approbata conſuetudine tanquam reliquias priſtini illius, Imperatoribus in conferendis Eccleſiaſticis prælaturis & Præbendis competentis iuris, Imperatori noſtro competere contendunt, inter quos *Klockius* (Conſ 4. numer. 15. 16.) Dn. *Tabor.* (Diſſert. de Regim. Eccleſiaſt.) *Stamlerus* (de Reſeruat. Imper. §. 51. numer. 2.) *Graueus* (ad Gail. 2. O. 15. conſil. 1. num. 4.) *Reinkingius* (de R. S. & E. l. 3. Cl. 1. cap. 9. num. 50.) Nobiliſſimus Dn. *Hermanus Conring.* (in animaduerſ. ad Bullam Innocent. X.) ita: *De precibus primariis ita loquitur Papa, quaſi illæ ſoli ſuæ liberalitati debeantur. Non equidem negauerim à Papis ſolere iam ali-*

Vnde hoc ius habeat Imperator *Gailij error.* *Hoc ius non dependet à Papa.*

quamdiu tale quid Cæſaribus concedi. At verò ius hoc Cæſareum niti ſolis Papalibus conceſſionibus, id verò neutiquam videtur admittendum; idque quoniam ante plurima iam ſecula Cæſares hoc iure fuerunt vſi, non agnoſcentes donum aliquod Papale, ſed antiqua conſuetudine aliquid ſibi debitum ratione ſuæ coronationis. Quinimo videtur potius hoc ius eius eſſe generis, quale illud quod vi coronationis Imperator fiat Aquiſgrani quidem Canonicus Collegij S. Mariæ, & Eccleſiæ Maioris Colonienſis, Romæ verò Canonicus D. Petri. Quæ iidem Papis haud debentur, ſed potius tenues ſunt reliquiæ antiqui iuris Cæſarei circa Collationem Epiſcopatuum, Abbatiarum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum.

Primariæ preces ſunt veluti tabulæ ex naufragio iuris ſacrorum antiqui.

Hæc verè Dn. Conring. Poſtquam enim Papa ingentem tempeſtatem ciuilem in Germania feciſſet, & auxilio Epiſcoporum Imperatores hinc & illinc in varios ſcopulos illiſiſſet, tandem quum illi variis iactationibus atque procellis eſſent fracti & attriti, fecerunt ingens naufragium iuris conferendi Epiſcopatus & Prælaturas. Ex illo naufragio primarias preces tanquam tabulas quaſdam rurſus collegerunt; quas non ex Papali indulto & priuilegio, ſed ex proprio iure, & primordiali Superioritatis præeminentia ſibi vendicant. In conſtitutione *Rudolphi* I. Imp. de an. 1273. hæc leguntur verba: *Diewveil aus alter und Chriſtl. lang hergebrachter Gewonheit der Kayſer und Könige auff uns kommen iſt, das in ieder Kirchen vff vnſer Bitte ein Pfrunde hingelihen vwerde, &c. Ferdinandus* II. Imp. in formula primariarum precum vocat illas antiquum Imperij Romani ius & conſuetudinem. Adde *Caroli* IV. reſcriptum de primariis precibus apud *Goldaſt.* Tom. I. Conſt. Imp. p. 43. Notat Dn. *Conring.* (ad Lampad. p. 3. c. 11. §. 46.) quòd *ferè cum iniuria Cæſaris coniunctum ſit ius primi vacantis beneficij primariarum precum appellatione proſequi.*

Intereſſe ratione iuris primariarū precum.

Nec enim Imperatores ſolent hoc ipſum precari; & licèt id fieret, tamen intereſt Reipub. vt Cæſaris authoritas non euileſcat. Vtitur hodieque illo iure Cæſar in terris Catholicorum, Proteſtantium, & mixtæ religionis. Quomodo autem Imperator hoc ipſum in terris Reformatæ & mixtæ religionis exercere debeat, diſponitur in Inſtrum. Pac. hic. Ante hanc Inſtrumenti Pacis diſpoſitionem controuerſum fuit: *an Imp. hoc ius in terris Euangelicis* iuxta Pacem Religioſam *exercere poſſet.*

Cõtrouerſia de iure primariarum precum.

Qui negabant vtebantur his rationibus 1. Expreſsè in Pace religioſa cautum eſſe, vt Status Imperij *Die Stifte, Klöſter und alle Geiſtliche Güter*, ante Paſſauienſem Tranſactionem ab iis occupata, retinere debeant pacificè & quieté. 2. ex §. *Und damit ſolcher Fried.* colligebant exercitium huius iuris Auguſtanæ religioni addictis conuenire ex §. *Als auch den Ständen.* optimè prouiſum aiebant: *Das auch die Kirchen, Hoſpital und Schulen*

in Landen und Herſchafften der Augsburgiſchen Confeſſion *verwanten, beſtelt werden ſolten, von denen Gefallen und Gütern, ſo den Ständen Päbſtlicher religion daſelbſt zuſtändig.* Contrarium tamen defendit Dn. *Limnæ.* qui ad contraria reſpondet; In primo §. agi *von eingezogenen, und zu andern milden Sachen verwendten Stifften, klöſtern und andern Geiſtlichen Gütern*, vbi fruſtra, rebus ita ſtantibus Imperator preces ſuas primarias exercebit, vtpote re immutata & Canonicis atque beneficiariis ſublatis. In præſens autem eſſe quæſtionem, *von denen Stifftern, Klöſtern, und darzu gehörigen* præbenden *und Gütern, ſo nicht verwendet ſondern nur allein reformiret*, ratione religionis cæteris antiquæ diſpoſitioni relictis. In 2. & 3. §§. non indiſtinctè omnia bona Eccleſiaſt. Auguſtanæ religioni addictis Magnatibus, ſuis in territoriis exiſtentia, licitum eſſe ſuæ in religionis exercitium convertere, ſed quædam tantum. §. *Die weil.* §. *Als auch.* Vid. pl. Dn. *Limnæ.* l. 2. de I. P. c. 9. n. 12. & ſeqq. cuius ſententiam confirmat Inſtr. Pac. hic. Ne verò per ius illud primariarum precum Auguſtanæ religioni & capitulis reformatis, admiſſis in ſocietatem Pontificiis, aliquid damni immineat, perſona præſentata iuratò cauere tenetur, de non turbanda religione. *Limnæ.* l. c. n. 15. vbi exemplum refert de *Erneſto* Elec. Colon. à Rudolpho II. vigore prædictarum precum Capitulo Cathedralis Eccleſiæ M. (*Magdeburg*) præpoſito, qui iurare compulſus fuit ſe contra Capituli ſtatuta & exercitium Auguſtanæ religionis nihil moliturum, nec illum mutandæ religionis ius ſibi arrogaturum. 2. Se à Pontifice vel Imperatore non petiturum relaxationem iuramenti præſtiti, de non turbanda religione. Cæterùm licèt hoc ante pacem Monaſterienſ. ita obtinuerit, quo tempore etiam Dn. Limnæus ita ſcripſit, tamen hodie per Inſtr. Pac. Imperator vbi Auguſtana religio floret, nonniſi eiuſdem religionis conſortem præſentare debet, Vid. plur. apud Dn. *Fritſchium* in Diſſ. de Iur. Primar. Prec.

An ius primariarum precum in territoriis Auguſtanæ religionis, in Pontificiæ religionis aſſeclam conferri poſſit.

Ius noviſſ.

MEMBRVM III.

DE

ANNATIS.

Ad art.5. Inſtr. Pac. §.5. verb. ſi quid. verb. Annatarum.

Annata quid.

Origô illarum.

Interdum nihil intereſt inter ſolium Papalis regni & aliena genua.

Annata referuntur inter modos iniquos acquirendi fiſci Papalis.

Grauamina circa annatas.

V. ANnata ſunt primi anni fructus ac reditus præſtiti ab eo, qui recens in defuncti Epiſcopi & Abbatis locum vacanſque beneficium ſucceſſerat (V. *Sleidan* l.4. Comm.) Nonnulli illas à *Ioanne* XXII. Papa inſtitutas credunt, qui à Concilio Conſtantienſi depoſitus & à Comite Palatino prope Manheimium captiuus detentus, vbi hoſce verſiculos in carcere compoſuit:

Omnibus è terris aurum mihi ſponte ferebant,
Sed nec gaza juvat, nec quis amicus adeſt.
Sic variat Fortuna vices, aduerſa ſecundis.
Subdit & ambiguo nomine ludit atrox.

Theodoricus à Niem Annatarum autorem facit *Bonifacium IX.* cui Theodoricus à ſecretis fuit; cum quo & Stella & *Platina* conſentiunt. Hic tamen addit: *Sunt tamen qui hoc inuentum Joanni XXII. adſcribant.* Hoc invento Papæ in immenſum auxere Cameram Papalem, dum hoc modo ad ſe traxerunt omnes illos proventus qui nouis clericis primo obtigerunt anno. Conſenſerunt in id poſtulatum omnes ferè Europææ nationes, excepta Angelica, quam & poſt ſecuta eſt Gallica. *Buſch.* de Bon. Eccleſ. p. 164. Hiſce inſtituendis exactionibus adhibitus eſt piæ cauſæ color nempe ſubſidium belli adverſus Turcas. Rectè obſeruat. *M. A. de Dominis* l.9. de Repub. Eccleſ. c.9. Quemadmodum vectigalia à Principibus ex cauſa impoſita, ceſſante quantumvis cauſa, non tolluntur, ita etiam annatis contigiſſe. V. Dn. *Strauch.* D. Exot.5. th. 17. Quod ſi pluries, quàm ſemel in anno beneficium aliquod vacare contingit, pro qualibet tituli mutatione à nouis ſucceſſoribus ſemper ſuæ ad Papam redundant annatæ, teſte *Nicolao Clemange*, qui de annatis non ſolvendis ſcripſit, edit. à *Ioh. Mart. Lydio.* In Germanicæ nationis Concordatis ann. 1447. hoc tributum eatenus acciſum, vt nec annatæ nimiæ, Eccleſiamque grauantes, nec de minoribus beneficiis,

nec ſi pluries beneficium intra annum vacaret plus quàm ſemel ſoluendæ fuerint. V. *Goldaſt.* Tom.1. Conſt. Imp.fol.410. De iniqua annatarum extorſione in Germania conqueſti ſunt olim *Martinus Meyer* Cancellarius Moguntinus in Epiſt. gratulat. ad Æneam Syluium, *Iacobus Wimpheling*, Seleſtadienſis ann. 15'5. in replica de Germ. Nationis grauaminibus contra ſedem Romanam. In *Gallia* iamdudum fuerunt improbatæ, quod teſtatur Edictum Curiæ Pariſ. de an. 1406. quòd exhibet *Carolus Molinaus* in Comm. ad Edictum Henrici II. contra paruas Datas. *Baſileenſe* quoque *Concilium* annatas inhibet. *Carolus* V. Imp. epiſt. ad Hadrianum VI. annatarum vſum non Romam vlterius exportari, ſed in Imperij neceſſitatem aduerſus Turcam impendi poſtulabat in Comitiis Noribergenſ. an. 1523. In iiſdem Comitiis Ordines Imperij an. 1522. ſat grauiter de annatis coram Nuncio Apoſtolico fuere conqueſti (V. *Hortleder.* Tom.1.c.1. nu. 25. vbi inter cætera: *Das die Annaten Zu nichts anders den zu vviederſtand des Türcken gebraucht vverden ſolten, vvelches aber nicht geſchehen.*) Primus color ſiue prætextus exigendi huius vectigalis erat *Expeditio in terram Sanctam*, indéque in genere militia aduerſus Turcam. Expeditio in terram Sanctam dicebatur Latino barbarè *Paſſagium*, quod, communiter tranſitum, peculiariter expeditionem & κατ' ἐξαίρετον in terram Sanctam ſignificat. (Vid. Dn. *Bœcleri* Diſſert. de Paſſagiis.) Ius expeditionem hanc cogendi regendíque Pontifex ſibi ſumpſerat, adeò vt Principibus imperaret eam, minis etiam additis. Pro ſtipendio erat indulgentia peccatorum propoſita (inquit *Baron.* ad an.1095. n.50.) proque militiæ teſſera Signum S. Crucis è purpureo panno confectæ, quam primus *Urbanus IV.* in ſignum expiationis deſtruit, ſuper ſcapulam dextram veſti aſſutæ. *Hac expeditio erat color, qui reuera ad emungendos Germanos, Anglos, Gallos pecunia, & ſtabiliendum Dominatum Papalem, maieſtatémque ciuilem peſſumdandam collimabat aliáſque Status Pontificis rationes.* Prætexebatur huic expeditioni commiſeratio oppreſſæ in Oriente Eccleſiæ, propagatio gloriæ Chriſti, Turcarum iuratum in Chriſtianos odium. Optimum iudicium de hiſce expeditionibus tulit *Fridericus à Landſkron*, Sigiſmundi Imp. Conſiliarius, qui ita: *Man fahrt vber Meer, und ficht an die Heyden, und gar viel ſterben und verderben vmb den Glauben. Blieben ſie daheimen, und ſtraffeten die Böſen Chriſten, die an Gott meineidig vverden, dis vvere eine gute Meerfarth; ohne allen zvveiffel hielten vvir vnſer Ordnung Chriſtlich, alle Heiden vnd Vnglaubigen kehreten zu vns.* [Reformat. Sigiſmundi apud *Goldaſt.* Tom.2. Conſtit.fol.112.n.1. Dn. *Strauch.* D.5. th 19] Sed redeundo ad annatas *Proteſtantes* de iis ita apud *Hortleder.* (*von vrſach des Teütſchen kriegs* fol.

Prætextus annatarum exigendarũ. Paſſagium.

De Expeditione in terram Sãctam

Arcanum Papæ.

Proteſtantiũ querela de Annatis.

662.n.45.) *vvas die Römiſche kirch jährlich aus ſolchen* annatis *erkratzt und erſchabt, das iſt vnmüglich Zu* æſtimiren *und Zu überſchlagen auſs vrſach das nicht allein die Biſthumen und* Prælaturen *ſondern auch die ſchlechten* beneficia electiua, *ſo nur* 24. *Ducaten* de Camera *is nur* 12. *Ducaten nach ordnung Leonis X. einkommens haben, ihre* penſiones *davon geben und reichen müſſen.* Gaudeant ſibi hodie omnes Euangelici quod per Inſtr. Pacis annatæ Papales ipſos non amplius obligent; adeoque etiam iuxta diſpoſitionem Inſtr. Pac. *Epiſcopus Oſnabrugenſis Euangelicus*, qui ex Ducum Brunſvic. & Lyneb. linea Catholico Epiſcopo alternatiuè ſuccedit neque annatarum, neque cæteris Papalibus oneribus erit ſubiectus. Sanè *plurimùm totius Imperij intereſſet, vt Papalibus annatis, pallio,&c. & cæteris prædandi vocabulis Catholici Imperij Status eſſent exempti & liberati.* Nos vulgo querelas mouemus *Von dem Geldmangel in Teutſchland*; & tamen ſimul non perpendimus, quanta vis pecuniæ per annatas, redemptionem *pallij ſiue lucri palliatiui*, &c. è Germania Romam tranſportetur. *Habet* nimirum *Papa aureos & argenteos hamos, quibus feliciter in Germania & alibi piſcatur.* Nam per annatas, pallij conceſſionem, &c. tanquam *aureis hamis* Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Prælatorum loculos expiſcatur. *Argentei verò hami Papæ*, quibus crumenas & turgida viuentium ac agonizantium marſurpia ad fundum ferè expilat ſunt *indulgentiæ, purgatorium*, &c. non piæ, ſed lucroſæ fraudes, quas D. *Lutherus* appoſitè *deſs Pabſtes Geldnetze* appellauit, Idem in ſpecie *fictitij purgatorij ignem frigidum* vulgo *das Fegfevver* vocauit *den Fegbeutel*; deque indulgentiis tale iudicium tulit: *kombt die Gnade von Rom, ſo Zeuch du den Seckel zu.* Auguſtinus olim, quoties Eccleſiæ ſuæ aliquid dono offerretur ab eo, qui haberet liberos, talia dona recuſauit, dicendo: Alium quæreret potius, quàm Auguſtinum, qui talia acciperet, vt refertur in c.vlt. cauſ.17.qu.4.à Gratiano. Antiſtitis illius ſanctitas quando in Papatu inueniet parem? Hodie Harpiis Romanis exſatiandis omnes foſſores in omnibus aurifodinis Germaniæ (exceptis territoriis Proteſtantium) non ſufficiunt. Clemanges curiam Papalem confert freto Siculo, dicens eam ſorbere aurum, imò totum mundum deuorare inſtar Scyllæ & Charybdis, ita vt vix ſit poſſibile, homines ab eâ ſeruare vel obulum. Idem Clemanges hortatur turgida marſupia, vt Romam veniant, ibi eſſe medicos, qui ea ſcirent purgare. Quamvis autem in Cameram Papæ paſſim & indies comportetur aurum, tamen nunquam ſatiatur, ſed ſemper clamat: *Affer, Affer.*

Annata Proteſtantes n. ſtringũt.

Intereſt Imperij vt Papalibus oneribus omnes Catholici Status non ſecus ac Euangelici, eximantur.

Modi acquirendi Papalis curiæ.

Indulgentia

Purgatoriũ

Curia Papalis auaritia Simoniaca taxata.

Iam latas indulgentias, ſibet man in aller vvelt
Et cauſa non diſcutitur, man fragt nur nach dem Geldt

Sit reprobus impœnitens, vvill er nur Pfenning geben,
Et ſi foret Diabolus, er müſt ins evvige leben
Nimirum Germanorum prouerbium jam Ludouici Bauari ætate fuit: *Curia Romana non paſcit ouem ſine lanâ*, Vid.pl. Dn. *Strauch.* (in Diſſert. Exoter.5.nu.7.) qui ait: *quod indulgentiæ ſint ex arcanis Pontificatus, & aurifodina Pontificia vena ditiſſima, ex quâ magna vis auri ſignati pro ſede Apoſtolica effoditur.* Bene interim eſt, & nos Euangelici omnes Deo pſallimus, quòd iſta retia nobis non amplius ab *Accipitre Vaticano* tendantur. *Alſo bleibet das Geld daheim, und vvahlfartet nicht mehr nach Rom*; de quo tamen Camera Apoſtolica feriò vt audiui, dolere dicitur. Sed nos iam pergimus ad alia.

MEMBRVM IV.

DE

IVRIBVS PALLII.

Ad art.5. Inſtr.Pac.§.5.verſ.Si quid.verb. Iurium Pallij.

VI. INter opimos acquirendi Apoſtolicæ Cameræ modos porro eſt Pallij redemptio. Nimirum *Pallium* iſtud eſt artificialis & Politicus Curiæ Romanæ magnes ex lana confectus non ferrum (hoc enim naturalis magnetis proprium eſt) ſed aurum & argentum Romam attrahens. Vid. *Pontificale Romanum* fol.36. Eſt autem *Pallium* genus veſtis ſiue faſcia latitudinis trium digitorum, ex candida lana (de ouibus D. Petri ſumpta) & lino confecta, habens circulum humeros conſtringentem, & duas lineas ſiue chordulas ab vtraque parte, ante & retro pendentes, cui item intextæ ſunt 4. cruces, duæ purpureæ & duæ nigræ, quarum vna ad pectus, altera retro in humeris iacet, reliquæ duæ dextrum & ſiniſtrum brachium ornant. Conficitur in hunc modum. Die 21.Ian. quo D. Agnetis feſtum celebratur, in eius templo, dum in ſacris myſteriis canitur Agnus Dei, duo candidi agnelli ſuper ara ſtatuuntur, & Subdiaconis D. Petri traduntur. Hi, in paſcua miſſi, verno tempore tondentur, vt vel hinc verus euadat vulgaris verſiculus:

Pallij redemptio modus acquirendi Papalis.

Palliū quid.

Palliū quomodo conficiatur.

Curia Romana non paſcit ouem ſine lana

Ex ea lana, alij permiſta, & in fila deducta, pallia texuntur, quæ in extremo firmantur lamellis plumbeis. Texuntur à Monialibus Tur-

ris Speculi. Dein ad aram D. Petri & Pauli deferuntur, & ibi ſolemnibus precibus, recitatis à Pontifice, conſecrantur, & per noctem relinquuntur. Mane Subdiaconi recipiunt & ſeruant, donec Archiepiſcopis conferantur. Sunt enim Archiepiſcoporum inſignia, quæ plenitudinem Pontificialis officij cum tranſlatione dignitatis deſignant.

Pallium ratione originis quid ſuerit.

Ab initio Pallium *fuit ornamentum Imperatorum proprium*, datúmque dono fuit ab Imperatoribus Epiſcopis in ſignum gratiæ & honoris (*Gregor M.* l.1. Epiſt. 27.) Iam ſeculo V. Valentinianus Imp. Rauennati Epiſcopo honorem pallij conceſſit. (*Baron.* Tom.5. ad an. 432. n.91.) Ex conſuetudine itaque & vſu Eccleſiæ, ſine neceſſitate legis diuinæ vel humanæ poſitiuæ dari pallia cœperunt [c.1. Diſt. 30.] & donum Imperiale primitus fuit, Epiſcopo Romano datum.

Pontificis intereſt vt omnia, quæ Imperatorum ſũt in ſuam rem vertãt. Piſcator Romanus intereſſe ſuum per pallium promouet.

Sed *poſtea Pontifex eius vſum in ſuam iuriſdictionem conuertit, vt à ſe ſolo Archiepiſcopis daretur.* Hoc pallium non tranſit in ſucceſſorem, ſed cum ſuo Archiepiſcopo ſepelitur, [c. 2. & 3. Extr. de aut. & vſ. pall.] quò hic acquirendi modus eò fœcundior eſſet. In Oriente tamen Alexandrino Patriarcha demortuo à ſucceſſore pallium detrahebatur de collo, quod ſibi ſucceſſor imponebat. [*M. A. de Dominis* l. 3. de Repub. Eccleſ. fol. 325. n.8.] At *Hildebrandus* Papa primùm effecit, vt qui hoc petebant, ipſi Romam venirent [*Baron.* ad an. 1070. n.17.] nempe vt eò carius mercarentur. Addidit Paſchalis II. vt accepturi pallium, iuramento fidelitatis ſe Pontifici obſtringerent. [c.4. Extr. de Elect.] *Olim* etiam *canon erat, ne pro pallio aliquid daretur vel acciperetur.* [c. Nouit. Diſt. 100.] *Cæterùm quia hoc non erat è re curiæ Romanæ, ideò hic canon iuit in paleas.*

Pallium fit modus acquirendi.

Imó adeò in immenſum creuit huius pallij pretium, vt integras prouincias ad redimendum illud expilari oporteret. Extant paſſim gentium quærelæ, præcipuè in Germania, teſtantibus Nationis grauaminibus. Verba ita habent: *Sedes Moguntina olim ſolum dedit decem millia florenorum* [tam carè illud linum venditur] *quæ quum quidam illic electus dare renueret, ſicque vſque ad mortem ſuam perſiſteret electus poſt eum, confirmationis cupidus, ſeſe opponere timuit ſedi Apoſtolicæ, offerens antiquam ſummam, puta decem millium florenorum. Is nec confirmationem impetrare potuit, niſi & reliqua decem ſimul redderet, &c. Atque ſic cogebatur dare 20. millia florenorum, quæ tunc indubie in regiſtrum Cameræ ſignata ſunt, & vſque ad noſtram ætatem à ſingulis Archiepiſcopis exacta, & nedum 20. millia, ſed & 25. propter noua officia & nouos Pontificum familiares. Quæ Archiepiſcopus Iacobus cogebatur nuper perſoluere* [eligebatur anno 1504. die 30. Decemb.] *vt retulit Vicarius in Spiritualibus Moguntinenſis. Sicque in vita vnius hominis 175. millia florenorum à ſolo Archiepiſcopatu Moguntino pro confirmatione*

Grauamina nationis Germanicæ de Pallio.

Romam peruenerunt. Et cum Archiepiſc. Iacobus vix quatuor annos ſediſſet, mox poſt eum electus Dn. Vriel, ad minus 24. aut 25. millia coactus eſt ſoluere, &c. [Refert. ex *Goldaſt.* Dn. *Strauch.* D. 5. th. 16. Vid. *Sleidan.* l. 23. Comm.] *Dahero Iacobus Ertzbiſchoff geſagt, Es krancke ihn nicht das er ſterben muſte, vnd ſein vorſtehender Todt ſchmertzete ihn nicht ſo ſehr, als das jenige ſo ſeine arme Vnterthanen vvieder vor das pallium eine ſo groſſe Schatzung geben müſten.* (*Syring.* de Pac. relig. th. 16.) Redimitur itaque pallium 25. millibus aureorum, & antequam domum perfertur, 30000. aureorum conſtare dicitur. Quare jam ante ſeculum 1522. inter Grauamina Germanicæ nationis [cap. 58.] de hac nundinatione Principes conqueſti ſunt. (V. *Goldaſt.* in Volum. *der. Reichs Satzung.* fol. 215 Dn. *Limnæ.* l. 3. de I.P. c. 3. n. 50.) *Dietherus* Archiep. Moguntinus à Papa Pio II. depoſitus inter cæteras cauſis quod ſummam pecuniæ pro confirmatione & pallio debitam non ſoluiſſet. [*Trithem.* in Chronic. Sponheim. an. 1461.] Etiamſi verò pallium ſit inſigne Archiepiſcoporum & Metropolitanorum ſolorum, tamen tractu temporis Epiſcopus quiuis illud redimere à Papa coactus fuit, prout *Proteſtantes* indicant apud *Hortleder* [*Von vrſach des Teutſch. Kriegs.* fol. 661. n. 44.] *Für die Beſtettigung eines Biſchoffs mus man vom Pabſt den Pabſtlichen Mantel löſen, ſo doch einen ſolchen eigentlich allein der Biſchoff zu Bamberg in Teutſchen Landen hat, vnd die Ertz Biſchoffe.* Hodie per Pacem religioſam & *Inſtrum. Pac. hic.* Archiepiſcopi & Epiſcopi Augnſtanæ Confeſſionis pallium & confirmationem à Pontifice Romano petere non tenentur, quia Imperator hodie ſecundum vigorem conſtitutionis religioſæ, qua iuriſdictio Eccleſiaſtica ſuſpenſa eſt, non expectata confirmatione Papali Archiepiſc. & Epiſcopos Euangelicæ religionis de Epiſcopatibus vtpote feudis Imperij inueſtire & inueſtitis regalia conferre debet; & ſic poſtulatione & electione legitimè facta, ac inueſtitura debito modo impetrata in ſuis Diœceſibus iure fruuntur pleniſſimo. [Vid. *Diſcurſ. ſequ. Cranium* de Pac. Relig. p. 1. Probl. 10. in Connex. 1. & Probl. 6. in Connex 5.] Cæterum quum Proteſtantium Archi- & Epiſcopatus maximam partem in ſecularem iuriſdictionem tranſierint, hæc diſpoſitio Inſtr. Pac. de Pallio ipſis non admodò prodeſt. *Non minimum Imperij intereſſet vt Catholici Archiepiſc. etiam ab onere pallij liberarentur.* Plura de pallio V. M. *A. de Dominis.* l. 3. c. 2. Dn. *Strauch. D. I.* Exot. *Beſold* & *Speidel.* verb. *Pallium.*

Proteſtantium querela de Pallio.

Proteſtantes hodie iura pallij non obligaret.

Intereſſe Imperij ratione pallij.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 5. verſ. Si quid, verb. Confirmationum.

VII. *Confirmatio eſt* iuris per electionem quæſiti corroboratiua

Confirmatio quid. declaratio. Abbates aliique confirmandi ſunt ab Epiſcopo, niſi ſint exempti, quorum confirmatio petenda à Romano Pontifice (c. 44. de Elect. & Elec. pot.) *Epiſcoporum verò confirmatio petenda à Rom. Pont.* quam electus aut ipſe immediatè, aut alium idoneum mittendo intra tres menſes proſequi tenetur (c.6. in fin. de Elect. in 6.) Pontifici etiam in his confirmationibus ad corradendas opes hamus pendet, vt ex taxa Cancellariæ à Laurentio Banck editâ patet. *Intereſſe Papæ ratione Cõfirmationis.*

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 5. verſ. Si quid. verb. Menſium Papalium.

Origo Menſium Papalium & intereſſe Papæ. VIII. Menſes Papales concordatis Germaniæ an. 1447. inter Imper. Fridericum III.& Nicolaum V. Papam initis originem debent, in quibus ſi morte Clerici cuiuſdam beneficium Eccleſiaſticum vocauerit, Pontifex illud alij pro placito conferendi poteſtatem habet: Sunt autem Concordatorum ſententia menſes iſti alterni: *Ianuario* menſe primo Papali, cæteri ita ſe excipiunt, *Martius*, *Maius*, *Iulius*, *September* & *Nouember*. *Das ſind die gewiſſen Monat, darin die erledigten* beneficia *dem Päbſtlichen ſtuhl mit der* Collation *heimſtehen.* Quantum hiſce menſibus Romanæ Curiæ fauor valeat ad pingue beneficium adipiſcendum, deductione non eget. *Buſch.* de Bon. Eccleſ. p. 219. Vid. Concordata Nat. Germ. de an.1447.§. 3. Hic in Inſtr. Pac. diſpoſitum, quòd menſes Papales Euangelicos obligare non debeant. Exceptio eſt in Inſt. P. hic verſ. *In quorum autem*, &c.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 5. verſ. Si quid. verb. Reſeruationum.

Reſeruationes beneficiorũ Eccleſiaſticorum & intereſſe Papæ circa eas. IX. Iuribus Pontificis annumerandæ ſunt *reſeruationes* [*Geiſtl. vorbehalt*] ſc. beneficiorum per Pontificem ſolummodo conferendorum, quas in regulis Cancellariæ Apoſtolicæ legere datur. Hiſce Reſeruationibus Germania ſe maximè oppoſuit etiam in Concilio Conſtantienſi, vbi deputati prouinciarum nationis Germanicæ, pro auferendis illis reſeruationibus grauiter inſtant in hunc modum: *Pro ſcandalorum materia reſecanda, videtur, quòd per hoc ſacrum generale Concilium, tolli, auferri, & reuocari debeant reſeruationes ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum.* Item in Comitiis Moguntinis an. 1427. Similiter tempore Concilij Baſileenſis, pro tollendis Germanicæ nationis grauaminibus Proceres cap. 5. cenſuerunt à Papa poſtulandum

eſſe, vt annullet & limitet omnes & ſingulas reſeruationes, &c. *Goldaſtus* [Conſt. Imper. p. 101.] inter Concilij Baſileenſis conſtitutiones ponit ad grauamina Principum Germaniæ c. 16. *Dabeneben ſeind auch die beſondern* reſeruationen *und vorbehaltungen, vvie ſie genennet vverden mögen, der Pfrunden ſo hernach verlediget vverden, fürter als vnkräfftig erkandt.* Dn. *Beſch.* Bon. Eccleſ. p. 228. Hinc in Inſtr. Pac. diſpoſitum, quòd reſeruationes iſtæ quoad Euangelicos debeant eſſe ſuſpenſæ.

MEMBRVM V.

DE

CANONICIS.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. § 5. verſ. in quorum verb. Canonici.

Origo Canonicorum.

X. PRimus quantum videtur S. *Auguſtinus* inſtituit in ſua Eccleſia Hipponenſi vt nonnulli quaſi monaſticam vitam ducentes Eccleſiæ illi adeſſent precibus publicis inſeruientes. Hi, quòd obſeruarent Canonicam aliquam viuendi regulam, dicti ſunt Canonici. Illud inſtitutum placuit deinde cum aliis tum imprimis *Carolo M.* qui proinde omnibus Eccleſiis cathedralibus collegia eiuſmodi Canonicorum adiunxit. Cæterùm vt alij Clerici, ruptis regulis antiquis ſenſim degenerauerunt, ita iam Ottone III. Imp. in Germ. nonnulli Canonici priſca illa viuendi regula abiecta & clauſtro quo antehac incluſi vixerunt, rupto, in ſecularem quandam licentiam tranſierunt, donec tandem licentioſa illa viuendi ratio omnes Canonicos, ceu peſtilenti ſidere, afflauit, qui proinde voluerunt dici *Canonici irregulares*, quod perinde eſt, ac ſi tu dicas, Canonicus ſine Canone; atque adeò occaſionem dedere nouo ordini *Canonicorũ regularium* introducendo. Fuere autem quondam Canonicis adhuc in clauſtro degentibus, nonniſi communia bona. Progreſſu verò temporis, & clauſtris ruptis, ſingulis *præbendæ* ſuæ quas appellant; conceſſæ ſunt. (vid. *Conring.* Diſſert. 3. De Antiquitat. Academ. & ad Lampad. p. 3. c. 11. §. 44.) Horum Canonicorum licentia & exiſtimatio creuit, cum ius creandorum Epiſcoporum ad ſolos Canonicos fuit delatum. D. *Lampadius* [p. 3. c. 11. §. 47.] ſtatuit Canonicorum vitæ genus eſſe

Canonici irregulares.

Præbendæ.

merè Politicum, quòd nulla ſacra obeant; ſacra enim quæque munera conſiſtere in docendo & ſacramenta adminiſtrando. Dn. *Conringius* ad Lampad. l. cit. putat etiam ſacri muneris eſſe pſallere, & conſtitutis horis preces publicas Deo fundere. Eoque iam olim Rex Dauid nonnullos qui id facerent in ſacrum ordinem cooptauit. Deinde curam ſacrorum etiam inſtitui poſſe, diligenti inſpectione & directione rerum Eccleſiaſticarum. Conſtare porrò nonnullos Canonicos hodieque ſtatas ſuas horas precum & laudationum diuinarum obire. Saltem itaque illos huius muneris ergo extra numerum ſacrarum perſonarum non eſſe collocandos. Alij quidem (pergit Dn. *Conring.*) omnem hanc curam vicariis commiſerunt, non tamen vel ſic perſonam ſacram omnem exuerunt, modò id agant, quod debent, id eſt, modò diligentem curam adhibeant in ſumma ſacrorum directione & adminiſtratione. Et mox: Certè ſi ſuis iſtis officiis probè fuerint functi, non vtique infimum aliquod vitæ genus, ſed verè pium, honeſtum atque vtile degunt. Qui verò nihil horum agunt, atque in otio degentes fruuntur bonis publicis, illi quin impiè viuant non eſt dubitandum, vtpote, quum quemuis Reip. ciuem oporteat pro virili bono publico prodeſſe, præcipuè verò illum, qui ex publico ſacra pecunia alitur. Hactenus Dn. *Conringius*. De impiis hiſce Canonicis, officium non facientibus, (quos non *Geiſtliche*, ſed *Geiſtloſe Herrn* appellamus) intelligendus eſt Dn. de *Monzambano* quando (c. 2. de Stat. Imp. Germ. p. 56.) ita de iis ait: *Hic perquam iucundum eſt opimos reditus per otium poſſe conſumere. Nam etiam per Vicarios templa clamoribus complent, vt nullus raucedinis metus niſi ex crapula immineat. Cælibatus incommodis facile venales puellæ medentur, &c.* Hæc ille. Illorum ſanè ingluuies & belluina vita calcar etiam addidit, vt reformatio bonorum Eccleſiaſticorum ſuſciperetur. Quidam *Canonicus Herbipolenſis*, referentè *Zinckgreffio* olim dixit: *Were* Lutherus *noch ein* 30. *Jahr anſſblieben, vvir Geiſtlichen vvolten es dahin gebracht haben, das die Bauren Hevv, ſtroh gefreſſen, vnd vns Geiſtlichen die Cappaunen ſelbſten gebracht, vnd die Junckern hetten vns die Stieffel, Schuch vnd Sporen buzen vnnd ſchmieren müſſen.* Eiuſdem impietatis olim fuere Canonici in *Siburg*. Quum enim (referente eodem *Zinckgreffio*) non infimæ ſortis Dominus in Diæceſi Colonienſi eſſet quæſitus: *Wem die Statt Siburg zukâme?* Reſpondit: *Siburg vvere drey Herriſch? Die Männer dem Furſten, Die Weiber den* Canonicis; *Die* Canonici *dem Teuffel.* Notandum hic Coringiis loco; *Canonicos Auguſtanæ Confeſſioni addictos licitè & bona conſcientia prabendis ſuis frui*, ſi legitime ſint vocati, ſi ſalutem Eccleſiæ, proximique ædificationem conſilio, precibus, aliiſque

Quodnam vitæ genus Canonici optent ſacrũ an vero Politicum.

Canonicorũ luxuria.

Monzambani iudicium de Canonicis quomodo intelligendum.

Canonici impij anſam dederunt reformationi bonorũ Eccleſiaſticorum.

Iudicium de Canonicis Auguſtanæ Confeſſionis.

pietatis officiis promouere ſtudeant, prout pia fundatorum intentio hoc ipſum deſiderat. (*Carpzov.* l.2.I.P. Conſiſtor. t.19. d. 314. num.2. add. *Dedeken.* Comil. Vol.1. p.3. lib.1. in appen. ſec.2. num.4.) Cæterùm quum vbique fere noſtrorum Canonicorum exlex & luxurians viuendi licentia ſumma ſit, & modum non habeat, è re Proteſtantium eſſet reformationem etiam circa hunc articulum ſuſcipere. Et hoc ipſum vt fiat S. Bonifacius è ſepulchro ſuo quaſi inclamat, &, niſi hoc fiat, minitatur idem, ſe propediem venturum, pedoque ſuo omnes eiuſmodi indignos poſſeſſores eiecturum.

DISCVRSVS XII.

DE

LEGITIMATIONE ARCHIEpiſcorum, Epiſcoporum & Prælatorum Auguſtanæ Confeſſionis, à Catholicis tandem obtentâ.

Ad artic. 5. Inſtr. Pac. §. 6.

I. QVVM Superiori ſeculo repurgata eſſet religio, & Auguſtanæ Confeſſioni addicti Pontificum iugum excuterent; Epiſcopi Auguſtanæ Confeſſioni addicti Confirmationem Pontificis non petierunt: Vnde Pontificij eos pro veris Epiſcopis quoque agnoſcere noluerunt (Vide *Winzlerum* ſcriptor. Pontificiũ Tract. de Epiſc. German. th.24.) Arduus tum fuit articulus: *An Epiſcopi Auguſtanæ Confeſſionis abſque inueſtitura Regalium, quam obtinere ab Imperatoribus nequiuerant, ea regalia, ſeſſionem ac votum in Imperij Comitiis habeant, atque adeo ſint vocandi?* An. 1646. menſ. April. *Proteſtantes* hac de re tale grauamen mouerunt: *Die Pabſt-* *Hiſtoria huius controuerſia.*

liche Cenſur *vvdr faſt in allen Hohen vnd andern Stifften vnd* Collegial *Kirchen,die* iuramenta *vnd* Statuta *geſchärffet,vnd vnderbauet, Das den Euāgeliſchen* Primat *vnd Erz Biſcheffen keine* regalia*(es habē dan dieſelben vorher das* palliū *vnd Belehnung vom Papſt empfangen)geliehen; ſondern ſie* pro inhabilibus *geachtet, vnd ihnen vveder* votum *noch* ſeſſion *auff Reichs verſamlungen verſtattet vverden vvill : Welches das vvieder die klaren vvort deß Religions Friedens lauffet : das keiner von der Augſpurgiſchen* Confeſſion *abgedrungen, ſondern bey ſolcher* Religion, *Land, Leuten, Herlichkeiten vnd Gerechtigkeiten ruhiglich vnd friedlich gelaſſen vverden ſolte,&c. Obgemelte* regula *thäte ihnen das* ius quæſitum *abſchneiden, vnd thäte ihnen vnd ihren Glaubens genoſſen den zugang zu den Geiſtlichen vvürden vnnd Nutzungen verſperen, vnd machte mit vnaußlöſchlichen Schimpff ihre* Religion *ſelbſt für eine vervvorffene Lehre,vnd* cauſam & modum amittēdi Dominia & dignitates. (*Th. Europæ* Tom.5 p. 1040.) Cæterùm hæc controuerſia atque diſputatio *per Inſtrum. Pac.* hic eſt finita,& *dubium hoc luculenter deciſum*, vbi conſtitutum, quod Archiepiſcopi ac Prælati Auguſtanæ Confeſſionis(non expectata confirmatione, *Bemäntelūg* pallij *oder* confirmatur v. *Diſc.præc. memb.* 4.) ſint inueſtiendi,& ad Comitia Imperij vocandi, ibique iure ſuffragij fruantur. Tribuitur itidem illis titulus Archiepiſ. Epiſcopi, &c. Vid. *Inſtr. Pac hic. verſ. De titulis Principum*, &c. Ita tandem obtentum, vt quod ante obtineri nondum potuit, Lutherani etiam Epiſcopi conſenſu Catholicorum fierent.

Euentus huius controuerſiæ.

Inter Lutheranos hodie dantur Epiſcopi ſine controuerſia.

II. Verum huius deciſionis vſus in futurum non videtur magnus, quum omnes fere hactenus à Proteſtantibus poſſeſſi Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Prælaturæ & Abbatiæ in ſecularem ſtatum reducti, perpetuo iure teneantur, iiſdemque aditus ad Catholicorum Epiſcopatus impoſterum planè ſit præcluſus, vt ſupra ex §.3 art.5. verſ. *Si igitur* &c. palam eſt. *Buſc.* de bonis Eccleſiaſt. p. 267. Quod hic de ſcamno intermedio (*entgegenſtehenden oder Querbanck*) ſancitur hodie non habet locum niſi in *Epiſcopo Lubeccenſi* (*vvelcher die* qualitet *der Geiſtlichkeit behalten*) & in Adminiſtratore Magdeburgico, qui per Inſtr. Pac. qualitatem clericalem retinuit ad vitam. Illo mortuo quid tum futurum Vid. *Eitel Friederich von Heerden in des H. R. Grundueſte*. p. 101. 102. vbi etiam habetur de hodierna Seſſione Suecorum ratione *Bremen & Verden*. Porrò hoc locum habet in caſu alternatiuo quando Duces Lynæburg. ſunt Epiſcopi Oſnabrugenſes.

Scamnū intermedium in comitiis.

Ad § 6. verb. Inſuper eiuſdem dimidium.

III. Conſtitutum hic eſt, quod Principes Eccleſiaſtici ex Auguſtana

Confeſſione poſtquam intra annum ſuæ electionis & poſtulationis dederunt fidem, pro infeudatione vltra hudimij ordinarij (*lehenvvahr*) ſummam debeant inſuper eius dimidium pendere. De quo Vid. Dn. *Struuen.* in Syntagm. Iur. Feud c.3.th.7.

Ad §. 6. verb. Ad vniuerſales æqua, &c.

IV. Hæc diſpoſitio medelam affert vulneri, Pragenſi Pacificatione inflicto, vbi ita: *Das die* Seſſiones *vnd* vota, *bey den Reichs- und* Deputation, *auch Cammergerichtlicher* viſitation, *vnd* Reuiſion *tägen, deren ſich ſonſt die Augsburgiſche* Confeſſions *vervvante Stände, vvegen der, in ihrer Inhabung begriffenen, oder krafft dieſes Friedensſchluſſes vvieder dahingelangendem* immediat *ſtiffte hetten gebrauchen vvollen, die vierzig Jahr vber beſeit geſtellet, vnd dieſelbe* Conuentus *vnd Verrichtungen, nicht deſtovveiniger von der Kayſerl. May. vnd andern dazu gehörigen Reichs-Ständen* reſpectiuè *auſgeſchrieben, vnd verrichtet vverden ſollen.* *Tranſact. Pragenſ.* §. *Anlangend die* ſeſſiones.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 7. verſ. Quot Capitulares.

V. Diſponitur hic de Canonicis Eccleſiarum Cathedralium mixtæ religionis (v.g. *Halberſtadt*) ſcil. quot totidem numero fixo ac ſtato manere ibidem debeant, quot fuerunt an. 1614. d. 1. Ian. Quid verò iuris, ſi poſt prædictum annum plures Catholici vel Aug. Cōfeſſionis beneficia ibi poſt concluſam pacē poſſideāt *vvelche* an 1624. *nicht alda* præbendiret *gevveſen?* Reſp. Hi Supernumerarij præbendas ad vitam retinent. *Nach deren abgang ſollen den Catholiſchen die Augsb.* Confeſſions *Vervvanten vnd dieſen die Catholiſche* ſuccediren, *bis ſo lang die Anzahl beyder* Religiō Capitularn *vnd Canoniſchen vvieder erſetzt ſey.* Conf. *Theat. Eur.* ad an. 1646. p. 1115. Porrò hic ſancitur, quòd in Epiſcopatibus mixtæ religionis quoad reſtitutionem annus 1624. attendi debeat. Et iuxta illud tempus reſtitutus eſt Epiſcopatus Hildeſienſis, Oſnabrugenſis, &c.

Dubiū circa Canonicos Eccleſiarum mixtæ religionis.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 8.

VI. In hoc §. agitur de religionis con & reſeruatione in bonis Eccleſiaſticis immediatis Coronæ Suecicæ ad æquivalentem compenſationem datis atque conceſſis. De his vid. art. 10. Inſtr. Pac. infra.

DISCVRSVS XIII.

DE

BONORVM ECCLESIASTICORVM mediatorum reſtitutione Euangelicis facta.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 9. verſ. Quæcunque Monaſteria.

Hiſtória huius controuerſia.

I. EDicto Ferdinandi II. de an. 1629. debuerunt quoque reſtitui Catholicis omnia bona Eccleſiaſtica mediata; quæ poſt tranſactionem Paſſauienſem Proteſtantes occuparunt. Hæc controuerſia non tam atramento quàm armamento agitata, Pace Pragenſi dein finita, ſed tantum, quaſi per inducias, in 40. annos dilata. Armis reſumptis, tandem in Tractatu Pacis vniuerſali Oſnabrugo - Monaſterienſi vtrinque rurſus agitata. *Grauamen Proteſtantium* circa hoc negotium an. 1646. menſ. April. optimis ſanè rationibus deductum, tale fuit: *Das die Beſtellung vnd Anordnung des* publici exercitij religionis, *Kirchenordnungen*, Ceremonien, *vnd vvas dem ferner anhängig* immediatè *vom dem* iure territoriali dependire, *vermög des Religion friedens* 1555. *auſdrüklich, vnd haben Ihnen ChurFürſten vnd Stande albereit* 1526. *vorbehalten, in ihren Landern es alſo Zuverordnen, vvie es gegen Gott vnd die Röm. Kay. Maj. zuverantvvorten: Den Augsburgiſchen* Confeſſions *Vervvandten iſt Zu allem vberfluß* 1541. *mit guten vviſſen vnd vvillen der Catholiſchen von* Kayſer Carolo V. prouidiret *vvorden, das die renthe vnd Zinſe ſo ihnen aus andern Fürſtenthumen vnd Landen gebüreten, vnvveigerlich ſolten gefolget vverden.* (Id quod etiam infra §. 15. art. 5. Inſtr. Pac. confirmatum hodie pro lege obſeruatur.) *Vnd vveil die Euangeliſchen ihren* iuri *bey*

Grauamen Proteſtantiũ circa reſtitutionem bonorum Eccleſiaſticorũ mediatorũ.

Fundamenta huius cõtrouerſia à parte Proteſtantium.

Beſchließung

Beſchlieſſung des religion friedens eben dieſes fundiret, *das die* iura religionis *und derſelben Beſtellung dem* Domino territorij *gebüret, ſo kan ia niemand verleugnen, das den Euangeliſchen noch dieſe Stunde freyſtehe, das ienige, vvas in beſtellung des* publici exercitij *gehörig iſt, Chriſtl. Zu* diſponiren *Kirchen Ordnung zu machen, und mit denen Zur Geiſtlichkeit gevvidmeten, und in ihren Landen gelegenen Gütern, ſolche Verfugung zuthun, vvie der Gotſehligen Fundatorn Chriſtl.* intention, *vnd Beforderung Gottes Ehr, auch deſſen ortes zuſtand erfodert, vvie dan die Euangeliſche ſolche* diſpoſitionem *über dergleichen hinter ihnen gelegenen Gütern iederZeit behalten und geübet haben. Dagegen aber ſich die Catholiſchen vvieder Recht und Billichkeit vntervvunden, dieſem aller furnembſten* iuri ſuperioritatis *der Euangeliſchen mancherley Eintrag zuthun, alles vnter dem nichtigen Vorvvand, die* mediat *Klöſter vnd Kirchen, vvelche von denen Geiſtlichen* tempore Paſſauienſis Tranſactionis ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter, ſiue intermiſticè *vveren* poſſidiret *vvorden, hetten von Churfürſten und Ständen Euangeliſcher religion, ob ſie ſchon in ihren* territoriis *gelegen, nicht können* reformieret *vverden Vnd dieſes Vornehmen zu ervveiſen, gründen ſie ſich vff den §. Dargegen. § Dievveil auch. §. Damit, und §. Als auch des Religion friedens. Vnd vvird im Kayſerl.* Edict. an. 1619. *gemeldet, das dieſe mit dem Reichs abſchied* 1544. *aller dings* correſpondiren. *Da doch vveder in dieſen §§. noch in gemeltem Reichs-Abſchied der Euangel. Freyheit die mediat Stifter, kloſter, und andere Geiſtliche Güter zu* reformiren *mit keinem vvort etvvas benommen vvird, ſondern der* ſenſus literalis *bringet an ſich ſelbſten gar ein anders mit, und iſt anders nicht, die* allegirten *§§. ſeind aus dem Reichs Abſchiede* an. 1544 *genommen, und* formiret *vvorden, vnd haben keinen andern verſtand, als das den Reichs Ständen, vvie dann auch den* mediat *Geiſtl. und Ordens Leuten, vvelche der* religion *halber andersvvo* reſidentz *nehmen, die Rente und zinſe ſo aus der Euangeliſchen Landen anſelbe ort gehören, abgefolget vverden ſollen, ſo viel deren die Geiſtl. zur zeit des Paſſavviſchen vertrags annoch in beſiZ gehabt, das ſolches der rechte verſtand ſey, bezeuget* Kayſer Carolus V. *in der* inſtruction, *die S. Kay. May. dero* Commiſſariis 1555. *nach Augsburg mitgegeben haben, im §. Vnd vvievvol. Vnd iſt* S. Kay. *May.* explication *deſto höher Zu achten, dievveil ſie offtgedachte Reichſabſch.* 1544. *uff allerunterthänigſt beyderſeits Religions vervvanten Heimſtellung. ſelbſt auffſeZen laſſen. Es vvürde über dieſes der Catholiſchen vngleiche* interpretation *eine* Correction *vieler anderer Reichs abſchiede mit ſich bringen, vnd beZvvingen, das die Euangeliſche ihren Rechten* renunciret *hetten, vvelches aber, vven nicht* expreſſa verba *verhanden, aus bloſſen* coniecturen *nicht zubehaubten iſt. Dieſes alles hat denen Herrn* Cameralibus

Ius diſpont. di circa ſacra competit Euangelicis

Controuerſia de bonis Eccleſiaſticis mediatis inter Catholicos & Euangelicos.

Regula circa ius ſacrorum.

zu Speyer dieſes beſtendige axioma *an die Hand gegeben* : Cuius eſt regio, eius eſt de religione diſpoſitio, *und verurſachet, das ſie dieſe* quæſtion, *ſo denen* Euangelicis *von den Catholiſchen vvegen der nach dem Paſſavviſchen vertrag eingezogenen* mediat *Geiſtlichen Gütern* moniret *vverden vvill, niemals* decidiret *vverden vvollen, ſondern* ea ad Comitia Imperalia remittiret. *Die Catholiſchen aber haben hingegen andere vvege ergriffen, und durch ausgebrachte geſchvvinde* Proceſſe, mandata, *und* Commiſſiones *vom Kayſerl. Hoff, ſonderlich aber das* anno 1629. emittirte Edict, *und darauff angeſtellete eilfertige* executiones, *die Euangeliſchen aller orten angefallen, und ihnen hin und vvieder viel Stiffter, Clöſter, und andere Geiſtliche Einkunffte* cauſa non cognita, *und da mancher Stand nicht gevvuſt oder erfahren können, vver ihn verklaget habe, mit gevvalt hinvveg genommen. Soll demnach beſtendiger Friede und gutes Vertravven vvieder geſtifftet vverden, ſo iſt in allvvege vonnöten, daß die Catholiſchen von der gleichen vviederrechtlichen Thätligkeit hinfüro abſtehen, Chur Fürſten und Stände Euangeliſcher religion in ihren Landen (auch die Reichs-Städte) an dem Chriſtl.* reformations *vverck nicht hindern, ſondern ihnen allerſeits von* ann. 1618. *und zuvor abgenommene Stiffter, Klöſter, und Kirchen, Schulen, und Hoſpitalien, Geiſtl. Einkünfften und dergleichen vviederumb einhändigen, und an derſelbigen* diſpoſition *vnd* adminiſtration *nicht den geringſten Eintrag thun.* (Vid. *Th. Europ.* Tom. 5. p. 1642.) Quid porrò in Tractatu hoc Pacis Catholici ad hoc grauamen dederint vel retinuerint Vid. *ſupra part.* 2. *Diſc. de bonis Eccleſiaſticis immediatis.* Conf. *Theat. Europæ.* Tom. 5. p. 1115. vbi centenaria poſſeſſio à Catholicis Euangelicis tantum conceditur. Tandem pace Monaſterienſi ita tranſactum, vt Euangelicis reſtituerentur ab iiſque retinerentur omnia bona Eccleſiaſtica mediata, quæ an. 1624. d. 1. Ian, poſſederunt, non attentis exceptionibus ſiue ante ſiue poſt tranſact. Paſſau. aut pacem Religioſam reformata & occupata, aut quod non *de* vel *in* territorio Auguſtanæ Confeſſionis Statuum, vel exempta, vel aliis Statibus obligata fuiſſe dicantur. Vid. *Inſtr. Pac. hic.* Ex quo textu ſimul diſcimus aliud eſſe *in* & aliud *de territorio* (*In oder von der Landsobrigkeit*) quemadmodum eſt etiam inſignis differentia in noſtro idiomate inter : *In* & *Vnter*. Alij enim ſunt qui *in* Principis territorio, alij verò, qui *ſub* territorio habitant (Vid. *Bidenbach.* quæſt. Nob. l. n. 16.) quæ diſtinctio firmatur in cauſa *Teutſchmeiſters* contra *Graffen von Oettingen* apud *Meichſner.* Tom. 2. lib. 1. Deciſ. 6. *Vnter eines Fürſten Obrigkeit vvohnen die vnterthanen und Landſaßen : In eines Fürſten Gebieth vvohnen die Vnmittelbare vom Adel.* (Vid. *Sprenger,* Iuriſpr. Publ. p. 189.) in ſpecie autem hic fit mentio

Euentus controverſiæ.

Quomodo reſtitutio bonorum Eccleſiaſticorũ mediatorum facta ſit.

Aliud eſt eſſe in, aliud de territorio.

tio reſtitutionis Ducis Würtembergici, Vid. *pr. Inſtr. Pac. h. verb Interque illa ſpecialiter.* Quæ ægrè obtineri potuit. Vid. *ſupra part. 2. ad art 5. §. 3. Inſtr. Pac.* Quum enim nemo inter Euangelicos Principes tot bona Eccleſiaſtica poſſideat, vti Dux Wirtembergenſis, hinc difficulter Romanenſes Clerici, qui in felici Ducis illius territorio iam nidos fecerant, inde rurſus abigi potuerunt.

Reſtitutio monaſteriorum quoad Catholicos.

II. Porrò Inſtrumentum pacis h. verſ. *Omnia quoque monaſteria* conſtituit, quòd omnia monaſteria, &c. quæ Catholici in territoriis Euangelicorum anno 1624. die 1. Ian. realiter poſſederunt, in poſterum etiam poſſidere debeant (Conf. *Theat. Europæ.* ad an. 1646. p. 1116. art. 12. *Sprenger.* de Iuriſpr. Publ. pag. 198. 202.) ita tamen ne Religioſorum ordines, ab antiquo ibi habiti, immutentur. Et ita hac adiecta limitatione Ieſuiticis Harpyis ad multa monaſteria præcluſus fuit aditus.

Quid iuris de bonis Eccleſiaſticis mixtæ religionis.

Illa verò monaſteria, hoſpitalia, &c. in quibus Catholici & Euangelici hactenus promiſcuè vixerunt, in ſtatu an. 1624. relinqui iubentur in Inſtrum. Pac. h. verſ. *In quibuſcunque verò.* Euangelici circa hunc punctum in grauaminibus ſuis vrſerunt in Tract. Pac. annum 1618. (V. *Th. Eur.* T. 5. p. 1041.) Proſpectum quoque hic. in verſ. *In quibuſcumque etiam*, iuri primariarum precum,

Ius primariarum precũ in bonis Eccleſiaſticis mediatis.

quod Imperator ad normam an. 1624. in bonis Eccleſiaſticis mediatis retinet ad modum ſuperius part. 2. Diſc. 10. explicatum. Euangelici in grauaminibus ſuis an. 1646. menſ. April in Tr. pacis exhibitis ita conqueruntur: *Das der Pabſt ſich vnterfangen bey Euangeliſchen Primat, Ertz vnd Stifften auff die erledigte* Prælaturen *und* beneficia prouiſiones, *vvie auch der den Euangeliſchen zuſtehenden Güter halber noch für vveinig Iahren* conceſſiones *und* commiſſion *ertheilt, und die in den* concordatis Germaniæ *gegründete und vom Pabſt herrürende* preces primariæ *noch immer vvolten gebraucht vverden, das alſo dem Pabſt alles in die Hände geſpielet vverden vvolte.* (*Theat. Europ.* T. 5. p. 1045.)

Iura ſeruitutis Eccleſiaſtica Euangelicis competentia in bonis Catholicorum.

Diſpoſitum inſuper hic, & ſalua relinqui iuſta iura præſentandi, viſitandi, inſpectionis, protectionis, aperturæ, hoſpitationis, ſeruitiorum, operarum, &c. quæ Euangelici an. 1624. in bonis Eccleſiaſticis Catholicorum poſſederunt. (Vid. hic verſ. *Quod ſi quoque Auguſtanæ*, &c. Conf. *Theat. Europæ.* ad an. 1646. p. 1115. art. 11.) Vt ita etiam ex hoc textu pateat *in fundis Eccleſiaſticis ſeruitutes & iura alteri poſſe conſtitui.*

Fundamentum poſſeſſionis Eccleſiaſticorum bonorũ eſt obſeruantia d. 1. Ian. an. 1624.

Adiicitur denique hic in verſ. *Et ſi electiones*, &c. terminus à quo, ratione numeri canonicorum in Collegiatis Eccleſiis mediatis: Vt ita ex hactenus adductis pateat *poſſeſſionem & obſeruantiam d. 1. Ian. an. 1624. eſſe fundamentum Proteſtantium & Catholicorum tam quoad mediata quam immediata Eccleſiaſtica bona.*

III. *Quid iuris eſt in bonis oppignoratis?* In Inſtrumento Pacis hic.

verſ. *Quod ad oppignorationes*, confirmatur *Die Reichs-Pfandſchafften.* Olim fuit diſputatum: *Quidnam ſibi velit iſta Oppignorationum confirmatio*? Num bona Imperij quæ à debitoribus pignori fuere ſuppoſita, ita ſint confirmanda, vt iuri reluendi ſiue reluitioni (*Wiederablöſung*) non ſint obnoxia? atque adeò ſint *Vnablöſliche Pfandſchafften.* Vel an pertineant ad illas res, quæ iuri reluendi natura ſui ſunt ſubiectæ, ita vt vi confirmationis Imperatoriæ ab Imperatore lui non poſſint? Aliquando de eo diſputatum; hic autem in Inſtr. Pac. clarè de eo cautum, (Dn. *Strauch.* Diſſ. Exoter. 4. th. 15.) vbi diſpoſitum quòd in oppignorationibus Imperialibus ius reluitionis ceſſare debeat, ob rationem in textu adiectam. Conuentum hic in Inſtr. Pac. præterea eſt quod ciuitas *Lindau* & *Weiſſenburg im Nortgovv* in oppignorationes Imperiales, ipſis ademptas, ſint reſtituendæ. Id quod etiam factum, & ciuitas *Lindau.* an. 1649. d. 5 May. ſt. v. à Commiſſariis reſtituta *in die alte Reichs-Pfandſchaften.* Quid iuris ſit in bonis quæ Status ſibi inuicem oppignorarunt Vid. Inſtr. Pac. h. verſ. *Quæ vero bona*, &c. Quæritur autem: *Wan ein Stand* per pretium antichreſeos, *als ein Pfands Inhaber eine Stadt beſizet, ob er die* religion *ändern könne?* Id quod in Scripto, quod an. 1649. de ciuitatis Egranæ ſtatu prodiit, negatur, vbi ita: *Iſt nun der Cron Böhmen das* territorium *der Statt Eger nicht überlaſſen vvorden, ſondern ſolches* cum omnibus Regalibus ac priuilegiis *erſtbemelter Statt unverruckt verblieben, ſo iſt unſchvver Zu ermeſſen das der Cron Böheimb daſelbſten die* religionen *Zu* mutiren, *und zu* reformiren *niemahln frey geſtanden. Dan vvan ein Standt* per pretium antichreſeos, *als ein Pfands inhaber eine Stadt beſitzet, ſo ſolle er die* religion *nicht ändern.* Nam regulariter ſubditi conformare ſe debent religioni eius Imperij Statui, qui immediatè dominium iuriſdictionis in eos habet; Sed qui oppidum per modum hypothecæ tantum poſſidet, *als ein Pfandſinhaber*, nullum dominium iuriſdictionis obtinet, cum non ſuo, ſed alieno nomine iuriſdictionem exerceat. *Beſold* in Theſ. Pract. verb. *Pfandſchilling.* verſ. *Ac notandum. Und eben dieſes haben von Pfands inhabern die* Dillingenſes Catholici *ſelbſten, in ihrer* compoſitione Pacis, *die gantze vvelt bereden vvollen, vven ſie geſchrieben*: Conueniens non eſt; vt quæ facultas reformandi, religionem mutandi, in ſubditis imperandi Statibus Imperij comparatione ſuorum dominorum, *Landſchafften, Herſchafften*, permiſſa eſt, ea ad hypothecata bona extendatur. c. 6. qu. 59. n. 89. *Zvvar konte hiervvieder eingevvendet vverden, das ein anders in dem zu Oſnabruk unlangſten getroffenen Friederſchlus* art. 5. §. 9. verſ. *Quod ad oppignorationes*, &c. *vvere vereiniget vvorden; allein vvan man den gantzen* articulum *recht betrachtet, vvird ſich befinden das ſolcher der Stadt Eger nicht Zuvvieder ſey, dan vvie derſelve dahin gerichtet iſt, das alle* monaſteria.

De oppignorationibus bonorũ Imperij quomodo reſtitutio circa illa fieri debeat

Quæſtio.

Cõtrouerſia de Ciuitate Egra.

Explicatio §. Inſtr. Pac. de Oppignorationibus Imperialibus.

collegia, &c. aliàque bona Eccleſiaſtica mediata, *vvelche Churfürſten vnd Stände des Reichs Augsburgiſcher* confeſſion *den erſten* Ianuarij 1624. in poſſeſſione *gehabt, im ſelbigen Stande verbleiben ſollen, als vvird* in vno & eodem §. de oppignorationibus Imperialibus *zvvar verordnet, das ſolche nach anvveis Kaiſerl.* Capitulation, *bey ihrer* oppignoration *ſo lang verharren müſten bis das mit Einvvilligung Chur-Fürſten und Stände ein anders verglichen; allein das dieſe* oppignorationes Imperiales, *vvelche ſeithero* an. 1624. reformirt *vvorden nicht ſolten reſtituirt vverden, davon vvird* in d. §. *Kein vvort gemeldet und mag hier zu Abvvendung begehrter* reſtitution *und* reformation *der Statt Eger, gar nicht dienen, vvas in bald darauff folgendem* verſ. d. §. 9. Quæ verò bona, &c. *ervvehnet vvird, als daſelbſten ſo dan erſt dem* Domino directo in terras oppignoratas *die* reſtitutio *ſeiner* Religion *zugelaſſen, vvan Zuvor durch Vrtheil und Recht die vviederlöſung verſtattet, und das Geldt dafür erleget vvorden iſt: Dan dieſe Pfandſchafften, vvelche die Stände deß Reichs vor Menſchen gedencken einander gethan, ſeind* in priuato patrimonio Statuum, *und denen Ständen eigenthümlich Zugehörig gevveſen, dahero ſelbige leichtlich von einem Stand gegen dem andern* oppignorirt, *vbergeben, und endlich durch die in rechten zugelaſſene zeiten von den* poſſeſſoribus *veriahret*, & ſic pleno iure dominij *von denen ſelben* acquirirt, *dahmahls von ihnen als* dominis territorij reformirt, *und ferner anietzo durch den Friedenſchluß dergleichen von denen* Oppignorationibus, *die ein Stand dem andern gethan*, ſpecialiter *bedinget vverden können, vvelches aber von denen* oppignorationibus Imperij *und Reichs Pfandſchafften nimmermehr geſaget vverden mag.* Et mox: *Vnd dahero ob gleich vveiland* Ludouicus *Römiſcher König die Statt Eger an den König in Böheim* Ioannem *verſetzet, ſo hat doch ſolche* tractu temporis *nicht veriahret, und* conſequenter iure Dominij *nicht beſeſſen vverden können: Seyn nun die* res Imperij *nicht* præſcriptibiles, *ſo hat auch das* Ius reformandi *der Cron Böheim, als* non Domino *nicht Zugeſtanden, und deßvvegen hette die Stadt in ihrer* libertæt in Eccleſiaſticis & Politicis, *in vvelcher ſie* anno 1624. *gevveſen, gelaſſen vverden ſollen. Nun dan dieſer Statt Eger* per oppignorationem *an ihren Rechten und Freyheiten ſonſten nichts entzogen*, &c. *So folget vveiters das ſie dem Friedenſchluß gemäß, als eine Reichs Stadt zu* tractiren, *und demnach in den Stand der* Religion *darinnen* an. 1624. die 1. Ian. *ſie ſich befunden, vviederumb* iuxta artic. 5. §. 11. *in ihren Gebieten, Stadt und Vorſtad*, &c. *Zu ſetzen ſey*, &c. *Dabey die Stadt Eger nichts hindern mag, das ihrer mit außgetruckten vvorten, und nach dem Buchſtaben, in dem Friedenſchluß nicht gedacht vverde; dan ſie ſich der beygeruckten* Clauſulæ Saluatoriæ art. 4. in pr. *zubedienen hat*, in *art. 5. §. 11. Inſtr. Pac.*

verb. Ita tamen, vt qui expreſsè nominati, vel expuncti non ſunt, propterea pro omiſſis vel excluſis non habeantur. Et poſtea: *Vnd hierbey iſt nicht zubedencken, das deß Hochlöbl. Rit. Teutſch. Ordens Hauß zu Eger, ſich deß* iuris Patronatus *bey der Kirchen* S. Nicolai *daſelbſt angemaſſet, und von dieſem Hauß iederzeit die Kirchen und Schuldiener beſoldet, und erhalten vvorden; Sintemahln ſolches der re-* ſtitution in Eccleſiaſticis *nichts benehmen kan. Dan als vveiland im Iahr* 1608. *Burgermeiſter und Rath der Stadt ſolches Teuſche Ordens-Hauß an ſich erkauffet, haben ſie zugleich damit das* ius Patronatus cum onere, &c. *überkommen; Vnd nachdem im Iahr* 1627. *beſagter Rath dieſes Teutſche Ordens Hauß, gegen zuruckziehmung ihres darfür erlegten Kauff Schillings, vviederum abtretten muſſen, und die Pfarrkirchen* S. Nicolai *daſelbſten mit* apprehendiret *vverden vvollen, hat der Rath dem Orden davon mehrers nicht als das* ius Patronatus, *ihre dabey habende Gerechtſame aber*, fundationem & ædificationem *ſich* reſeruirt *vnd vorbehalten*, &c. *darauß Handgreifflich zuſchlieſſen, obſchon der Teutſche Orden, ſovvol bey Verkauffung dieſes Hauſes, als vvieder-*reluirung *deſſelben, das* ius Patronatus *gehabt, iedoch aber und dievveil die* fundatio *und* ædificatio *von dem Rath* dependirt, *daß ſelbiger iederzeit* compatronus *gevveſen und verblieben, vngeachtet dieſes* prædicatum *von den Rath* expreſſis verbis *nicht begriffen iſt.* Per fundationem enim ius patronatus acquiritur, etiam ei, qui illud ſibi non expreſsè reſeruauit, idem qui conſtruxit vel ædificauit. Vide *Magerum* de Aduoc. Armata. cap. 9. n. 515. & 530. cum ſeqq. *Dannenhero vven ſchon der Teutſchen Orden mit dem Rath* ratione iuris Patronatus *gleiches Recht auff der Kirchen* S. Nicolai *in Eger hat, ſo ſoll es doch* vigore nouæ pacificationis, *der* Religion *halber in dem Stand verbleiben in vvelchem ſie ſich* 1. Ian. an. 1624. *befunden.* artic. 5. Inſtr. Pac. §. 14. verſ. *In iis locis. Den gantz vngeſtandenen, und vnvergreifflichen fall aber geſetzet, der Rath vvere bey der Kirchem* S. Nicolai *an dem* iure Patronatus *gar kein Theilhaber, ſo könte doch der* Patronus Catholicus *keinen andern, als einen Euangeliſchen Pfarrherr dem Rath* præſentiren. d. art. 5. §. 12. verſ. *Hoc tamen non obſtante.* §. 14. verſ. *Sola criminalis*, & §. 16. per tot. poſt *Cranium*, *Maul. Reinking.* & alios notat *Finckelthauſ.* c. 6. qu. 73. cum ſeqq *Dillingenſes* in Compoſit. Pacis l. 6 qu. 37. n. 18. *Vnd ſolcher geſtalt iſt auch das Teutſche Ordens-Hauß, die Kirchen und Schuldiener, vvie vor alters herkommen, zuerhalten ſchuldig, dan die Gefall, Rent, Zehenden,* Penſiones, *vvelche vermog deß* Religions-*Friedens* de an. 1555. *denen Augſp.* Confeſſions *vervvandten auß der Catholiſchen Gebiet gebüren, und derer die* Confeſſions-*vervvandte* 1. Ian. an. 1624. in poſſeſſione *gevveſen, die ſollen an-*

Dubium quoad reſtitutionem iuris patronatus.

art. 5. §. 14. verſ. In iis locis. Inſtr. Pac.

art. 5. § 12. 14 16. Inſtr. Pac.

iezo, vermög Friedenſchluſſes, ihnen vviederumb gefolget vverden art. 5. § 15. *Autor* ſcripti illius ita concludit: *Will man alſo der geſaſten hoffnung leben, es vverde ein ieder vnparteyſcher vor ſich ſelbſten erkennen, das, umb der bißhero angereger* rationum *vvillen, die Statt Eger mit ihren* pertinentiis *des Friedenſchluſſes zu genieſſen habe und davon nicht abzuſondern ſey.* (Vid. Dn. *Limnæ.* Tom. 2. Addit. ad l. 1. I. P. cap. 9. p. 129. & ſeqq. *Theat. Europæ.* Tom. 6. p. 959. & ſeqq.) Hæc ideo fuſius huc adducere volui, quia Autor ſcripti illius non pauca loca articuli 5. Inſtr. Pacis illuſtrat. Quod attinet ciuitatem Egram illa cum ſuo territorio à Ludouico IV. Imp. Iohanni Bohem. Regi pro ſumma 20000. marcarum argenti eſt oppignorata & ipſi aſſignata an. 1315. Ex quo tempore in iure & poteſtate, id eſt, Antichreſi, regni Bohemiæ perſtitit uſque in hodiernum diem, & porrò perſiſtet, donec ab Imperio reluatur. (*Goldaſtus* l. 1. de Regn. Bohem. c. 17. n. 6.) Ludouicus autem Imper. ſibi expreſsè perpetuam reluitionem reſeruauit, vt habent verba contractus, *und vviſſet, gevvinnen vvir den Gevvalt, den vvir zu recht haben ſollen, das vvir immer darnach trachten vvollen, vvie vvir euch zu rechten Statten vviederbringen und euch erlöſen umb die Pfennig da vvir euch umb geſetzet haben.* Vid. *Theat. Europh.* l. c. Petiit itaque Egrana Ciuitas, vt, quia non eſſet membrum Bohemiæ, in Statum anni 1624. reſtitueretur. An obtinuerit ciuitas, quod intendit, me adhuc latet. Euangelicorum tamen intererit vt cauſam Egranam Donavverdenſi coniungant, & vtrarumque reſtitutionem in Eccleſiaſticis vrgeant. Plurimi tamen hunc caſum de Ciuitate Egrâ ægerrimum putant, cui tanquam deſperato etiam Hippocrates medicinam adhibere vetet. De reliquo conſtitutum hic eſt Inſtr. Pacis, quod Domino directo in terris oppignoratis ad ſe reuerſis ſuæ religionis exercitium publicè introducere poſſit: Id quod *Elect. Moguntinus in Præfectura Stradæmontana* tanquam Euangelicum practicauit. Inſuper *Epiſcopus Herbipolenſis* an. 1629. quum *Kitzingam*, Marchionibus Brandeburg. oppignoratam (Vid. ſupra p. 1. Diſc. de Controuerſia Kizingenſi) repetiiſſet Romanam religionem ibidem introduxit, an verò Euangelici nonnulli adhuc ibidem tolerentur, & in proximo Euangelico pago in Marchionatu Brandeburg. ſacris ſuis operentur (vt ſcribit *Saurius* in Theat. Vrbium) planè ſum incertus. Notetur hic quod *Proteſtantes* in grauaminibus ſuis (Grauam. 3.) 1646. menſ. April. in Conuentu Oſnabr. exhibitis aſſerant: *Das man allervveinigſten vvegen bloſſer Pfands-gerechtigkeit, Peinlicher Gerichte,* &c. *ſich keiner* Reformation *anmaſſen, ſondern auch diſſfahls alles* in integrum reſtituiren *ſolte.* (*Theat. Europæ.* Tom. 5. p. 1044.)

ad art. 5. §. 15. Inſtr. Pac.

Euangelicorum intereſſe ratione Ciuitatis Eger.

Quid iuris ratione exercitij religionis in bonis ab oppignoratione liberatis.

DISCURSUS XIV.

DE

RESTITUTIONE
nobilium & vrbium Imperij.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 10. & 11.

Reſtitutio Nobilitatis immediata.

I. IN §. 10. art. 5. agitur de reſtitutione in Eccleſiaſticis Nobilium immediatorum Imperij (Vid. *ſupra part. 1. Diſc. de Nobilitate Imperij immediata.* add. *Diſſert. de Iuriſdictione* Eccleſiaſtica Nobilium immediatorum, quæ habetur inter Exercitationes Iuris Publici quas non ita pridem Dn. *Fritſchius* peculiari volumine edidit.) Confer. *Theat. Europæ.* Tom. 5. p. 1116. text. Pac. relig. R. I. de an. 1555. §. *und in ſolchen Frieden.*

Reſtitutio Ciuitatum Imperialiū.

II. Porrò in §. 11. reſtituuntur in Eccleſiaſticis liberæ Imperij ciuitates, quæ inter Status Imperij indubitatè continentur, vt dicitur in textu hic. Conf. *R. I. de an. 1555. §. und in ſolchen. Theat. Europæ.* T. 5. p. 1116. In Tractatu Pacis an. 1646. menſ. Maj. circa ciuitates Oſnabrugæ tale grauamen expoſuerunt: *Das auch die Reichs Stadte an dem Chriſtl.* reformation *vverk nicht Zu hindern, ſondern dieſelbe in den Stand darin ſie* an. 16 8. *gevveſen zu* reſtituiren; *Ob gleich bey aufrichtung des Religion friedens beyde* religionen *bey ihnen nicht getrieben vvorden, noch viel mehr aber vvo ſoches gevveſen, und das es in den Stand ohn verzug vviederumb zu ſetZen, als vvelche die* iura ſuperioritatis *ſo vvol als andere vnmittelbahre Stande haben, nicht allein in der Ringmaur ſondern auch in ihren inhabenden* territoriis. (Vid. *Theat. Eur.* T. 5. p. 1542.) Quomodo *Egra* Ciuitas hunc §. Inſtr. Pacis pro ſe allegarit ſupra, num. 3. Diſcurſ. præced. dictum. Reſtituuntur hic porrò in verſ. *Ante omnia verò*, &c. *Ciuitates Imperiales mixtæ religionis*

Quid iuris

gionis in ſtatum an. 1624. (*Vid. ſupra part. 2. Diſc. de Paritate in Ciuitatibus Imper. mixtis.*) De hiſce Euangelici in conuentu Pacis tale grauamen exhibuerunt: *So viel die Reichs Städte betrifft in vvelchen Zur Zeit des* Religion *friedens beyde* religionen *zugleich im Gange gevveſen, hette es nach inhalt ietzt ernenneter* conſtitution *billig dabey bevvenden ſollen. Wie nun ſolche Reichs-Städte* tractiret *vverden, ſtehet das Klägliche, Aachiſche, Augsburg, Dinckelſpiel vnd viel andere* exempla *für augen, vnd iſt die högſte Billigkeit das auch hierinnen, vvie nicht vveiniger bey denen* Mediat *Ständen vnd Stadten, vvelche das* exercitium religionis quouis legitimo modo *hergebracht, darinnen aber* hiſce temporibus turbiret, *iavvol gahr davon verſtoſſen vvorden, alles in vorigen Stand vnverzüglich verſetzet vverde.* (*Theat. Europæ,* T. 5. p. 1641.)

rationes reſtitutionis in Ciuitatibus mixtæ religionis.

III. Conſtituitur hic in fine §. 11. quod in Ciuitatibus mixtæ religionis neutri partium alteram de religionis ſuæ exercitio deturbare fas ſit. Idem diſponitur *R. I. de an. 1555. §. Es ſoll auch.* Sane præteritis belli Calamitatibus duæ voces imprimis Ciuitatibus hiſce, vt & reliquis mediatè Imperio ſubiectis nocuerunt: *Accommodiren vnd Contribuiren*; *illud* animæ & libertati conſcientiæ; *hoc* vero crumenæ & priuatorum loculis exitio fuit. Quod ſi itaque *hodie Grammatici* atque Critici *Synodum literalem inſtituerent, imprimis in iſto conuentu delibera re deberent, an duo hæc pernicioſa pariter atque odioſa vocabula in Calepino eſſent relinquenda.*

Turbatio religionis in ciuitatibus mixtæ religionis inhibita, atque vt illud ſeruetur Reip. intereſt.

DISCVRSVS XV.

DE

AVTONOMIA, RESTITVTIONE religioſa Statuum mediatorum & ſubditorum, tam in Imperatoris hæreditariis prouinciis, quam Statuum Imperij territoriis: item de iure reformandi, & libertate conſcientiæ ſubditis relinquenda.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 12. & 13.

Grauamin Euangelicorum quoad punctum autonomiæ Statuum Imperij mediatorum.

I. ANTEQVAM ad Spicilegia §. 12. deſcendimus, præmittam *Statuum Euangelicorum grauamina* circa hunc autonomiæ (*Von Gewiſſens Freyheit der Vnterthanen*) & reformationis ſubditorum punctum, quæ an. 1646. In Tractatu Oſnabr. & Monaſter. exhibuerunt, quæ imprimis legi atque attendi merentur: Sunt autem iſta: *Bey Abhandelung des Religion Friedens, iſt auch dieſes beſchloſſen vnd verwilliget worden: Das die Euangeliſche vnterthanen, ſo vnter Catholiſcher Obrigkeit geſeſſen, der* religion *halber nicht ſolten verdrungen werden; ſondern es ſolte in ihrer wilkur ſtehen zuverbleiben, oder gegen erlegung billiger Nachſteur anderſtwohin ſich zu wenden: wie wol nun die* diſpoſition *des* religion *friedens, auch in dieſem* paſſu *deutlich gnug iſt, ſo haben doch die Catholiſche bey zeit zu* ſcrupuliren *angefangen, deshalben dan König Ferdinand ihnen* d. 20. Sept. 1555. *ernſtlich zu Gemüth füren laſſen, das wan die vnterthanen des* Religion *friedens nicht genieſſen ſolten, ſo were er nur ein halber hinckender Friede, der das glimmende Feur vnter der aſchen ligen lieſſe, man hete dabey zubetrachten, daſs nicht allein Zwiſchen den hohen Standen, ſondern vielmehr*

vnter der Obrigkeit vnd vnterthanen, allein aus dem Gevviſſens zvvang herrürenden Miſtrauen, vnvvillen vnd vnheil vorzukommen vvere: Derovvegen man auff algemeine durchgehende gleichheit, vnd nicht aufs particular *zuverendern vvillig vnd gefliſſen ſein vvolte*, &c. *Es haben auch I. Kön. May. noch für* publicirung *des* Religion *Friedens eine* declaration *ertheilet, das die vnterthanen bey ihrem hergebrachten* exercitio Auguſtanæ Confeſſionis *gelaſſen vverden ſolten, geſtalt auß dem vvahltage zu Regensburg.* an. 157; *eine ſolche* declaration originaliter *fürgeleget, auch von denen Geiſtl. Herrn Chur-Fürſten als richtig* recognoſciret, *und nur damit beantvvortet vvorden: Sie und ihre Räthe vvuſten nicht davon, es vvurden auch die* declarationes *im* Religion *frieden verbotten: vvelches aber von den* futuris & ad inſtantiam vnius partis *ervvehleten* declarationibus *zuverſtehen: So kan auch die vorgeſchützete vnvviſſenheit, vvieder die* notorietet *der Reichsacten nichts gelten. Deſſen allen vngeachtet, ſeind die armen Euangeliſchen vnterthanen, hin und vvieder auch an denen Orten, da ſie das* exercitium *theur ervvorben, auf das allerunbarmhertzigſte getrucket, vnd verfolget vvorden: In dem man Ihnen nicht allein das* publicum exercitium *genommen, ſondern auch in der Nachbarſchafft ſich deſſen zugebrauchen ſcharff verbotten: Ia auch nicht* priuatim *eine Predigt zu hören oder zum vveinigſten Euangeliſche bücher zu leſen, und, Gott mit geſang zu loben, geſtatten vvollen, ſondern auff das ſcharfeſt acht geben, und vvo nur einer zu beruhigung ſeines gevviſſens, und umb mehrern Troſts vvillen etvva Predigt, Nachtmahl, Tauff, und* Copulation *an orten da das Euangelium rein gelehret, und die* Sacramenta *nach der Richtſchnur Göttliches vvorts* adminiſtriret *vverden, geſucht, oder Euangeliſche Geiſtliche zu ſich fordern laſſen, iſt ſolches viel hoher, als man etvva grobe verbottene laſter anzuſehen pflegt mit groſſen vnertreglichen Geldbuſſen, oder Langvviriger Gefängnis geſtrafft vvorden, vvie noch gegenvvertig in dieſem Stifft Oſnabruck, und zvvar in* conſpectu, *und ohn einigen* reſpect *dieſes anſehenlichen* conuents *geſchicht, zu geſchvveigen der verachtung, das männiglich ſich ſcheuet, ia vvol gahr, vvan ſie als zeugen angegeben, als* infames *zu* reiiciren *unterſvvindet. Zu keinem Ehrenambt vverden ſie zugelaſſen, der Prediger kinder hat man für vnehrlich gehalten; und zu keinen* digniteten admittiren *vvollen, ſie haben ſich den vermeintlich vorhin* legitimiren *laſſen, und ihre eltern dadurch zu vnehrlichen Leuten gemacht. Bey vorgehenden lehens veränderungen, vvollen ihnen die Belehnungen ohn vorabgelegten* iuramento religionis *nicht vviederfahren. Ingleichen auch den Lehriungen vveder Geburts noch Lehrbrieffe und andere Nöttürfftige* atteſtationes *abgefolget vverden. Ia ſo gahr verhaſſet ſind ſie, daß*

auch die Chriſtl. Sepultur, *als wen ſie in dem ärgeſten Bubenſtuck verſtorben, nach ihrem Todt ihnen verſaget wird, &c. wan auch gleich einer des* iuris emigrandi *ſich gebrauchen will, ſo wird es ihm ſo ſchwer gemacht, daß er das meiſte darüber zurück laſſen muß, dieweil ihm ein enger und kurtzer* termin *zu verkauffen angeſetzt, ehe er noch verkäufft, und die Nachſtewr verfallen, außgepreſſet. Hernach nach verfloſſenen* termin *das guth widerumb zubeziehen nicht verſtattet, und alſo mancher gezwungẽ wird alle ſein vermögen umb ein liederliches hinzuſchlagen, welches er gleichwol hernach aus mangel der* iuſtitz *langſam und ſchwerlich erlanget; &c. An vielen orten iſt die* emigration *denen unterthanen gar verweigert, und ſeind ſie mit gefängnis und andern ſchweren zumutungen zum Päpſtl. Glauben bezwungen, und mit abſcheulichen Pflichten und* reuerſen *dabey zu bleiben verbunden worden. Theils Catholiſche Stände ſeind nicht begnüget gewesen, an ort und ende, da ihnen das* ius territorij *zuſtendig, den Evangeliſchen alſo zu zuſetzen, ſondern ſie haben unter dem* prætext meri & mixti imperij *auch die unterthanen die* notorie *unter anderer Stände* territorialiſchen *Hoheit gehoren zu* reformiren, *mit gewalt ſich unternommen. Andere die nur ein blos* ius communionis vel retentionis *zu* allegiren, *haben ſolcher zur Außſchaffung der Evangeliſchen,* etiam inuito & prohibente ſocio vel domino *gebrauchet ohn einigen ſchein rechtens: &c. Es werden verhoffentlich die Catholiſchen die bishero hierunter gebrauchte Unbefugnis und* acerbiteten *abſtellen und ihren armen Evangeliſchen Unterthanen die abgetrungene Güter wieder einliefern, das* publicum exercitium, *da es vor dieſen geweſen, inſonderheit aber wo es durch* pacta *oder* præſcriptiones *hergebracht, förder vergönnen; denen aber die das* publicum exercitium Evangelicæ religionis *nicht haben, ſolches nochmahls anzurichten verſtatten, &c.* Vid. *Theat. Europæ.* T. 5. p. 1044.) Nunc videbimus, quid circa hæc grauamina in Inſtrumento Pacis ſit conſtitutum. Sancitum hic primum quod *ius Reformandi* iuri territoriali adhæreat, Statuique Imperij immediato competat. V. *Inſtr. Pac.* §. 12. hic. De hoc iure vide Generoſ. Dn. *Seckendorf.* part. 2. *des Teutſchen Fürſten Staats*, cap. 15. num. 3. & ſeqq. Idem c. 11. p. 2. num. 1. ita: *Gleich wie aber der Seelen wolfarth das allerhögſte und beſte Gut iſt, alſo iſt auch kein zweiffel es ſey zu dieſem ende die Obrigkeit ihre unterthanen zu befördern auch ſchuldig, &c. Dahin zielen auch die Göttliche vermahnungen an die hohen Obrigkeiten; daß ſie das Göttliche Geſetz ſtets für Augen haben, dem Herrn dienen, ihn küſſen, und ſeiner Kirchẽ Pfleger und Säugamen ſein ſollen;* & n. 2. pergit: *Ob nun Woll etliche hundert Jahr hero den Weltlichen Obrigkeiten, durch den Geiſtlichen Stand, und die Anſtalten des Päbſtlichen Stuls zu Rom an dieſem*

Ius Reformandi ad iura territorialia pertinet.

Stuck des Regiments groſſer Abbruch geſchehen, und darüber Zwiſchen denen ſtreitigen Religionen *viel zwieſpalt entſtanden. So iſt doch ſolches Recht durch ſonderliche Abſchiede und Sazungen deß Reichs, bevorab die, Welche in an. 1555. zu Augsburg von damahliger Kayſerl. Maieſtät ChurFürſten und Standen deß Reichs auffgerichtet Worden, bekräfftiget, und darinnen außdrucklich geſezet, das die Teutſchen Furſten und Stände, welche von denen Römiſch Catholiſchen ſich in Glaubens Sachen geſondert, bey der Augsburgiſchen* Confeſſion, Religion, *Glauben, Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen und ceremonien, ſo ſie auffgerichtet, oder nochmahls auffrichten möchten, ruhiglich und friedlich gelaſſen, und geſchüzet, &c. ſein ſoll, und ob Wol ſolcher Religion fried und Sazung, nicht ohne groſſe Zerrüttung Mühe, Gefahr und koſten, damahls nach außweiſung der Hiſtorien, erworben, ſeithero auch zu erhalten gleicher geſtalt, wie die vorgeweſene unfalle und betrübte Lauffen bezeugen, ſehr ſchwer geweſen, ſo iſt doch ſolcher anderwert mit einhellige Schluß des Teutſchen Reichs, auch anderer benachbarten Stände durch den bekandten Friedenſchluß an. 1648. aufs neüe befeſtiget worden, &c.* Hinc Spiræ in Camera eſt recepta regula *Eius eſt religio cuius eſt regio.* Ius reformandi quum ſit aliquid τῶν κ ρ'ω, dubitari poteſt qua ratione illud ſingulis Ordinibus tributum ſit. Nam ſummam poteſtatem circa religionem ab antiquiſſimo vſque tempore vniuerſum Imperium habuit, & emendatio ſtatus Eccleſiaſtici, ſi qua opus eſſet, non ſingulorum ordinum, ſed vniuerſi Imperij authoritate facta fuit. Fatendum verò eſt, nihil magis optandum fuiſſe, quàm vt religio, quæ tractu temporis labefactata erat, per vniuerſum Imperium antiquo vigori reſtituta fuiſſet. Ita enim ſingulis ordinibus ius reformandi concedere neu iquam fuiſſet opus. Eò etiam tendebant omnes Proteſtantium conatus, qui nihil niſi concilium liberum flagitabant. Sed ea erant tempora, vt nec vitia nec remedia pateremur. *Pontifex* enim *Romanus*, qui *quantum* (verba ſunt *Thuani* l. 1. Hiſt.) *ex diſciplinæ emendatione authoritatis & ornamenti Eccleſiæ accederet, tantum de poteſtate ſua detrahi exiſtimabat*; omnes conatus eorum qui liberum concilium poſtulabant, facilè eludebat. Quoniam igitur publicæ emendationis, quæ vel in Eccleſia vniuerſali, vel ſaltem in vniuerſo Imperio noſtro fieri debebat, ſpes non erat, vtique Principum Ordinúmque erat, & ſuæ conſcientiæ conſulere, & ditionibus, quibus cum vniuerſali quodam imperio ciuili præſident, reuocato ad S. Scripturæ & antiquæ Eccleſiæ normam religionis exercitio proſpicere. Hæc igitur ratione ius reformandi Ordinibus per pacem religioſam concedi vel potius, quoniam iam ante iure exercuerant, confirmari oportuit. Dn. *Ludol. Hugo.* Statu Region. German. c. 3. §. 27. Ius ca-

Ius reformandi quomodo ad ſingulos ſtatus deuenerit.

Propter Papæ Eccleſiaſticam contumaciam inhærendi ſuis falſis traditionibus Status Auguſt. Confeſſionis ſuæ territoriis quoad ſacra proſpicere coacti ſunt.

men hoc reformandi ſtatibus Imperij competens reſtrictum eſt hic ad Calendas Ianuarij anni 1624. adeóque ſubditi Catholicorum & Auguſtanæ confeſſionis, qui poſt pacem publicatam diuerſam à territorij Domino profitentur religionem tolerandi ſunt, ſi an. 1624. Catholicam vel Auguſtanam religionem coluerunt. Vid. Inſtr. Pac. hic verſ. *Hoc tamen non obſtante*, &c. ex quo textu diſcimus exercitium religionis acquiri pacto, priuilegio, longo vſu ſiue præſcriptione, quum tamen ipſa religio ſit extra præſcriptionis horizontem, adóque *ars noua Bartholdi Nibuſij* ne caſſæ quidem nucis pretium æquet (Vid. D *Georg. Calixti* Digreſſ. de arte noua.) In rebus enim conſcientiæ nullus eſt locus iuri poſſeſſionis & reſtitutionis, vt rectè cenſent Principes Proteſtantes apud *Sleidan.* (l.11. Comm. p.300.310.) Etenim quod verum & pium eſt ſine vlla exceptione temporis profiteri licèt. (*Sleidan* l.c.p.301.) Ars autem noua Pontificiorúm hæc eſt: Quando à Pontificiis, traditiones ſuas affirmantibus, nos probationes exigimus, tum ex nouâ arte replicare ſolent: *Sie (die Pabſtler) ſein von vndencklichen Iahren hero in Poſſeß vnd Beſitzung ihrer Meinung vnd Glaubens, ſeind derowegen nicht ſchuldig ſolches zubeweiſen. Nemo videlicet tenetur edere titulum poſſeſſionis ſuæ. Komme darzu die Verjährung, dadurch ſie ohn deß verſichert bleiben, vnd keines beweiſſens bedörffen.* De hac arte ita Dn. D. Titius Theologus Helmſtadienſis: *Das nun dieſer auß der Iuriſprudenz entlehnter Grund von der* præſcription, *gantz vngeſchickt, vngereimt, vnd albern alhier hergebracht ſey, das ſihet iederman der nur von den Herrn Iuriſten ihme laſſet bericht thun, wohin vnd vff welcherley dinge ihre* præſcription *gezogen werden müſſe, nemlich vff keine andere als weltliche, euſerliche vnd leibliche dinge, vnd zwar nicht einſten vff ſolche alle, keines Weges aber auff geiſtliche innerliche des Gemüths, Glaubens vnd* religions *Sachen können oder ſollen gezogen vnd* applicirer *werden.* (D. Titius *in der* Relation. *Welcher geſtalt* D. Calixtus *im Todtbette ſich verhalten, vnd in welcher* Confeſſion *er verſchieden ſey.*) Punctus hic autonomiæ Oſnabrugæ abſolutus an. 1648. d. 8 Martij ſt. v. (Vid. Theat. Europ. T.6. p.402.) ſequenti §. 13. Inſtr. Pac. Cæſar ſibi ibidem ius adſcribit. Competit hoc etiam Nobilibus Imperij immediatis §. 10. art. 5. *praced.* item Ciuitatibus Imperialibus §.11 art.5. Diſpoſitum hic porrò quòd nemo alienos ſubditos ad ſuam religionem pertrahere cáve de cauſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipere debeat. Perſpicimus porrò ex Inſtr. Pac. h. verſ. *Cuiuſmodi annexa*, &c. quænam ſint annexa liberi religionis exercitij. Inter talia eſt. 1. *ius Conſiſtorij* (*Kirchenrath, Ehe-Gericht.*) Vid. D. *Carpzovij* inſigne opus de iure Conſiſtorij, & *Dedeken.* Conſiſtorialia Conſilia, item *Diſſert. de iure Conſiſtor.* quæ habetur inter Exer-

Ars noua Nibuſij.

Præſcriptio in religionis negotio non habet vſum.

Punctus autonomia quomodo reſolutus.

Annexa liberi religionis exercitij. Iura Conſiſtorij.

citationes iuris Publici à Dn. *Ahaſuero Fritſchio* collectas, add. Dn. *Seckendorf.* p. 2 *Teutſc. Fürſten. Staat.* c. 12. n. 2. 4. 6. 11. Nonnulli Conſiſtoria inter Proteſtantes tollenda cenſent: Cæterùm hi ſatis vehementer ne dicam violenter conſulunt; quamuis illi non malè cenſeant, qui *Conſiſtoria* pro *Appendicibus Cancellariarum* reputant De hiſce iudiciis Eccleſiaſticis, in quibus cauſæ Eccleſiaſticæ & ſpirituales agitātur Dn. *Herman. Conring.* (ad Lamp. p. 3. c. 11. §. 40.) ita: *Intereſſe authoritatis, quæ meritò debet competere ſacris miniſtris, ne ſint ſubiecti cuilibet iudicio ſeculari, liquidum eſt, eoque omnino in qualibet ciuitate, ita ſunt conſtituenda iudicia ſaltem de perſonis ſacris, vt authoritate illis ſit conſultum. Et verò hoc ipſum ſpectauere primi Cæſares Chriſtiani dum Clericos exemerunt à vulgaribus iudiciis. Non eſt tamen vel hæc exemptio profecta à ſingulari quadam diuina conſtitutione, ſed introducta authoritate ciuili, & quidem boni ciuilis obtinendi cauſa. Simpliciter verò Clerum omnem aut etiam ſummos Epiſcopos neutiquam Cæſares ſubduxerunt etiam ſuo atque adeò totius Reipub. iudicio. Nec quiſquam talem quidem Eccleſiaſticorum libertatem atque exemptionem vel ſomniauit iure diuino competere, donec demum Romani Pontifices, ſtruentes nouam ſacram Monarchiam cœperunt hominibus perſuadere, Clericos iure Diuino eſſe exemptos iuriſdictione Ciuili Regum & Rerumpubl. ſuæ autem tantùm iuriſdictioni à Deo Opt. Max. commiſſos eſſe. Etſi verò paſſim terrarum nouum hoc placitum credi cœperit; attamen vſu ipſo edocti multi Reges & Principes, placitum hoc Romanum Reſpubl. funditus euertere, ſtrenuè huic ſeſe oppoſuerunt. Et verò non tantùm Reformati Status Imperij verùm etiam ipſi Reges Hiſpaniæ & Galliæ, etſi Romana Sacra amplexentur, tamen iuriſdictionem ſuam in Clerum, fruſtra ringente Romano Pontifice, exercent. In ipſa Italia faciunt idem Veneti, ceu notum eſt ex præclaro illo inter Paulum V. & Rempub. Venetam agitato certamine.* Hactenus Dn. Conring. Vid. Dn. *Ludol. Hugo.* de Stat. Region. Germ. c 4. §. 39. & Conſtit. Dini Henrici Iulij Ducis Brunſuicenſis annex. Receſſ. Prouinc. Gaudersheimenſi lit. A. item *Fürſtl. Lüneb. Kirchen Ordn. cap* 4. Quod Conſiſtoria ſiue iudicia Eccleſiaſtica noſtrorum Germaniæ Principum attinet, de iis præclarè hunc in modum diſſerit Dn. *Reinkingk.* (l. 1. *Bibl. Pol.* Axiom. 45.) *Es iſt den Ständen des Reichs durch den Paſſawiſchen Vertrag vnd Religions-Frieden, das Kirchen-Recht vnd dahero rürende Verordnung Geiſtlicher Gerichten vnd Conſiſtorien nicht von neuen indulgiret, ſondern haben ſie ſich deſſen proprio & quaſi poſtliminij iure vnternommen, vnd iſt angeregter Paſſauiſcher Vertrag vnd Religion frieden diſſfals mehr nicht als ein algemeines in vim pragmaticæ ſanctionis publicirtes* interdictum, Vti poſſidetis ita poſſideatis. Hæc Dn. Reinking. Plura de hiſce iudiciis vid. ap. *Carpzou.*

Principes in Conſiſtoriis ſint prora & puppis. Intereſſe Proteſtantium non minimū reputa ut vē habeant iudicia Eccleſiaſtica bene ordinata.

Vt omnia fiant eò rectius & decentius circa ſacra intereſt Conſiſtoria erigi.

Exemplum Interdicti vti poſſidetis.

in Tract. de Iure Conſiſtorij in princ. Circa hoc argumentum legendus Tract. *Henningi Arniſæi* de exemptione Clericorum aduerſus Cardinalem Bellarminum. Bene itaque faciunt Euangelici Imperij Status, quod negotia Eccleſiaſtica hodie per Conſiſtoria exerceant: *Dent* tamen *operam ne Præſides illius iudicij*, ſi ſint Eccleſiaſtici ordinis, quos alicubi *Generaliſſimos* vocant, *in Lutheranos Papas* (inaudito Itaterus à tempore Reformationis exemplo) *degenerent*. Eliminandi ſanè ſunt à clericorum dignitate militares eiuſmodi termini, conuenientioreſque ipſis ſunt tituli Epiſcoporum & Superintendentium, diſtinguendo eos in primarios & ſecundarios ſiue ſubalternos. Imò ne ipſi quidem Germaniæ Principes Euangelici, reſpectu eminentis iuris ſui circa ſacra dicendi erunt Generaliſſimi ſed ſupremi & eminentes Epiſcopi. *Die Oberſten Superintendenten, und Ober Epiſcopi ſiue Archi-Epiſcopi*, quemadmodum hodie in Ducatu Lyneburgenſi qui ſupremum gradum inter miniſtros Eccleſiaſticos obtinet non amplius Generaliſſimus ſed *Ober Superintendente*, ſalutatur. De iure Conſiſtorij in Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis adeundus inſuper erit *Erneſti Godefredi* Norimbergenſis Tract. Erfurdiæ an. 1639. impreſſus. Iuxta diſpoſitionem Inſtr. Pac. hodie in Epiſcopatu Hildeſienſi, Oſnabrugenſi & alibi Conſiſtoria Auguſtanæ Confeſſ. optimè ſunt ordinata.

Generaliſſimi in Conſiſtoriis.

Ius Scholarum.

Alterum annexum exercitij liberi religionis eſt *Sacri Miniſterij & Scholarum ordinatio*. Exempli loco circa hanc ſacram Spartam meretur laudari Ordinatio Eccleſiaſtica *Diui Iulij* Ducis Brunſvicenſis & Lynæburgenſis, quæ in hoc genere tam ſufficiens & elegans eſt, vt ferè ei nihil addi, nihilque detrahi poſſit. Et quidem, quod Scholas attinet, quum ſint Seminarium Eccleſiæ & Reipubl. quis non videt magiſtratus in eo omnes neruos contendere debere, vt Scholæ, tanquam arces Sapientiæ, templa veritatis, ſcientiarum theſauri, modeſtiæ & humanitatis palæſtræ, amicitiæ & virtutum omnium officinæ, ac vitæ beatæ in his terris fontes, rectè ordinentur! (Vid. *Ordinat. Eccleſ. Brunſvic.* Tit. *Von Schulen.* p. 307. vbi elegans habetur Politicum principium.) Aſſeruantur in Academiæ Iuliæ archiuis literæ, quibus Diuus Iulius præmemoratus, excelſæ memoriæ Princeps palam aſſerit: *Se cum Iuliâ ſuâ manè ſurgere, ac veſperi ire cubitum, nec Iuliæ ſuæ obliuiſci poſſe.* O vocem cedro dignam. (Vid. pl. Reuer. Dn. D. *Hildebrand.* in Orat. de fundat. Academ. Iuliæ.) Pertinent huc egregia verba *Letzneri* (l. 5. Chron. Daſſel. p. 1. c. 30.) *Wie ein Wonſamer Quellbrunn einem Schloß, Cloſter, Stadt oder Hauſe gut, geſund und friſch Waſſer gibt, alſo das Menſchen und Vieh ſich dauon erhalten mögen; alſo iſt eine jegliche recht Wollangelegte Schule ein feiner, Lieblicher, Wonſamer vnd heilſamer Quell, auß welchem zween herliche flüſſe herfür quellen; der*

Laus D. Iulij Ducis Brunuicenſis circa curam ſacrorum.

Pacta de exercitio religionis quatenus rata.

eine Kombt und fleuſſet in das Geiſtliche Regiment, in die Kirch: Der ander aber in das Weltliche Regiment, in die Fürſtl. Canzley und Richthauß auch in die Städte und das Rath Haus. Wo man nun dieſen Brunn vvurde verſtopfen, oder man Wurde ihn betrübē und unrein machen, Was thut man anders als daß man beyde des Geiſtlichen ſo Wol als des Weltlichen Regiments Lauff und Fortgang hinderte und auffhielte. Hæc ille. De Proteſtantium laudabili inſtituto circa Scholas vid. *Sleidan.* l.13. Comm.p.354. Tertium annexum eiuſmodi eſt *Jus Patronatus* (*Pfarr-Leben*) quod eſt ius præſentandi rectores atque miniſtros Eccleſiæ idoneos ab Epiſcopo inſtituendos. (c. Quicunque. c. Decernimus. cauſ.16, qu.7. V. Inſtrum. Pac. hic.) Acquiritur illud ius 1. ædificatione Eccleſiæ 2. honeſta illius dotatione 3. Præſcriptione (Vid. Nou.123 c 8.) quæ hodie iuxta Concil. Tridentinum. c.9. ſeſſ.25. eſt quinquaginta annorum.

II. Agitur hic porrò in Inſtr. Pac. verſ. *Pacta autem*, &c. de pactis exercitij religionis, & diſponitur, quòd illa, Inſtrumento Pacis præſertim an.1624. contraria atque vllo modo aduerſa, irrita eſſe debeant, quum obſeruantia anni 1624. inſtar regulæ obtineat, vt hic dicitur. Huic verſiculo an. 1649. innixus eſt *Dux Palatino Neoburgicus* aduerſus Electorem Brandeburgicum in controuerſia de exercitio religionis in Ducatu Iuliacenſi ac Burgenſi. Cæterùm quomodo illi reſponderit Sereniſſ. Dn. Elector. (Vid. *ſupra part.* 1. *in Diſc. de Controuerſia Iuliacenſi.*) Inter pacta illa Inſtrumento Pacis aduerſa in ſpecie hic tollitur illud, quod Sereniſſ. Duces Brunſvvigo Luneburgenſes Brunonis vici an. 1643. cum Epiſcopo Hildeſienſi inierunt. Illi Tranſactioni interfuerunt Commiſſarij Cæſaris, Comes *Wilhelmus Leopoldus à Tattenbach*, & *Henricus Iordan* I.V.D A parte Ducum tranſigētes fuere Dn. de *Kœtteriz*, *Pape*, *Gœſius*, *Iuſtus Kipius* I. V. D. Sereniſſ. Principis Dn. Chriſtiani Ludouici Cancellarius, *Henricus Schvvarzkopf.* I. V. D. Sereniſſ. Principis Dn. Auguſti Cancellarius & alij. A parte Epiſcopi adfuere Dn. *Willerding* & alij; quos in ſubſcriptione Receſſus videre eſt. Hâc tranſactione Nobilis Epiſcopatus Hildeſienſis ab *Henrico Iuniore* (*Ioanne* Epiſcopo, qui proſcriptionem Imperialem leuidenſi hoc dicterio: *Acht und aber acht macht das nicht ſechszehen*? contempſerat, debellato) armis acquiſitus, & à *Carolo* V. Imp. Ducibus addictus, & ſub Ferdinando I. & Maximiliano I. Imp. quietè poſſeſſus, amiſſus, de quo negotio infra ad *art.13. Inſtr. Pac.* pluribus agetur. (Vid. *Buntingij* & *Letzneri* Chronicon Brunſuicenſe & Hildeſienſe ſub Henrico Iuniore & Ioanne Epiſcopo.) Præterito bello an. 1629. (quum in Camera Imperij ſententia in cauſa *Hildeſheim* contra *Braunſchvveig* contra *Fridericum Vlricum* Ducem Brun-

Pacta Hildeſienſia Ducibus Brunſuic. & Luneb. multum nocent.

Ioannes Epiſcopus Hildeſienſis.

uicenſem lata eſſet) Imp. *Ferdinandus* II. De Epiſcopatu Hildeſienſi Electorem Colonienſem Viennæ inueſtiuit. Oppoſuit ſe quidem Diuus *Georgius* Dux; Cæterùm poſt mortem illius an. 1641 hoc negotium refrixit, & tandem an. 1643. Brunſvvigæ de eo tranſactum. Videatur *der Hildesheimiſche Haubt Receſs* de an. 1643.) De hac tranſactione poteſt dici, quòd extat in l. Proſpexit. D. Qui & à quibus man. *Durum eſt, Sereniſſ. Brunſuic. ac Luneb. Duces hunc Epiſcopatum tanquam preiioſam Margaritam iniuria temporum amiſiſſe; ſed Brunſvvigia an. 1643. lex ita ſcripta eſt*; in qua multa data, multa retenta ſunt. Incertæ fidei rumor eſt aureas, & argenteas haſtas nonnullorum animos in hoc Brunſuicenſi conuentu expugnaſſe; Ego hoc non intelligo, ſed omne hoc volubili ac erranti famæ relinquo. Vt autem dicam quod res eſt, *inter iſta pacta Brunſuicenſia erat ita de Auguſtana religionis exercitio cautum, vt Nobiles in* 70. *Ciuitates verò in* 40. *annos retinerent.* Verba Receſſus de an. 1643. §. 17. ita habent: *Ob Woll Wir die Herzogen gerne geſehen, und an vnſerm fleiſſigen Anhalten Mühevvaltung, und Sorgfalt nicht ervvinden laſſen, daſs die in dem alſo genanten gröſſern Stifft Hildesheimb belegene, und in dero* reſtitution *mitbegriffene Clöſter, Adeliche, Landſaſſen, Æmbter, Städte, Flecken, vnd Dörffern, ſambt allen dero eingeſeſſenen bey dem Freyen* Exercitio publico Auguſtanæ Confeſſionis *Zu evvigen Zeiten gelaſſen Werden mochten: und aber Wir der Chur-Fürſt als Biſchoff und ein Dohmb Capitul zu Hildesheimb ſolches gar nicht eingeben können, ia viel lieber die ganZe Handelung Zerſchlagen und vnfruchtbarlich abgeben laſſen Wollen: So haben Wir die Herzogen uff gepflogene reiffliche Berathſchlagung, Was nicht Zuerheben oder Zuendern gevveſen, es endlich dahin Kommen laſſen müſſen, das vvir der Churfürſt als Biſchoff zu Hildesheimb und Dohm Capitul, ſo viel die* religioſos *und Cloſter betrifft, auff ſonderbare* recommendation *der Herrn HerZogen, und vveil ohn daſs der* ſcopus *dieſer ganZen Handlung dahin gerichtet, das ein ieder zu dem ienigen, Was er in an.* 1519. *gehabt* reſtituiret *Werden ſolle, uns hiemit dahin erkleret, dieienigen klöſter, ſo uns inhalts dieſer* tranſaction *eingereummet Werden, mit denen* religioſis *beſezen laſſen Wollen, Welche rechts Wegen dazu befügt; Denen von Adel aber, ſo in vnſerm Stifft Seſshafft, und Zun zeiten der fehde vnter den Herzogen Zu Brunſchvveig gevveſen, numnehr aber abgetreten Werden,* indulgiren *und verſtatten Wir hiemit das* liberum & publicum exercitium Aug. Confeſſionis, *&c. dieſer geſtalt, daſs Sie ſelbiges für ſich, ihre Weiber, Wittiben, kinder, Geſinde, Dienern und Hauſsgenoſſen gebrauchen mögen, ullermänniglich vnbehindert, von der zeit Wan die* Extraditio *deſs Stiffts geſchehen Wird, anzurechnen, die negſtfolgende SiebenZig Iahr: Denen*

Tranſactio de Epiſcopatu Hildeſienſi.

Pacta de exercitio religionis in Epiſcopat. Hildeſienſi.

vbrigen in Städten, Flecken, Dörffern Wohnhaffien vnterthänen, ihren Weibern, Wittiben, kindern, und Hauſsgeſinde und ihren nachkommen, indulgiren *und verſtatten Wir gleichfals beſagtes* liberum & publicum dictæ Auguſtanæ Confeſſionis exercitium *die negſtfolgende* 40. *Iahr, von iezigem termino* extraditionis *anzurechnen. Illud pactum hic in Inſtrum. Pacis tollitur*, vbi inſuper nouem monaſteria (inter quæ, nî fallor, *Lamſpring, Eſchede*, &c.) Catholicis reſeruantur. In iſto Hildeſienſi Receſſu conceditur etiam poſſeſſorium cænobij *Wittenburg.* § 8. *d Tranſact. de an.* 1643. *Wulfinghauſen*, &c. Ducibus Brunſvicenſibus, petitorium verò in illa Epiſcopus ſibi reſeruat. An verò etiam hæc cænobia & alia loca, eo caſu, ſi Sereniſſimi Duces ab Epiſcopo Hildeſienſi in petitorio vincantur, ipſique reſtituantur, illa bona, ad regulam anni 1624. in Inſtr. Pacis præſcriptam, dirigi debeant, affirmatiua certiſſima eſt.

III. Vlterius nunc in Inſtrum. Pacis verſ. *Placuit porrò, &c.* diſponitur, quid obſeruari debeat circa ſubditos qui vel Catholicæ vel Auguſtanæ religionis liberum exercitium anno. 1624. non habuerunt, nihilominus tamen diuerſa à Domino territorij ſacra poſt pacem publicatam colunt. De hoc negotio admodum moderata hic extat diſpoſitio quod ſcilicet conſcientiis eorum nulla vis ſit inferenda, ſed quod libera conſcientia domi deuotioni ſuæ ſine inquiſitione aut turbatione priuatim vacare poſſint. Vid. plura in textu. Ex quo ſimul colligere eſt, quod Status Imperij ſubditos religione à ſe diſſidentes, pacificè tamen viuentes vi iuriſdictionis territorialis ad Miſſam, aut emigrandum cogere non poſſint. Patet ex hac Imperij Sanctione, quod Catholici Imperij Status *inquiſitionem Hiſpanicam* minimè probent. Qui enim coactus credit, non credit, ſed credere ſe ſimulat, vt verè ſcribit *Hugo Grotius* de Verit. Relig. Chriſtianæ. (Vide *Thuani* præfat. Operis Hiſtorici, vbi egregiè explicat, quod *fides docendo & ducendo, non iubendo, monendo non minando velit propagari.*) Vnde & *Maximilianus II.* Imp. religionem Chriſtianam (quippe ſimplicem, & occidi non occidere aſſuetam) armis promoueri aut inuitos ad eam cogi improbauit. *Sigiſmundus* quoque, Rex Poloniæ quum nonnulli Poloni Ieſuitiſati illum inſtigarent, vt ſubditos Euangelicos ad religionem Pontificiam cogeret, ſapienter illos ita redarguit: *Ich bin König der Völcker und Landen aber nicht der Gewiſſen.* (*Metteran.* l. 30. Hiſt.) Sanè inquiſitio illa Hiſpanica eſt inſtar Pandoræ pyxidis è qua omnia mala in Orbem Chriſtianum inuecta (Confer. *Thuan.* l. 104. & l. 133. Hiſtor.) De illa celebris quidam librorum inſtitor ita iudicauit: *Sie konte wol Heuchler machen, Gott aber allein könte fromme Chriſten machen. Aonius Palearius Iſaharer* de eadem: *Sie were*

Libertas cõſcientiæ ſubditis religione à Dominis ſuis diſſidentibus indulta.

Religio vim coactiuam reſpuit.

Inquiſitio Hiſpanica.

eine Mörder piſtrin damit man den frommen Gelehrten die Gurgel abſteche. Is propter hoc dictum veriſſimum combuſtus eſt. (*Thuan.* l.37. Hiſt.) Felix eſt noſtra Germania, quæ barbarum iſtum religionis docendæ modum minimè probat. Nullum enim certius indicium religionis ſuſpectæ, & non omni modo veræ, quam quæ perſequitur diſſentientem: Imò perſecutio eſt ſemen Eccleſiæ, iuxta illud: *Sanguine fundata eſt Eccleſia, ſanguine capit. Sanguine ſuccrevit, ſanguine finis erit.* De Euangelicis à Catholicis Statibus tolerandis, vide quæ ſupra part. 2. Diſc. de Annatis. num. 1. in fin. adduximus.

Subditi religione diſſidentes ſe mutuo civili concordia perferre ac pati debent.

IV. Salutariter quoque in luſtrum. Pac. h. verſ. *Siue autem Catholici,*&c. ordinatum eſt, quod vtriuſque religionis ſubditi contemptui & irriſioni non ſint exponendi, neque à collegiis, ſucceſſionibus, legatis, multo minus publicis cæmiteriis, & honore ſepulturæ ſint arcendi. Pulchrè in rem præſentem Dn: *Eitel Friederich von Heerden* in Columna S. Imperij (p. 314.) ita: *Do etwa auß Gottes gerechten zorn und Verhengnis auch derer Menſchen Ehrgeitz und Hartnäkigkeit die gänzliche Vereinigung in der Religion nicht würde zu hoffen ſein, muſte doch die Verbitterung derer Gemühter gegen einander, und das verblendete* ſtudium ſectæ ſuæ (morbus quauis ſcabie inſanabilior, & qua qui tenentur, teſte Galeno, cæci ac ſurdi fieri conſueuerunt) *außgerottet werden.* Hæc ille. (adde eleg. text. in Rec. Imp. Spir. de an. 1542. §. *Damit aber vnter*, &c.) Politici aſſerunt, quod homines non ſeſe mutuo vitare debeant, qui eundem Deum ex eadem lege colunt, etiam ſi fortè ſententiis quibuſdam & ritibus diſſideant. (*Hugo Grotius*) l. de 3. de Iur. Bell. & Pac. c. 12. *Bodinus* de Repub. l. 4. c. 7. num. 486. *Ant. Comitiol. Ratisb.* p. 122.) Et quare Lutherani deberent deſpicatui haberi? Ab vnione Eccleſiæ Romanæ ſeiuncti ſunt Lutherani, non quatenus illa Verbo Dei & Canoni Scripturæ conuenienter credit; ſed quatenus Pontificem Romanorum ſupra hunc canonem tollit, ipſiuſque traditiones Verbo Dei contrarias ſuſpicit. Neque Lutherus Eccleſiam deſeruit: Sed rugiens *Leo* X. illum anathematiſmis tyrannicis eiecit. Quod verò errores arguit, eo tranquillitatem Eccleſiæ & charitatem non diſſoluit. Neque inde odio haberi debet Lutherus quòd Monachatum deſeruerit. Deſeruit enim non Ordinationem diuinam ſed humanam tertio demum ſeculo natam (*Bellarmin.* 2. de Monach. 3.) impiam inſuper & blaſphemam, dum votum Monachatus voto Baptiſmi æquiparat. (Vid. *Anton. Florentin.* part. 3. Summ. Theol. tit. 16. cap. 3. c. 11. *Ioan. à Daventria* in Harmonia Confeſſ. Fabricij Leodij fol. 514) Pulchrè hac de re D. *Lutherus* (Tom. 6. In Germ. ad an. 1533. Apologia aduerſus Ducem Georgium fol. 21.) in hunc modum: *Das aber die Münche die Tauffe Chriſti ihrer Müncherey ver-*

Lutherani quare non ſint deſpicatui habendi.

Lutheri defenſio.

Lutherus rectè Monachiſmum exuit.

Monachorũ Baptiſmus.

gleichet haben das konnen ſie nicht leugnen, dan ſie habens durch und durch in alle welt ſo gelehret und gebrauchet, und mir ward auch alſo Glük gewünſchet, da ich die Profeſſion *gethan hatte vom* Prior, Conuent *und Beichtvatter, das ich nun were als ein unſchuldig Kind, das izt rein auß der Tauffe kähme. Wil hie ein* Exempel *ſagen, ich war einmahl hier zu Arnſtat im Barfüſſer Kloſter, da ſaß über Tiſch* D. Henricus Küne *ein Barfüſſer, den ſie für einen beſondern Mann hielten, und preiſet uns daher wie ein köſtlich ding der Ordenſtand were für andern Standen, darum das dieſer Tauffe halber ein ſolch vortheil darinnen wäre, wenns einen ſchon gerewet hette, das er ein Münch were worden, und damit alle ſeine vorige gute wercke und Leben verlohren, ſo hette er dennoch das Zuvor, wo er umbkehrete, und von newen an einen vorſaz nehme, er wolle, wo er nicht ein Münch were, noch ein Münch werden, ſo were dieſer newer vorſaz eben ſo guth, als der erſte eingang geweſt, und were von newen abermahl ſo rein als käme er auß der Tauffe, und möchte ſolchen furſaz, ſo offt er wolte, vernewen, ſo hette er immer wieder eine newe Tauffe und Unſchuld bekommen,* &c. *Wir iungen Münche ſaſſen und ſperreten Maul und Naſe auff, ſchmaZeten auch für Andacht gegen ſolcher troſtlicher Rede, von unſer heiligen Müncherey.* &c. Vid. Reuerend. Dn. D. *Titium* in vindicat. Auguſt. Confeſſ. p. 76. Notum etiam nimium ex hiſtoricis & religioſos ſiue Monachos non tam Angelos pacis eſſe, vt vulgo creditur, quam ſcelerum atrociſſimorum architectos & miniſtros. Sæpe enim ſub laruâ illâ religionis latent immania monſtra, & monachi non ſemper ſunt Angeli, niſi fortè de comitatu Luciferi cælo expulſi dici velint.

Hoc ſolum monachus nimirum à Dæmone diſtat,
Quod quidquid vafer hic ſuggerit, ille facit.
At ſi iuncta dolis anus adiuvet & colat aſtu
Audebunt Erebi depopulare domum.

(Vid. *Piccart.* Obſ. Hiſt. Pol. Decad. 9. c. 6.) Talem ergo ordinationem deſerere non eſt Apoſtaticum, ſed Chriſtianum. In malis enim promiſſis fides reſcindenda, in turpi voto mutandum decretum c. 5. cauſ. 22. qu. 4. Non rectè itaque Lutherus tanquam hæreticus & ſchiſmatis autor à Papa *Leone*, cui multi Leones inerant, excommunicatus eſt, & à Carolo V. proſcriptus. Euocatus eſt quidem Lutherus *Wormatiam*, & ibi auditus quemadmodum breuiter, quæ ſint ibidem ſecum acta epiſtola ad *Lucam Kranach* pictorem Wittebergenſem ſcribit: *Lieber Gefatter Lucas*, &c. *Man hat ſich meiner Zukunfft zu Worms nicht verſehen*, &c. *Ich meint Kayſerl. Maj. ſolt ein* Doctor *oder* 50. *haben verſamlet, und den Münch redlich überwunden, ſo iſt nichts mehr gehandelt, dan ſo viel: Sind die Bücher dein?*

Lutherus iniuſtè excommunicatus & proſcriptus.

Ia. Wiltu ſie vviederruffen? Nein. So heb dich. Cæterum de proſcriptionis Edicto Cæſareo ita *Sleidanus* ad an: 1521. *Aiunt Edictum hoc à paucis fuiſſe conflatum. Nam ex Electoribus nonnulli fatentur, non ſe fuiſſe conſcios, &c. Moguntinus qui Cancellarius Imperij eſt, multum in his rebus poteſt. Vtcunque ſit, ea lata ſententia Cæſar per magnam iniit gratiam, ita quidem, vt à Gallis abalienato prorſus animo fœdus cum eo Pontifex iniret. Thuanus (* lib.1. Hiſtor.) teſtatur, quod Cæſar vt Leonis gratiam aucuparetur, Lutherum proſcripſerit. Bene tamen eſt, quód neque Papale fulmen penetrarit, neque proſcriptio Cæſarea executioni mandata ſit. Ordines enim in Comitiis Noribergenſibus an. 1527. ita ad Legatum Pontificium *Franciſcum Cheregatum* Epiſcopum Aprutienſem: *Maiori populi parti iam pridem eſſe perſuaſum, & Lutheranis libris ac dogmatibus populorum opinionem ſic informatam, vt iam pro comperto habeant, Nationi Germanicæ à Curia Romana per certos abuſus multa & magna grauamina & incommoda illata eſſe.: Ob id ſi pro executione Apoſtolicæ ſedis ſententiæ, vel Imperatoriæ Maieſtatis Edicti; quidquam attentatum eſſet, &c. nihil aliud quàm grauiſſimi tumultus populares inteſtinaque bella ſperanda eſſe. (* Vid. *Goldaſt.* Tom.1. Conſtit.fol. 453.*)* Falſo porrò Catholici Lutheranis hæreſeos notam inurunt. Nam Lutherus, qui puriorem Eccleſiæ doctrinam, in Primitiua Eccleſia florentem, à fermento Pontificio expurgarat, non fuit hæreticus, nec hæreſeos vnquam conuictus. Erroris non potuit conuinci, neque in hunc diem ex Scripturis Sacris eſt conuictus. Negamus autem illum eſſe hæreticum, qui tranſgreditur præcepta ſedis Romanæ *(* c. Nulli. Diſt. 19. *)* vel qui aliter docet, quàm Romana Eccleſia *(* c. Abolendum. Extr. de Hæret.) Neque enim Romana Eccleſia norma credendorum, ſed Sacra Scriptura (c.26. in fin. c.24. c. vlt. Diſt.8.) Quod verò Lutherus ex Scriptura Sacra refutari nequeat ipſe *Eccius* olim Wilhelmo Duci Bauariæ confeſſus eſt, & prouocat hoc nomine ad Ipſam Pontificiorum conſcientiam. Lutherus autem aliam non ſecutus religionem, quàm quæ à D. Petro Romanis tradita neque contrarium poſſunt oſtendere Romaniſtæ. *(* Vid. egregij ICti. *Dn. Iuſti Meieri* Tract. contra Scioppij Claſſicum belli Sacri p.18.n. 41. *)* Fides noſtra eiuſque profeſſio eadem eſt, quæ Eccleſiæ tempore Apoſtolorum fuit, neque quidquam nouauit circa fidem. Veterem religionem, adulterinis Paparum additamentis infectam, & adeò per ipſos Papas nouatam, repurgauit. (Vid. Dn: *Strauch.* Diſſert. Exoter 6.th.15.16. Dn. *Herman Conring.* Tract. cui Titulus : *Defenſio* Eccleſiæ Proteſtantium.) Quid ergo cauſæ eſt, cur orci galea tecti *Ieſuitæ* Lutheranos titulo hæreticorum odio vulgi exponant, & ſacræ diſcordiæ flammis indies oleum addant; *Ich halte wen ſolche Pabſtliche*

Lutherus nō eſt hæreticus.

Norma & index in ſacris controuerſiis.

Lutherana religio eſt nov. antiqua.

Ritter und Ordens-Leute die Lutheraner könten in einem Löffel vol vergeben, ſie lieſſen es nicht. Cæterum nos amico Numine ſat tuti ſumus. Ego ſeriò opto, vt virus illud odiorum tandem deponant iſti, & in verum Eccleſiæ Chriſtianæ gremium ſe recipiant. Interea loci vigeat ac floreat inter Catholicos & Euangelicos ſubditos ciuilis concordia hic in Inſtrumento Pacis mandata & poſt mortem maneat etiam *cæmiteriorum communio.* Præteritis temporibus, quum claſſicum belli ſacri adhuc caneretur Euangelici paſſim κακοζηλία Pontificiorum à cæmiteriis ſunt prohibiti, etiam qui in acie ceciderunt, neque *Pater noſter (Roſenkranz* vocant) ſecum haberent, ſæpe inſepulti relicti. Vnde ſæpe Euangelici milites huiuſmodi ſerta roſea ſibi compararunt, ne in acie cadentes, inſepulti iacerent, vt mihi aliquoties relatum ab iis, qui tragedias præteritas vnà egerunt. Bene Reformatus quidam, quum mortuum non liceret in cæmiterio ſepelire Clericos Romanenſes ita redarguit: *Es iſt ein vvunderlich Ding, ihr vvollet vns mit Gevvalt in den Himmel haben, und darumb zu eurer* religion *mit Gevvalt zvvingen, Vnterdeſſen vergunt ihr vns, das viel geringer iſt, die Erd, vnſere Todten dahin zubegraben.* Morbus ille animorum hic in Inſtrum. Pac. ſanatus.

Cæmiteriorũ communio.

V. Statutum eſt Porrò in Inſtr. Pac. h. verſ. *Quod ſi verò ſubditis,* &c. ſi quis religionis exercitium nulla anni 1624. parte vel priuatum vel publicum habuit, aut poſt publicatam Pacem religionem mutabit ſua ſponte emigrare voluerit, aut à territorij Domino iuſſus fuerit, liberum ei ſit aut retentis bonis aut alienatis diſcedere. Vid. plura in textu. add. R. Imp. de ann. 1555. §. *vvo aber vnſere.* Quoad hoc ius emigrandi conſtitutus ibidem certus terminus, intra quem, diuerſi à religione Domini, diſcedere coguntur, vel quinquennium vel triennium. Vid. text. h. verſ. *Conuentum autem eſt*, &c. vbi etiam in fine diſponitur, quod, quando quis emigrare voluerit nullo prætextu vel ſeruitutis vel alterius rei retineri poſſit. Vſitatas tamen *emigrationis decimas (Abzuggelt, Abſchos, Nachſtevr)* ſoluere debent emigrantes V.R.I. de an. 1555. §. *vvo aber vnſere.* Inſtr. Pac. h. vnde dicuntur *Gevvonliche hergebrachte Nachſteur und Abzug.* R.I. de an. 1594. §. *und ſo viel.*

Emigrationis beneficiũ & terminus.

VI. Sequitur nunc §. 13. Inſtr. Pac. qui etiam pertinet ad Autonomiam, vbi cõſtituitur quomodo & quatenus exercitiũ Auguſtanæ Cõfeſſionis in Cæſaris hæreditariis prouinciis vigere debeat, *Sileſiis* Rudolphus II. Matthias, Ferdinandus II. confirmarunt liberum religionis exercitium, etiam *im Chur-Sächſiſchen* accord. an. 1621. Dreſdæ cũ Ferdinãdo II. inito. (Vid. *Theat. Europ.* Tom. 5. p. 1118. 1119.) Auſtriacis & Bohemis idẽ indultum & confirmatum. Cæterum *quum dein Ieſuita liberum illud*

Religionis exercitiũ in Cæſaris hæreditariis prouinciis.

exercitium ægris oculis intuerentur, & paſſim illud lædere atque ſubvertere conarentur; ex hiſce Ignatianis flammis poſtea motus Bohemici ſunt accenſi, indeque in hæreditariis Cæſaris provinciis paſſim hinc inde

Reformatio in Cæſaris provinciis.

Reformatio Romanenſis ſuſcepta & tractu temporis propagata. Sub finem an.1621. *Carolus Lichtenſteinius* Pro-Rex Bohemiæ, proſcripſit Lutheranos, & duo templa Euangelicorum Pragæ clauſit, de quo Elector Saxoniæ per Legatum D. *Hoë* valde queritatus eſt. An.1624.& 25. ex Auſtria, Bohemia, Moravia, Euangelici Miniſtri ejecti publicato Edicto, quo intra conſtitutum diem omnes aut patriam, aut religionem mutare juſſi ſunt, quo ipſo Cæſar magnam invidiam incurrit. Cum porrò an.1626. Ferdinandus II. ut ante in Bohemia, ita etiam in Auſtria conſcientiæ imperium violentum exerceret, in Auſtria Superiore (*im Lande ob der Ens*) 2000. ſe oppoſuere, nigris veſtibus induti, & candidam crucem in pectore gerentes, vexilliſque eorum erat

Conſcientiis vis non inferenda.

inſcriptum: *Dieweil es gilt die Seele und auch das Guth: So gilt es auch das Leben und Blut: Gott gebe uns auch einen Helden muth.* An. 1629. poſt Edictum Ferdinandinum promulgatum in Auſtriacis ditionibus vehementer promota eſt Reformatio. An.1638. menſ. Mart. Reformatio in Sileſia inſtituta. Eodem anno menſ. Septemb. Cæſar edictū an.1634. de pellendis Euāgelicis concionatoribus Viennæ promulgavit. Fervēte hoc Reformationis æſtu, multi ſolum vertere coacti ſunt, inter quos nonnulli hoſtili & inimico Sarcaſmo *Straubingæ* in Bavaria adhuc irriſi ſunt, dum illos ſuperbè interrogarunt: *Wo iſt nun eure feſte Burg?* ut ex Theatro Europ. conſtat. *Sed quænam cauſa movens fuit, quare*

Cauſa reformationis arcana.

tam fervide Reformatio in terris Cæſaris fuit ſuſcepta? Cæſar à *Ieſuitis* fuit perſuaſus, quaſi omnium turbarum cauſa ſit Euangelica religio, adeóque de propoſito reformationis nunquam dimoveri potuit. (add. *Epit. rer. Germ.* p.17.). De Reformatione Bohemiæ vid. *Brachel.* in Hiſtor. noſt. temp. p.66. Cæterùm perpendi hic omninò debet, quod *hæc apparens cauſa potiùs ſit non cauſa. Quod ſi enim Litera Maieſtatis omnibus numeris, uti par erat, Bohemis fuiſſent ſervata, neque inſtinctu Ieſuiticæ factionis violata, nunquam in Bohemia & reliquis hæreditariis*

Ieſuitæ Pacis religioſæ turbatores.

provinciis rebelliones fuiſſent exortæ. Non itaque Euangelica doctrina, ſed *libertas conſcientiæ Euangelicis erepta tot tumultus peperit.* Sub Ferdinando I. & Maximiliano II. dum Pax religionis Euangelicis data, tranquillum fuit in Auſtria regimen. Etiam ſub Rudolphino regimine, quanquam Rudolpho in ſenium vergente nonnihil religio turbari cœperit. Dum itaque poſtea molitionibus malè feriatorum Ieſuitarum paſſim violatæ fuerunt religionis tabulæ, & Proteſtantes duriter & acerbè habiti; quid mirum, ſi alienati à Cæſare eorum animi, plus hoſtibus quàm legitimo ac naturali Domino in præterito

bello

bello adhæſerint? Hinc *Imperator à poſteriori politicum ſuum arcanum deprimens*, poſtquam in bello præterito obſeruaſſet, quòd ſubditi Euangelici ſemper plus Proteſtantibus adhæſerint, quàm ſibi, & quod nonnulli Auſtriaci Proceres clanculum Regi Sueciæ Guſtauo Adolpho ingentem pecuniæ ſummam ſubmiſerint; tam ante quàm poſt concluſam pacem iure reformandi, omnibus Imperij Statibus competente, vſus, non aliam quàm Romanam Religionem intra Danubij terminos pati voluit. Hinc ſubditos coëgit vel Catholicam religionem amplecti, vel bonis venditis aliorſum vltra Danubium migrare. Hodie itaque Lutheranorum in Auſtria maxima viduitas, imò ne Conſiliariis quidem iudicij Aulici Imperialis Auguſtanæ Confeſſionis liberum hodie Viennæ permittitur religionis exercitium; id quod tamen ſub finem Comitiorum Ratisbonenſium an. 1654. Proteſtantes ſupplicibus literis à Cæſare petierunt, hactenus tamen dum hæc ſcribo, impetrari nondum potuerunt. *In tractatu Pacis Oſnabrugo Monaſter. Proteſtantes* religionis libertatem in Cæſaris patrimonio degentibus ſubditis, vt neceſſariam Paci conditionem propoſuerunt, eam tamen an. 1646. menſ. Sept. precibus tantùm (ſed quas reiiciendas non dubitarunt) petierunt (Dn. *Forſtner.* Epiſt. p. 27.) Excepta eſt Monaſterij *Trautmanſdorfij ad Oxenſtirnium vox*, magnis execrationibus caput ſuum deuouentis, ſi vnquam Cæſar in ſuis ditionibus legem in negotio religionis à quoquam ſibi dici patiatur. (Dn. *Forſtner.* Epiſt. p. 11.) An. 1646. menſ. Iul. *Sileſij* miſerunt Oſnabrugam ſupplicationem ad Euangelicos pro libero religionis exercitio obtinendo, in qua regulam illam: *Ius reformandi iuri territoriali adhærere*; ita limitarunt, niſi obſtent priuilegia vel pacta in contrarium. (Vid. *Theatr. Europ.* T. 5 p. 1118.)

Arcanum Politicum Cæſaris circa Reformationem religioſam.

Ius reformandi quatenus territoriali iuri adhæreat.

VII. In Inſtrumento Pacis hic primùm Sileſiæ Principibus & Ducibus in *Brieg*, *Ligniz*, *Münſterberg* & *Oels* liberum Auguſtanæ Confeſſionis exercitium indulgetur, quanquam hoc an. 1648. d. 4. Mart. ſt. v. ægrè à Cæſare in conuentu Pacis ſit impetratum. Eadem libertate gaudet metropolis Sileſiæ *Vratiſlauia*. Deinde Auſtriæ inferioris Comitibus, Baronibus, & Nobilibus, vt & reliquis Sileſiæ Comitibus, Baronibus, & Nobilibus eorumque ſubditis in Sileſia permittitur, vt ob profeſſionem Auguſtanæ Confeſſionis ſolo cedere non cogantur, nec etiam prohibeantur dictæ confeſſionis exercitium in locis vicinis extra territorium frequentare. Ægrè hoc precibus Suecorum an. 1648. d. 4. Martij Oſnabrugæ imperrare potuit. Porrò Sileſiis Auguſtanæ Confeſſionis conceduntur tres Eccleſiæ extra Ciuitates *Svveiniz*, *Iaur & Glogau*. Ita an. 1652. d. 3. Sept. *Ferdinandus IV.* Rex Hungariæ & Bohem. *hat dem Landhauptmann befohlen, daſs er*

Quatenus per Inſtr. Pac. libertas Auguſtanæ religionis in Cæſaris prouinciis permiſſa.

Ob exſtructionem di-

uinarum domuum, in quibus purus exercetur chriſtianiſmus nouum opus non eſt nunciandum.

Quare Bohemis & Auſtria ſuperioris incolis libertas religionis Auguſtana denegata.

den Kirchenbau vermog Inſtrumenti Pacis *zu Svveiniz und Iauer in Schleſien nicht verhindern, ſondern befordern ſolle.* (Contin. *Theatr. Europ.* p. 286,) Ita etiam factum oportuiſſet an. 1617. Brunouiæ & Cloſtergrabij in Bohemia, quum ibi Euangelici noua templa ad diuinum cultum extruerent, & nunquam noſtra ætas tantas calamitates aſpexiſſet. *Quare de Bohemia & Auſtria ſuperiore hic in Inſtrum. Pacis eſt altum ſilentium ?* Sine dubio ideo quia Bohemi & Auſtriaci tumultum ob religionem excitarant, religionis exercitio libero à Cæſare indigni ſunt habiti. Rectene an ſecus, iudicent alij.

VIII. Hiſce in Inſtrum. Pacis ita concluſis an. 1651. d. 9. & 10. April. Viennæ in ſacris roſtris *Mandatum Ferdinandi III.* promulgatum, in quo ſubditis in Auſtria (exceptis *Herrn und Ritterſtands-Perſohnen, ſo in dem Münſteriſchen Friedenſchluß verfaſſet)* religionis Euangelicæ exercitium interdictum. In illo mandato ita inter cætera: *Das durch beſagten Friedenſchluß und deſſen klaren Buchſtaben allein denen Lands Mitgliedern vom Herrn und Ritterſtand vnder der Ens das Vncatholiſche* exercitium *auſſer Lands zubeſuchen erlaubet vvorden, ſo vveren die übrigen denen derentvvegen außgangenen Lands fürſtl.* Generalien *ſich gehorſamſt zubequemen, und deß Außlauffens gäntzlich ſich zuenthalten ſchuldig.* (Vid. *Contin. Theat. Eur.* ad ann. 1651.) Quomodo dein an. 1653. Sileſij, quibus Inſtrumento Pacis non fuit proſpectum, ob religionem ſint preſſi vide in Continuat. *Theat. Europ.* ad illum ann. p 459. Luctuoſum ſanè, & calidis lachrimis deplorandum, quod ſincerus noſter Chriſtianiſmus, adhuc hodie tantas perſecutiones ſuſtinere cogatur. Deus tandem meliora! ſi quando Loiolitica cohors furorem Antichriſtianum ponet.

DISCURSUS XVI.

DE

LIMITATIONE IURIS
reformandi, & ſolutione ſacrorum redituum.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 14. & 15.

I. QVIA præced. Diſc. actum fuit de autonomia Eccleſiaſtica ſiue iure Reformandi Statibus in Subditos competente, paucula nunc de eius competentia erunt afferenda. Non autem competit. (vigore Inſtr. Pac. §. 14. h.) 1. Ob ſolam qualitatem feudalem vel ſubfeudalem. (*Lehens-oder Affterlehens Gerechtigkeit.*) 2. Ob ſolam criminalem iuriſdictionem, (*Hals Gericht*) centenam, (*CentGericht*) ius Gladij, retentionis, patronatus, (*Geiſtliche Lehenſchafft*) filialitatis. Hinc Euangelici in grauaminibus 1646. menſ. April. Oſnabrugæ propoſitis aſſeruerunt: *Das* ius reformandi *vvere auſs dem* ſimplici & mero iure gladij ſiue criminali iuriſdictione *keines vveges zuerzvvingen.* (*Theat. Eur.* T. 5 p. 1043. & 1044.) Ratio eſt, quia hæc omnia ſuperioritatem territorialem, à qua ius reformandi dependet, non important. Nam (1) non ſequitur: Hic habet merum imperium, Ergo habet iuriſdictionem territorialem v. g. Elector Colonienſis merum imperium poſſidet Coloniæ Agrippinæ. Ergo ibidem gaudet quoque iure territoriali. Contrarium enim experientia conſtat. (Vid. *Sleidan.* lib. 6. p. 175.) Sæpe etiam reperiuntur Landſaſſij nobiles, qui mero imperio gaudent, iuriſdictione verò territoriali deſtituuntur, cum à ſpecie ad genus argumentari non liceat: Merum verò imperium à iuriſdictione territoriali diſtinguatur tanquam ſpecies à genere, vt tradit rimator ille arcanorum *Reinkingius* (l. 1. de R. S. & E. Claſſ. 9. cap. 3. num. 9) & Dn. *Strauch.* (Diſſ. Exoter. 12. num. 8.) Notat *Wehnerus*, Ictus dexterrimus atque conſummatiſſimus (in verb. *LandsFürſtl. Obrigkeit*) quod multi ſint in eâ opinione, ſuperioritatem territorialem nihil præter omnimodam iuriſdictionem vel ſum-

Ob quas cauſas ius reformandi non competat.

Merum imperium non inuoluit ius territoriale.

Reinkingius.

Merum imperium quid hodiernis moribus denotat item quid iuriſdictio.

mum imperium denotare ; quæ ſententia quoque tolerari poteſt, ſi dextre explicetur. Non enim, quemadmodum iure Romano, pro poteſtate iuris reddendi tantum, ſed generalius hodie pro omni poteſtate regendæ Reipub. iuriſdictio accipitur. (*Thom. Michaël.* de Iuriſdict. concluſ. 11.) Similiter merum Imperium à nonnullis latius extenditur, quàm iure Romano, quo poteſtatem gladij ſignificat, receptum eſt. Ita *Meichſnerus* ait in perſona Principis merum imperium & ſuperioritatem territorialem vnum idêmque eſſe ; *Die hohe vnd Landes Fürſtl. Obrigkeit ſey ein Ding.* (Vid. *Ludolph. Hugonem* de Statu Region. German. cap. 3. §. 3.). Quicquid de eo ſit ; hic tamen in Inſtr. Pacis merum imperium non adeo generaliter accipitur. Quæ dicta ſunt de mero imperio & iure gladij, certo modo etiam applicari poſſunt ad centenam (de quâ vid. *Knichen.* de Iur. Territ. cap. 4. num. 35. & ſeqq.) ius patronatus, &c. Quum ſuperiori ſeculo inter *Henricum*, Ducem Brunſvicenſem, & *Philippum* Landg. Haſſiæ controuerſiæ hinc inde gliſcerent, etiam de vrbe *Hæxter* apud *Hortlederum* contenderunt. Philippus Landgr. ita : *Es folgt nicht, ich hab das Halßgericht zu Höxter, darumb iſt die Obrigkeit oder Herſchafft mein.* Henricus verò Dux Brunſvic. ita : *Uns ſein die Blutgericht daſelbſt zuſtendig, vnd haben alſo* merum imperium, *Gerichte vnd obrigkeit, da vvir einen vogt zuſetzen vnd zu entſetzen, Gerichtsgefalle empfahen vnd aufnehmen. Aber ein ſchön* argument *iſt das der Landgraff führet : Er ſey derſelben Stadt Schirm-Herr, darumb müſſen ſie ſich nach ihm richten. Vnſer vorfahren vnd vvir ſeind derſelbē Statt eben ſo vvol Schirm-Herrn gevveſen, gleichvvol ſein ſie vns nicht vveiniger als zuvorn vntervvorffen gevveſen, vvie vvir auch in andern Stadten Erbſchutzherr ſein, vnd gleichvvol über ſie kein imperium oder gebiet haben.* Vid. *Hortleder.* l. 4. cap. 6. Quod ius patronatus attinet rectè illud hodie diſtinguitur in Ciuile & Eccleſiaſticum, prius Germanicè dicitur *Schuz vnd Schirms Gerechtigkeit* poſterius verò *Pfarrlehen.* Mos ille, quo tenuiores, vt à vi potentiorum ſint tuti, in fidem & clientelam recipimus, ab ipſis naturalibus defenſionum principiis deriuatur. Cum enim ea ſit conditio hominum, vt nemo ſibi ſolus ſufficiat, ſed opis alienæ frequenter ad ſui conſeruationem indigeat, natura quaſi impellente fertur ad appetitum ſocietatis ciuilis, quo ingens illud externum bonum, nempe ſecuritatem conſequatur. Cum igitur ius defenſionis ex ipsâ naturâ fluat, adeò que cum humano genere natum ſit, etiam ius clientelare ſiue defenſionis, pro aliis, ciuitatem noſtram non incolentibus, ſuſcepta, inde originem ſumpſit, vt progreſſu temporis variis circumſcriptum ſit pactionibus (Vid. Diſſert. quam Generoſ. Dn. *Grote* ſub præſidio Dn. *Bœcleri* habuit decliente.) Clientelis iſtis

Hæxter.

Ein Schuz-Fürſt iſt kein LãdesFürſt. Iuris patronatus diuiſio. Origo iuriſ patronatus ciuilis.

hodie ſubſtitutæ fuerunt Protectiones, quæ certis pactis atque conuentionibus iniri ſolent; ita vt protectio hodierna nihil ſit aliud, quàm clientela ex conuentione atque pacto conſtans. Quamquam enim clientelæ olim abſque vllis conſtituerentur conditionibus, poſterioribus tamen temporibus, creſcente vſu, neceſſe fuit in certas conſentire leges, ne vel clientes à patronis opprimerentur, patroni verò à clientibus perfidè deſererentur. Ex quo factum vt hodie nemo alterius patrocinium ſubeat, niſi tabulæ clientelares, conditiones, in quas conuentum, exprimentes, conficiantur. Ita in pacificatione Quedlinburgenſi an. 1523. cautum: *Das die Stadt Hildesheim ſolte in Herzog Erichs zu Braunſchvveig Schuz vnd Schirm ſein vnd bleiben, alſo das er ſie bey allen ihren priuilegiis, Gnade vnd Freyheiten ſolle vngehindert vnd vnbetrübet laſſen.* [*Letzner.* l.2. Chronic. Daſſel. cap.37.] Gaudeat proinde ſibi Hildeſienſis ciuitas, quod tam illuſtri ac potenti patrocinio circumſepta ſit, atque ita arcanam molitionem Epiſcopi ſui [nempe omnimodam illius vrbis ſubiugationem] ſecurè eludere poſſit. Non parum autem intereſt Sereniſſimi Brunſvicenſis Ducis, vt ciuitatis illius nobilis patrocinium ipſis ſartum tectúmque ſemper maneat, quo potentem iſtum vicinum, quem in gremio territorij ſui fouet, eo melius frenare, ipſique naſale atque antilenam [vt loquimur] iniicere poſſit. Tale ius protectionis etiam competit Ducibus Saxoniæ in Erfurtum, de quo iure olim nobilis fuit controuerſia ac Mauritius Alberti Brandeburgici iniurias Erfurtenſibus illatas, tanquam clientibus ſuis, inter cauſas belli numerat ap. *Sleidan.* l.25. pag. 798. Sed quid audio? Hodiernus Sax. Elector dicitur hoc ius Moguntino vendidiſſe. Sed quid ad hæc dicent cæteri Sax. Duces. Notandum hic eſt, hodiernorum clientum rarò optimam conditionem ſolere exiſtere. Eligit enim ſibi ſæpe aliquis patronum, cuius conſilio regi, ope iuuari, ſerio animi propoſito, & ingenuo cultu obſeruantiáque expetit; ſed cum omnes obſequij numeros impleuit, nimis tardè demum ſentit, ſe in patrocinia ſimulata incidiſſe. Ex parte igitur clientum cautè agendum, ne Charybdim fugiendo in Scyllam incidant, & ſub ſpecioſo iucundæ libertatis nomine improuiſà ſeruitute opprimantur, & inde oriatur ſubiectionis occaſio, vnde protectionis beneficium oriri debuit, iuxta apologum illum Æſopicum, de quo pulchrè *Sigonius*:

Accipitrem milui pulſurum bella columba,
Accipiunt Regem, Rex magis hoſte nocet,
Incipiunt de Rege queri, quia ſanius eſſet
Milui bella pati, quàm ſine Marte mori.

In iure publico quidem hodie recepta & communis ſententia eſt,

Ius protectionis.

Ducũ Brunſuicẽſium ius protectionis in Ciuitatẽ Hildeſheim. Intereſſe illorum Ducum.

Arcanum intereſſe Epiſcopi Hildeſienſis.

Intereſſe Electoris Saxon.

Abuſus hodierni iuris clientelæ.

Intereſſe Ciuitatum ratione iuris protectionis.

Ius protectionis non tribuit iuriſdictionē. ius patronatus aut protectionis vel aduocatiæ nullo patrono vel protectori aut aduocato in clientes ſuos tribuere iuriſdictionem; vnde vulgatum illud: *Schutz vnd Schirm gibt keine obrigkeit, entziehet auch dem rechten Erb Herrn an ſeiner Gerechtigkeit nicht das aller weinigſte.* cap. *Recepimus. de Priuileg.* (*Gail.*2. Obſeru.54.) ſæpenumero tamen protectio iuriſdictionis & ſubiectionis eſt initium, nonnullique Principes iure clientelari quaſi modo propagandi imperij iamdudum vſi fuerunt. [Vid. *Bodin.* l.5. de Repub.cap.6.] *Die Hiſtorien bezeugen das die* Protection *endlich vff eine* ſubiection *hinaußgelauffen, vnd* tacitam aliquam ſuperioritatis alluuionem *mit ſich gefüret.*

Campanellæ iudicium de iure protectionis. Campanella modum hunc acquirendi ciuilem poteſtatem approbare videtur dum (c.9. de Monarch. Hiſpan.) ait: *Qui protegit, aut adiuuat, natura dominus fit illius, quem protegit aut adiuuat, ſicut homo factus dominus equi, dum illum contra ceruum adiuuit,* Hanc Campanellæ iniquam & inciuilem maximam multi potentes Principes, omni exceptione maiorem putant, dum ſub patrocinij velo ciuitatum Dominatum inuadunt.

Intereſſe Ciuitatū Imperij decreſcit. Cammerich. Metz. Tull. Verdun. Ita ſuperiori ſeculo Cameracum, Tullum Verodunum atque Metis, quæ liberæ Imperij vrbes erant, ſub plauſibili patrocinij nomine, ab Imperio auulſæ ſunt, libertatémque priſtinam, rem inæſtimabilem, & auro contra caram, amiſerunt. *Intereſſe Principum ratione iuris protectionis.* Fatendum verò eſt in mobili protectionis iure inſigne Principum latere intereſſe atque commodum. Nam in protectionis pactione verſatur præiudicium veri domini, cuius obedientia & auctoritas paulatim minuitur, protectionis verò augetur. Vnde etiam in Imperio ius aduocatiæ & protectionis tunc conceſſum eſt, quando eſt præſcriptum, & præſcriptio circa hoc ius ſemper præſupponitur. (Vid. R.I. de an. 1555. §. *Es ſoll auch kein Stand.* verb. *Vnd ſoll hiemit,* &c. R.I. Auguſt. de an. 1566.) Qui ergo Status hoc ius non præſcripſerunt, vti eo non poſſunt, quum alios modos, v.g. pacta, ſtipulationes, teſtamenta, &c. Lex Imperij non memoret, vt ſcribit Dn. *Sithman.* (in Specul.Imper.Rom.l.1.cap.8.num.13.27.) Præter hoc ius patronatus ciuile, eſt & aliud Eccleſiaſticum, in praxi hodie famoſiſſimum, quod

Ius Patronatuś Eccleſiaſticum. fundamentum habet in iure ciuili, cuius vigore ij, qui Eccleſiam ædificant, aut de ſuo clericis præbent annonas, ius habent inſtituendi ſiue præſentandi clericos in parochiis vacantibus. Vnde illi verſiculi:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Item:

Patrono debetur honos, onus, emolumentum,
Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

(Vid. Nou.57. cap.2. Nou.123. cap.18. vbi vox ordinare non ita ſtricte

accipitur, ſed latè pro præſentare. Ordinatio enim ſine omni dubio debet fieri ab Epiſcopo.) Quid circa hoc ius ſtatutum ſit in Ducatu Brunſuicenſi vid. Ordinat. Eccleſ. Brunſuic. p. 185. tit. *Wie alle Pfarren vnd Kirchen Æmbter beſezet werden ſollen.* item *Landtags Abſchied zu Gandersheim.* §. *Anfänglich.* In Inſtrumento Pacis h. non intelligitur ius patronatus ciuile, ſed Eccleſiaſticum. Notandum porrò hic, dum in textu dicitur *criminalis iuriſdictio* (*Peinlich oder Halsgericht, Obergericht, Blutban*) id fieri ſecundum hodiernam praxim, quum alias in iure Romano non detur Criminalis iuriſdictio, vt latius exponunt *Sutholt.* in Diſſert. inaug. de Iuriſd. *Dn. Hahn.* ad Weſemb. & *Dn. Struue* in Exercit. Pand. ad tit. de Iuriſdic. Rectè autem hodiernæ Iuriſdictionis obiectum adæquatum eſt omne negotium vel ciuile vel criminale, circa quod iuſtitia in Repub. venit adminiſtranda. Et uerò quòd vulgo aliter ſoleamus loqui, & criminalia negotia à propriè ſic dicta iuriſdictione diuellere, id fit imitatione quadam Romanorum veterum, qui vocem iuriſdictionis variè accipientes obſcuritatem aliquam rei per ſe claræ induxerunt. De *Centena* (quæ iuxta hodiernam conſuetudinem merum imperium dicitur) Vid. *Webner.* in obſ. Pract. verb. Centfrais. Quomodo *Ciuitas Egrana* ea quæ hic diſpoſita ſunt de iure patronatus & in verſ. *In iis locis*, &c. pro ſe allegarit vide quæ ſupra ad art. 5. §. 9. verſ. *Quoad oppignorationes, &c.* dicta ſunt. Quid porrò hic in Iuſtr. Pac. diſpoſitum ſit de iure reformandi; quando ius territori & controuerſum vid. in verb. *Territorij iure controuerſo*, &c. §. 14. *Criminalis iuriſdictio.*

II. In §. 15. art. 5. Inſtr. Pac. porrò conſtitutum quid circa *reditus bonorum Eccleſiaſticorum obtinere debeat.* Circa hoc caput *Euangelici* Oſnabrugæ an. 1646. menſ. April. ita in grauaminibus ſuis: *Rente, zinſe, Güld, zehenden vnd andere intraden, ſo die Euangeliſche Stifft, Cloſter, Hoſpitalen, &c. in Catholiſchen Landen zu fordern haben, ſollen vermög des religion friedens vnd Reichs abſchieds ihnen ohnweigerlich gefolget, wie auch von denen Geiſtl. Gefallen, ſo (wie obſtehet) auß denen Euangeliſchen Oertern in Catholiſche Lande gehörig ſein, die miniſteria, Schulen,* Hoſpitalia *vnd Almoſen, auch ins künfftige beſtellet werden. So wird doch dem Schnurſtracks zuwieder gelebet, die Rente nicht abgefolget, zu den almoſen kein Euangeliſcher gelaſſen, die miniſteria vnd* Hoſpitalia *beſtellen ſie auch nicht, vnd ſonderlich in Reichsſtädten da vor dieſen beyde* Religionen *bey einander geweſt, geben in dieſem* Punct *groſſe beſchwerungen vor, wie die Außpurgiſche, Weiſſenburgiſche, Bieberachiſche, Kauffbaierſche, Dinckelſpüliſche, Rauenſpurgiſche, Lindawiſche, vnd andere Stände mehr grauamina iedermännigligh bewuſt ſein.* (*Theat. Europ.* T. 5. p. 1045.) Grauamen hoc diſcuſ- *De reditibus bonorum Eccleſiaſticorũ.*

ſum eſt §.15. Inſtr. Pac.h. quem textum quomodo pro ſe allegarit *Ciuitas Egra* vid. ſupra ad art.5.§.9.verſ. *Quod ad oppignorationes*, &c.

Decimæ. III. *Decimæ*, quarum hic fit mentio, ſunt omnium bonorum legitimè acquiſitorum decima portio, quæ conſeruationi templorum, & ſimilibus piis cauſis inſeruit. Vid. Tr. *Werndle vom Zehntrecht. Reinking*.l.3. de R. S. & E. Cl. 1. c.8 & Diſſ. Dn. D. *Crolovvij* de iure Decimarum ſub præſid. Dn. Hahnij Helmſtadi habita. Quod attinet ius decimarum, [*Zehend Recht*] eleganter de eo agit *Hug. Grotius* (l.1. de Iur. Pac. & B.) vbi tradit, quod Lex de decimis monſtret, Chriſtianos obligari ne minus fructuum decimâ in alimenta eorum, qui in ſacris rebus occupantur, conferatur. Licèt verò iuris naturalis ſit, vt miniſtris Eccleſiæ ſtipendia iuſta & debita reddantur, quibus poſſint conuenienter ali atque ſuſtentari; iuris tamen naturalis non eſt, ſed tantummodo Eccleſiaſtici, vt certa & definita pars fructuum, nimirum decima, perſoluatur, [vt rectè docet *Dominicus à Soto* Caroli V. Cæſaris Concionator aulicus Tr. de iuſt. & iur.9. qu. 4. art. 1.] Hinc licèt conſuetudine effici non poſſit, quin debita miniſtris Eccleſiæ alimenta præbeantur, niſi ipſi de iure ſuo cedant; vſu tamen introduci poteſt, ne decima fructuum portio reddatur, ceu rectè ſcribit Lorcitanus Presbiter, & iuris moralis perdoctus cenſor, Ioan. *Azorius* [p. 1. Inſt. Mor. l.5. c.17.] qui itidem ſequentia [p. 1. d. Tr. l.7. c.34.] tradit: *Ratio quidem naturalis præſcribit, aliquid eſſe Deo offerendum, ſicut etiam præcipit aliquo tempore feriandum, & Deo diuiniſque rebus vacandum; at quemadmodum certum & ſtatutum tempus non conſtituit, quo Deo vacemus; ſic nec præcipit certam bonorum partem Deo offerri; Nec enim magis præcipit decimam, quam vigeſimam, trigeſimam aut quinquageſimam reddi.* Hodie ſi decima pars omnium rerum ad ſacra adhiberetur, valde laudabile eſſet; quod per modum conſilij dici quidem poteſt, nullam tamen habet obligationem. Politici quoque illud ipſum vix ac ne vix quidem concedent: Quippe quorum nonnulli hodie peculiarem Falcidiam pro ſuprema Lege habent, quæ non ſtricta, ſed valde laxas atque remiſſas habenas habet, & iuxta quam vix quinquageſima bonorum pars ſacris vſibus addicitur, imò ſuperiori ſeculo occupatis bonis Eccleſiaſticis, poſt ſacram illam valde opimam meſſem multæ decimæ in fiſcum atque æraria redactæ, quod ipſum an in foro poli & conſcientiæ excuſari poſſit, in nouiſſimo iudicio Præſes Chriſtus, Seruator noſter, diſcutiet. Ad decimarum ſolutionem grauiter adhortatur Concilium Tribur. ſub Arnolpho Imp. celebratum an. 895. vbi can.13 ita ſancitur: *Decimæ ex debito requiruntur. Quod ſi diceret Deus: Meus es ô homo: mea eſt terra, quam colis: mea ſemina, quæ ſpargis: mea animalia, quæ fatigas: meus*

Quo iure miniſtris Verbi Diuini debeatur Decima.

Dominicus à Soto.

Azorius.

Conſilium circa decimas.

Abuſus circa decimas taxati.

eſt, &c.

eſt Solis ardor, *& cum omnia mea ſint*, *tu*, *qui minus accommodas*, *ſolam decimam merebaris*: *Sed ſerua tibi nouem*, *da mihi decimam. Si non dederis decimam*, *auferam nouem. Si dederis mihi decimam*, *multiplicabo nouem*, &c. Certè qui promiſſas decimas non ſeruat, illi veriſſimè dicitur: Dabis impio militi, quod non vis dare Sacerdoti c. *Decima.* cauſ.16. qu.1. Et quod non capit Chriſtus, rapit fiſcus. c.8. cauſ. 17. qu.7. (V *Gryphiand.* l.1. Oecon. Leg. c.11. n.59.60. *Aduocatia* porrò cuius hic fit mentio, eſt ius defenſionis & protectionis Eccleſiarum cum aliqua iuriſdictione coniunctum; & inſpectione adminiſtrationis Oeconomiæ. De illa Vid. *Reinking.* 3. cl.1. c.9. n.58. *Lehman.* l.2. Chron. c.96. *Carpzou.* Iuriſpr. Conſiſt. l.1. De fin. 126. Dn. *Strune.* Syntag. Iur. Feud. c.6 th.4. *Daniel Haider Von Reichs Vogteyen.* Lit. Bb. p.51. *Mager.* de Aduocat. armat. c.5. Magnif. Dn. *Mylerum* ab Ehrenbach. in Archolog. c.14. in tot. qui in iure Imperij publico, poſt glaciem à Conringio fractam, auriga Publiciſtarum à multis hodie ſalutatur.

Aduocatia.

D. Mylerus ab Ehrenbach.

DISCVRSVS XVII.

DE

IVRIS DIOECESANI

& Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ Suſpenſione.

Ad art.5. Inſtr. Pac. §. 16.

I. CIrca ius Diœceſanum & iuriſdictionem Eccleſiaſticam *grauamina Proteſtantium* an.1646. menſ. April. Oſnabrugæ propoſuerunt talia: *Die Geiſtliche* iuriſdiction *vnd* prætendirte iura Papalia, *vnd alles andere das dem* religiō *frieden in einigerley vveiſe hinderlich vnd abbruchig ſein könte, iſt alſo eingeſtellet vnd auffgehoben, das man ſich derſelben gegen Euangel. Ständen vnd*

Grauamen Proteſtantium circa iuriſdictionē Eccleſiaſticam.

ihre mediat vnd immediat Vnterthanen in keinerley vveiſe noch vvege anzumaſſen hat, &c. Nichts deſtovveiniger vnterſtehen ſich die Catholiſche Ertz vnd Biſchoffe vnd andere Geiſtliche der Euangeliſchen Ständen Vnterthanen an theils orten in Ehe vnd andern Sachen, vor ihr Geiſtlich gericht zu ziehen, vnd ſie in ihren Conſiſtoriis Zu turbiren: *Dringen auch die Euangeliſchen an vielen orten zu haltung des Nevven Calenders, dadurch ihnen ihre FeſtZeiten vnd Gottesdienſt verruket vnd verſtöret vvird; ia es haben vvol Päbſtl.* Nuncij *ſich vnterfangen die Geiſtl.* iuriſdiction *in Euangel. Hoben Stifftern zu üben, Euangeliſche* Prælaten ad videndum ſe priuati *Zu* citiren, diſpenſation *Zu ertheilen,* præbenden *zu vergeben,* &c. (*Th. Eur.* T.5.p.1045.)

Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ origo. II. Vt autem ab ouo (quod dicitur) iuriſdictionem Eccleſiaſticam arceſſamus, res ſic ſe habet. Principio certum eſt, primis temporibus Eccleſiam Chriſtianam iuriſdictionem nullam habuiſſe. Neque enim Seruator noſter imperium ciuile ſibi vnquam condidit, vt ipſe fatetur Ioh.18. verſ.36. vel Diſcipulis & Apoſtolis dedit, quos miſit, ſicut Pater ipſum miſerat, vel, vt vſurparent, auctor fuit. Hinc Epiſcopi poteſtati ciuili parebant, à qua ius circa ſacra dependebat. *Iuris dirigẽdi, ordinandi ac protegẽdi circa ſacra cõpetit maieſtati ciuili.* Deus enim, qui dat Principibus poteſtatem regendi populos ad felicitatem naturalem, ea eis quoque omnia commiſit, ſine quibus bene tranquilléque in Repub. viui non poteſt. Poſito enim fine ponitur ius ad media quælibet honeſta & poſſibilia. Inter hæc autem præcipuum eſt religio, ſine qua ſocietas hominum inter ipſos durare, neque ſummis poteſtatibus ſua ſecuritas, authoritas, & præcellentia conſtare poteſt, temere quouis ſuæ ſuperſtitioni relicto. (Vid. Dn. *Herm. Conring.* de Maieſtatis Ciuilis authoritate & officio circa ſacra. *Hug. Grot.* Tr. poſthumus *de Imperio Summarum poteſtatum circa ſacra.* Dn. *Strauch.* Diſs. Exot. 5. th. D.8. th.18. M. *Anton. de Dominis* de Repub. Eccleſiaſt. l. 6. c.5. qui tanquam aquila in nubibus intento animi oculo dextre hanc materiam digeſſit. Dn. D. *Bœckelman* in Diſput. Inaug. Axiom. 6.) *M. Anton. de Dominis.* Hinc hodie in puriſſimo Proteſtantium Chriſtianiſmo recepta eſt aurea regula. *Cuius eſt regio, illius eſt etiam religio,* id eſt, diſpoſitio de religione, inſpectio & reformatio. (V. *Reinking.* & Dn. D. *Tabor.* de Regimine Eccleſiaſtico) Diſtinguere enim debemus inter *poteſtatem Eccleſiaſticam internam*, quam ſpiritualem vocamus, quæ exercetur Eccleſiaſticè, id eſt, docendo, adminiſtrando Sacramenta, ligando & ſoluendo peccata. *Poteſtas circa ſacra eſt vel interna, vel externa.* Et hæc poteſtas ſolis miniſtris Eccleſiæ eſt propria: Et *externam*, quæ non Eccleſiaſticè exercetur, ſed per modum directionis, qualis competit maieſtati ciuili, & cuius ratione Principes merito Paſtores Eccleſiæ dicuntur, (D. *Ziegler.* Exercit. 8. ad Regicid. Anglican. p.143.) iuxta illud Conſtantini

M. *Vos Epiſcopi in Eccleſiâ; Ego Epiſcopus extra Eccleſiam*; nempe quoad externam adminiſtrationem. Et hac ratione Pontificiis libenter concedimus, quod Principes noſtri ſint Lutherani Pontifices. De Imperatoribus ab Octauiano vſque ad Gratianum ſcribit *Zoſimus* [lib 4.] quod tanquam Pontifices Max. Pontificiali veſte induti virgâ Aaronis ſimul & baculo Moyſis imperarint. Atque huc trahendum eſt illud Politicum prouerbium: *Reſpublicas tandiu florere, quamdiu Moyſes & Aaron maneant fratres.* Res ſeſe habet cum Eccleſia, in his terris ſub vexillo Chriſti militante, vti cum vinea. Miniſtri & Sacerdotes ſunt tanquam vinitores, magiſtratus verò ciuiles tanquam domini vicarij, in quorum Republ. Chriſtus ſibi Eccleſiam colligit: Supremum verò & principaliſſimum Eccleſiæ dominium ſibi vindicat ſolus Trin-vnus Deus, qui etiam nouiſſimo die cum dilectis ac fidelibus ſuis, qui ſtrenuè pro illius gloria, fide, ſpe ac charitate militarunt, triumphum ex diaboli & impiorum dolore aget iuſtiſſimum. Religio itaque, quum in iure quodam conſiſtat [l.3 l.10. D. de j. & j. l. 2. D. de Legib.] eius conſtitutio ad τὴν νομοθετικὴν ſpectat. Quoniam tamen ipſe Deus hac in parte Legiſlator noſter fuit, & religionem nobis tradidit, non amplius homini fas eſt, huic vel addere quicquam vel detrahere. [*Apoc.* 22.v. 19.] Omnis ergo humana poteſtas in cuſtodiâ & adminiſtratione præceptorum diuinorum verſatur vel docendo illa, quod Sacerdotum eſt, vel circa illa imperando, quod ſummæ Poteſtatis eſt. [V. Dn. *Ludol. Hugo.* de Stat. Reg. Germ. §. 25. 26.] *Prima* itaque *ætas Eccleſiæ communi presbyterorum conſilio regebatur*, qui promiſcuè Presbiteri & Epiſcopi audiebant, *primiſque tribus ſeculis preſſa ſub gentilibus Imperatoribus & ſanguine velut a Eccleſiæ facies Eccleſiaſticam planè ignorauit maieſtatem.* Sub *Conſtantino* M. poſt, ſeculo IV. reſpirare cæpit. Et quamuis hic Imperator magnus Epiſcoporum cultor extiterit, maximiſque honoribus eos affecerit, maieſtatis tamen circa ſacra illis ne γρῦ communicauit, ſed Epiſcopos ipſe iudicauit. [*Euſebius* l.10. Hiſt. Eccl.c.5.] Ipſe celeberrimum propria authoritate coëgit concilium Nicenum, cui ipſe præfuit, [*Euſeb.* l.3. Vir. Conſtan. c.6. & 13.] & Epiſcopos Arrium, Euſebium Nicomedienſem & Theognidem in exilium ire iuſſit. [*Socrat.* l.1. Hiſt. Eccl. c 5] Rationemque ab Epiſcopis exegit omnibus [*Socrat.* l. 5. c. 20.] *Euſebius* [l.4. de Conſtantin.] meminit ſe audiuiſſe Conſtantinum Imp. ad Epiſcopos in conuiuio dixiſſe: *Vos quidem eorum, quæ intus ſunt in Eccleſia agenda, ego verò eorum, quæ extra hanc ſunt, Epiſcopus a Deo ſum conſtitutus.* Vnde patet Imp. circa ſacra Imperium, Sacerdotibus verò miniſterium tribui. *Conſtantius* ſucceſſor eiecto Liberio ſubſtituit Felicem [*Theodoret.* l.2. c 16.] *Honorius* Eülalio

Lutheran Papæ.

Exercitium iuris ſacrorũ à tempore Conſtantini M.

Imperatorum Chriſtianorum maximũ ac capitale intereſſe eſt cura religioſa.

Bonifacium, an. 420. Beliſarius nomine *Iuſtiniani* Siluerio Vigilium an. 538. Repudiato ruſſus Vigilio Iuſtinianus reſtituit Siluerium. Pulcherrimè Iuſtinianus [Nou. 6. in præfat.] ita loquitur: *Nos maximam habemus ſolicitudinem circa vera Dei dogmata, & circa Sacerdotum honeſtatem.* [add. c. *cauſam.* Extr. Qui fil. ſint l g.] Idem in Nou. 3. Epilogo ait: *Non minor nobis eſt cura horum, quæ ſanctiſſimis Eccleſiis proſunt, quàm ipſius animæ.* Glorioſa ſanè & laudabilis eſt eiuſdem Imperatoris arrogantia, quando [in l. 3. C. de Aleator:] ſcribit: *Non ſolùm bella bene ordinamus, ſed etiam res ſacras.* Ioannes Papa laudat Iuſtinianum, quòd Eccleſiaſticis diſciplinis Romanæ ſedis reuerentiam conſeruet. [l. *Inter claras C. de S.S. Trinit.*] Et Codex Iuſtinianeus lib 1. ſatis probat quantopere Iuſtinianus ſacrorum ius in ipſis rerum argumentis exercuerit. Iuſtinianus iubet quæ religio ſit ſeruanda & quomodo C. l. 1. & ſeqq. [de Sum. Trin] quænam Scripturæ interpretatio recipienda [Nou. 146. ibique Cuiac.] conſtituit de Epiſcopis & Clericis t. t. C. & N. 138. de Synodis quotannis habendis N. 123. 137. De vita monachorum & lectione Scripturæ N. 5. & 133. De Hæreticis t. t. C. & N. 132. De Samaritanis N. 139. Ipſis verò Epiſcopis non iuriſdictionem ſed Epiſcopalem audientiam tantùm conceſſit V. t. t. C. de Epiſc. aud. Hinc Curia Romana propterea Iuſtiniano infenſa, quòd conatus fuerit tot leges ſacras conſtituere, eamque ob cauſam curarunt ante aliquot annos per *Nicolaum Alemannum* Florentinum edi *ἀνέκδοτα* Procopij, quibus traditur Iuſtinianum fuiſſe hominem ſceleratiſſimum; Sed nullum alium finem ſibi habuerunt propoſitum, quàm vt Iuſtinianum peſſim apud omnes denigrarent. Meretur imprimis legi de hoc negotio Dn. D. *Ioannis Eichel*, Icti & Profeſſoris Helmſtadienſis eruditiſſima Præfatio ad Anecdota Procopij. Hæc vera Maieſtas in ſequentibus Imperatoribus præluxit ad ortum vſque Hildebrandinæ Monarchiæ, dictante Onuphrio. Ipſi Canones Carolo M. poteſtatem circa ſacra quoque adſcribunt c. 22. Diſt. 63. c. ſequ. c. *Nos ſi competenter.* cauſ. 2. qu. 7. Dn. D. *Hackelman.* in inaug. Diſp. Axiom. 7. & 8. De Friderico I. Imp. vid. 2. Feud. tit. 27. in princ.

Intereſſe Iuſtiniani.

Procopij arcana Hiſtoria.

Doct. Ioan. Eichelius.

III. Ex hactenus adductis patet iura Epiſcopalia, quæ hodie vocant & iuriſdictionem Eccleſiaſticam Epiſcoporum in primitiua Eccleſia, & longa ſeculorum ſerie fuiſſe incognitam. Florente Francorum Imperio *Carolum M.* & *Ludouicum Pium* in curam ſacrorum diligenter incubuiſſe, cum aliunde, tum quàm maximè ex libris capitulorum vtriuſque Cæſaris, & filiorum Ludouici (ab *Anſegiſo* collectis & à P. *Pithœo* editis) manifeſtum eſt. Cæterùm poſt illa tempora decreuit illa curatio ſenſim, & inualuit paulatim Rom. Pontificis auto-

Intereſſe Imperij circa Eccleſiaſtica decumbit.

ritas, ita vt Regibus & Reipub. ius inſtituendi cultus Diuinos paulatim perierit, contra verò illud ſit deuolutum ad Romanos Pontifices & Epiſcopos, idque non quod illi membra eſſent Reipub. ſed quaſi tota hæc curatio iure Diuino ſolis illis competat, ad Rempub. autem illa non pertineat. Certè omne illud ius in ſolidum tandem Reipub. German. eſt ereptum ætate *Henrici* IV. Imp. artibus Gregorij VII Papæ, noua & nunquam audita ſuperſtitione in orbem inuecta. Quo ipſo magna iurium ſummæ poteſtatis pars periit, atque à Republ. diuulſa fuit. (Dn. *Conring.* ad Lampad. p. 3. c. 11. §. 4.)

IV. Poſtquam igitur omnis Eccleſiæ cura primum ad Epiſcopos delata (quod nouum eſſe ſuo ſeculo *Hieronymus* in Comment. Epiſt. ad Tit. 1. queritur) Epiſcoporum poteſtas certis ſedibus & *Diœceſibus* fuit arctata, & inductum, vt plures Epiſcopi ſubeſſent vni, qui in *Metropoli* ſedem haberet. (can. 4. Nicen.) denique Metropolitanis & Primatibus *Patriarcha* in tota aliqua religione præeſſet. Fuerunt autem quatuor Patriarchæ Romanus, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus. Inter hoſce quum ambitionis vitium & πρωτεῖας controuerſia, præſertim inter Conſtantinopolitanum & Romanū Patriarcham, gliſceret & hic (nempe *der Römiſche Pfaff*) à *Phoca* Imperatore primatum obtinuiſſet, Epiſcopi Romani ſenſim, indulgentia Francorum Cæſarum ſe vnum in Eccleſia vniuerſali Caput Conſtituerunt, tandemque horribile illud *Pap Imperium*, monſtrum illud à Iohanne Apocalypta deſcriptum condiderunt. Vir doctus referente *Zinckgreffio* de illa Hiero Monarchia tale iudicium tulit; Phocas *hat das Pabſthum gepflanzet, Franckreich hat es gewäſſert, der Teuffel hat das wachsthumb darzu geben.* Nimirùm falsò Impp. ſua intereſſe rati, ſi, vt ipſi ſuper Reges, ita & Romæ ſuæ Epiſcopus ſupra cæteros emineret. (Dn. *Strauch.* Diſſ. Exot. 5. th 2. Vid. *Marc. Ant. de Dominis* l. 3. de Repub. Eccleſ. c. 2. num. 8. *Goldaſtus* in Replica pro Imperio.) Hi docent quod ſtante illo Imperio Rom. œcumenico ad notitiam Imperialis regiminis Eccleſiæ quoque norma conformari cæperit, vt in locis Proconſulum, Præſidum, Comitum, &c. Patriarchæ, Archi & Epiſcopi ordinarentur. Notant Politici, quod ipſe *Conſtantinus M.* Princeps, vt religione bonus, ita ignorantia Politicarum literarum laborans, huic rei primum gradum firmarit. Hic enim Byzantium cæterarum vrbium poſt Romam Principem fecit, & *Metrophanem* Epiſcopum Patriarcham ſalutauit, ſed tamen vt propter Imperij originem & Romæ antiquitatem honore & authoritate Epiſcopus Romanus prior eſſet. (*Zonaras* Tom. 3. ann. l. 22.) quam prærogatiuam poſtea Patres Synodi Conſtantinopolitanæ confirmarunt. (*Socrat.* l. 5. c. 8. *Sozomen.* l. 7. c. 9.) Eadem ratio Alexandrini & Antiocheni

Ius Diœceſanum oritur.

Hierarchia Eccleſiaſtica oritur.

Erroneum intereſſe Imperatorum.

Sölœciſmus Politicus Conſtantini M.

Patriarcharum, vnaquaque illarum vrbium in ſua diœceſi Principatum obtinente [*Baron* Tom.1.an.59 num.10.11.] At quia tum duæ regnantes vrbes *Roma vetus* & Conſtantinopolis *Roma noua*; hinc *Oecumenici Patriarchæ* titulum ſibi Conſtantinopolitanus antiſtes *Ioannes*, Pelagij II. tempore ſumpſit. (*Marc, Anton. de Domin.* l.4. de Repub. Eccl.c.7.nu.11.) Idem Patriarchæ nomen à *Iuſtino* Cæſare *Hormiſda* Epiſcopo Romano primò tributum *Iſidorus* ſcribit, id quo à *Iuſtinianus* confirmauit. (Nou.131.) Inprimis verò *Phocas* (*Paul.Diacon* l.8. *Platina* in Bonifac. III.) qui Romano ſoli hunc titulum, excluſo Conſtantinopolitano, tribuit, in odium *Cyriaci* Conſtantinopolitani. *Alexandrino* autem & *Antiocheno* Epiſcopis Iuſtiniani Cæſaris temporibus œcumenicæ Synodi quintæ decreto obuenit. (Dn. *Strauch.* D. 5.th.4.) Sed *Romanus*, non contentus inter duos œcumenicos eſſe alter atque adeò primus, ſolus eſſe voluit, & vniuerſalem ſe totius orbis antiſtitem obtruſit. *Cuius Hierotyrannidis prima occaſio fuit Impp. deficiens magis magiſque poteſtas*, qua Papa Romanus ſibi relictus, quaſi laxatis frenis, pleno gradu ad tyrannidem tendebat. Irruentibus enim in Italiam variis gentibus Româ à Byzantinis Imperatoribus neglectâ, Ciueſque Romani (propter memoriam *Leonis* Pontificis, qui Romæ excidium cum apud *Gensericum* Vandalum, tum *Attilam* Hunnum deprecatus fuerat) paulatim ab Imperatoribus animis & affectu alienati ad Pontifices reſpicere, ab eorumque authoritate pendere cæperunt. Tandem cum *Longobardi*, Exarchis profligatis, toti ſimul reliquæ Italiæ, atque adeò Romæ imminerent, Ciues Romani & Pontifex, potentiæ eorum impares, *Pipinum* Regem Francorum in ſuas partes traxere, qui magnam Longobardiæ partem, his ademptam. Pontifici attribuiſſe fertur. Et quum poſt *Deſiderius*, Rex Longobardorum vltimus, nouas daret turbas, *Carolus M.* Pipini filius, à Pontifice euocatus, regnum Longobardorum ſuſtulit, & Pipini donationem con fi mauit. *Pontifices hoc modo amplificati, & terrarum ac territoriorum Domini facti, gubernationem Politicam affectabant*, eò vſque tandem prouecti, vt ſua eſſe in manu credi iuſſerint regna temporalia & mundana pro lubitu conſtituere, & conferre, temperare, transferre. Cui tyrannidi conſummandæ *Hildebrandus* Papa vltimam manum admouens, ius tam Pontificem, quam cæteros Eccleſiaſticos Proceres conſtituendi, Cæſaribus ademptum, ſibi vindicauit, iuriſdictioni & ſubiectioni poteſtatis ciuilis Clericos ſubduxit; denique Pontifices, tanquam Vicarios Chriſti religionis Dominos efficit. (Dn. *Strauch.* d. 5. D. th.5.) Verba Gregorij apud *Syring.* de Pac. Relig. feruntur hæc ad Cardinales & Clerum: *Agite Apoſtolorum Principes, & veſtra authoritate, quod dixi, confirmate, vt omnes*

Occaſio Hieromonarchia.

Papa ſciunt vti fore in fraudem & damnũ Imperialis eiuſmodi.

Solecismus Politicus Regum Francorum.

Hieromonarchia perfecta in Gregorio VII. Papa.

Vtilitas Imperij publica dimidia ex parte perit.

nunc demum intelligant, nos Imperia, regna, Principatus, & quicquid Principales habere poſſunt, auferre & dare poſſe. Hic eſt quaſi *Curtius* ille *lacus* è quo euaporarunt Rebuſpub. exitioſiſſimi ſpiritus. Dn. D. *Bœckelman.* l.c. Sic tandem iuriſdictio baculi paſtoralis, & iura Epiſcopalia quo iure quaue iniuria exorta ſunt, atque hac via exortum eſt tempus, quo *monſtrum biceps prodiit, mundana ac ſpirituali poteſtate inſignitum*, vt ſcripſit, *Ludouicus Bauarus*, Imp. in literis de Pontificis Ioannis XXII. tyrannide, relatis à *Boxhornio*, ad an. 1328. Et hanc Hierarchiam adhuc hodie grex Hildebrandinus ſiue turba Papicolarum propugnat; quamquam ſtramineis argumentis, quæ dudum à noſtris Theologis refutata in fumum & ventos abierunt. Vid. nouiſſ. Dn. *Hermanni Conringij* libellum cui titulus: *Fundamentorum fidei Pontificiæ concuſſio* vna cum reſponſionibus ad obiectiones Chriſt. *Haunoldi*, *Valeriani Magni* & Viri *Erbermanni*. Idem Vir Magnus *Conringius* in eruditiſſimo libro de *Finibus Imperij* accuratiſſimè deduxit, quod Papa neque donationis neque præſcriptionis titulo ſe in Dominio vrbis Romæ & Patrimonio Petrino defendere atque tueri poſſit. Præſcriptioni enim huic obeſt. 1. Continua mala fides. 2. contraria conſtitutio diuina, contra quam nulla currit præſcriptio (*Schurf.* Cent 3. Conſ. 83. n. 113.) Interruptio ſæpiuſcule facta (Vid. Dn. D. *Bœckelman.* in Diſp. inaug. Axiom. 7. 8.)

Iuriſdictio Papalis orta in fraudem Sacroſancti Imperij.

D. Conringius.

Præſcriptionis titulus non iuuat Papam.

IV. Dici verò non poteſt, quantopere Pontifices hac violenter contra omnia iura occupata ſacra tyrannide, & iuriſdictione ſua Papali in Imperatores & ſeculares Germaniæ Principes ſint abuſi. Poſtquam enim Henricus V. Imp. ius conſtituendi Epiſcopos Papæ remiſit, exin non tantum in Imperatorem & Imperium, ſed etiam Principes Imperij ſeculares profanorum negotiorum cauſa iuriſdictionem aliquam Papæ ſibi arrogare, & occultis artibus Principum cauſas ad forum Papale trahere cæperunt, quarum iam meminit Fridericus II. Imp. in epiſtola ad Gallos, quam *Barclaius* in Epiſtolis Vindiciarum contra Bellarminum exhibet. Quæ iniquitas duraſſe videtur ad Maximiliani I. Imp. æuum, prout ex querelis & grauaminibus Laïcorum Principum Germaniæ, ex Noribergenſibus Comitiis Papali Curiæ an. 1522. tranſmiſſis, colligi poteſt. Pulcherrimum ſanè eſt *Maximiliani* I. Imp. votum, vtinam in actum traductum! *Domini docti ſcimus, & ita ſe res habet ipſa, nihil nobis honorabilius, nihil melius, nihil glorioſius obtingere poſſe, quam ſi præfatum Pontificatum Maximum, ad nos maximè pertinentem, Imperio noſtro recuperaremus.* (*Carpzouius* in Epiſt. Dedicat. Reſponſ. Elector. præfixa) Rectè. Nam antequam Imperium inuaſiſſet *Pappia Tyrannis* Imperatores fuerunt Pontifices Maximi, & ſacrorum & religionis ius in manibus

Exceſſus Papalis iuriſdictionis.

Notentur Maximiliani I. Imp. verba.

Intereſſe Imperij hactenus neglectum.

Papalis iuriſdictio aſfectata & hactenus per ſummam iniuriam exercita maximam partem per Reformationem religioſam cõcidit.

ſuis habuerunt. Non prius autem deſiit illa Papalis iuriſdictio, quàm Laïci Principes Proteſtantes ſuperiori ſeculo Papali tyrannidi ſe opponerent. (*Buſch.* de Bon. Eccleſ. memb. 1. §. 21. in fin.) Placuit enim Diuino Numini Chriſtianam Rempub. ſub hac tyrannide ingemiſcentem clementer reſpicere, candem libertati reſtituere, atque Politicam circa ſacra poteſtatem (cui & iuriſdictio Eccleſiaſtica ineſt) in magna Imperij noſtri parte inſtaurare. Et ita Superiori ſeculo per reformationem D. *Lutheri* vetus & vera doctrina de iuribus Summæ Poteſtatis, in ipſum cultum, perſonas, & res ſacras competentibus, in lucem reuocata eſt. Religioſæ enim Pacis tranſactione (cæpta Suinfurti & Noribergæ an. 1532. (*Sleidan.* l. 8.) Paſſauij an. 1552. repetita, confirmata an. 1555. multiſque poſterioribus Comitiis poſtea an. 1648. art. 5. Inſtrum. Pac. innouata, & executioni mandata denique ab inuictiſſ. Imperatore noſtro *Leopoldo* in Capitulat. §. *Wir ſollen und wollen* ſanctiſſimæ ſeruanda iurata fide accepta) ius ſacrorum Principum Proteſtantium, ita firmatum, vt nemo id conuulſurus ſit, niſi legem turbet S. R. I. fundamentalem. Et hoc ius Principibus & Statibus per Pacem Religioſam non tam tributum quam reſtitutum, vt aſſerit Dn. D. *Ioh. Fridericus Bœckelman,* Diſput. Inaug. Med. 1. axiom. 8.

Intereſſe circa ſacra à Proteſtantibus Principibus poſtliminio quaſi reducitur.

Ius Sacrorũ cõpetiit Imperij Statibus ante Pacem Religioſam.

Nec enim ea poteſtas Statibus demum competiit ex Paſſauienſi tranſactione, ſed à tempore conceſſæ Superioritatis territorialis, vt probat Dn. D. *Tabor.* Tr. de Regim. Eccleſ. th. 13. add. *Gail.* l. 1. de P. Public. c. 6. n. 10. Idem enim ius quod ſummo Principi in Imperio vi maieſtatis, etiam Statibus vi Superioritatis territorialis competit. Vid. Dn. *Limnæ.* Tom 4. de I. P. l. 8. n. 6. & ſeqq. p. 183. add. *Rec. Imp.* de an. 1524. §. *Als auch vielgedachte,* vbi Status Imperij longè ante Pacificationem religioſam dicuntur *Schützer und Schirmer deß Glaubens.* Inprimis circa hanc rem eſt pulcherrimus textus in *Rec. Imper. Auguſt.* de an. 1525 §. *Und nach dem,* infra h. Diſc. n. 5. adductus.] Vt proinde D. *Lampadij* [de Republ. Rom. Germ. p. 3. c. 11. §. 6.] contraria ſententia, iuri territoriali Principum multum detrahens, minimè ſuſtineri poſſit. *Principes Imperij non quidem vi alicuius ſummæ poteſtatis ius ſacrorum ſibi ſuperiori ſeculo rurſus aſſertum iuere, ſed vi territorialis ſuperioritatis ſiue,* quod idem eſt, *vi ſubalternæ poteſtatis.*

Principes nõ ſummã ſed ſubalternã poteſtatem habent.

Cum enim illis aliiſque Ordinibus negata fuiſſet omnis Eccleſiæ emendatio, quam quaſi imperabat ius naturæ pariter ac Diuinum; potuerunt imò debuerunt ſalute territorij hoc ipſum flagitante, emendationem illam ipſimet inſtituere. *Vti enim Imperatori Salus Imperij ſuprema lex eſt; ita Principibus ac Statibus ſalus territorij ſiue ditionis ſummo Imperio ſubalternæ, candida meta eſt, ad quam Regij iſti athletæ decurrunt.* Imo

cum

cum Epiſcopi omnem curam emendandæ Eccleſiæ reiicerent, & tamen Eccleſiæ ac Reipublicæ intereſſet, vt nonnulli authoritate valentes hanc curam ſuſciperent, exegit ipſa ſalus Reipub. & neceſſitas, vt Principes illi hanc curam ſubirent. (Confer. Dn. *Conringij* Defenſionem Eccleſiæ Proteſtantium.) Egregia ſunt Diui Iulij Sereniſſimi Brunſvic. Legiſlatoris verba, quando (in Præfat. ad Ordin. Eccleſ.) ita ait: *Weil Wir erwogen, daß wir unſern getrewen und Lieben unterthanen nicht allein umb Zeitliches Friedens Willen, ſondern auch darumb von ſeiner Göttlichen Almacht fürgeſezt, daß Wir bey denſelben vor allem andern Was die rechte Erkandnis, Anruffung und Dienſt Gottes belanget, vermög unſers tragenden und von Gott befohlenen Ambts befürderten, &c.* Item: *Weil unſere unterthanen deß Glaubens und der religion halber nicht Weiniger als in der Weltlichen euſſerlichen Regierung, &c. uns als dem Landesfurſten beyde von der hohen Obrigkeit in der Welt und auch an dem Tage deß Herrn zu vertreiten ſtehen, &c.* Quod ius ſacrorum olim in Imperio fuerit penes Imp. & Ordines egregiè deducit Dn. *Ludolph. Hugo* (de ſtat. Region. Germ. §. 23. & ſeqq.) Inualeſcente autem magis magiſque Papæ Romani authoritate Imperator & Principes omni ferè poteſtate circa ſacra exuti ſunt. Quamquam autem in poſſeſſionem (naturalem) iſtius Monarchiæ venerit Pontifex, de iure tamen ſemper dubitatum fuit. Quin diſſenſiones adeò variæ hominum doctorum ea de re fuerunt, vt nonnulli ex Scholaſticis cenſuerint, ad veram poteſtatem Eccleſiæ pernoſcendam opus fore, vt ſapientes & docti iuramentis & horribilibus comminationibus ad veram animi ſententiam dicendam adigerentur. (*Marc. Ant. de Domin.* l. 5. de Repub. Eccleſ. c. 1. num. 4. Principibus Imperij curam religionis adſcribit Rec. Imp. Norimb. de an. 1524. §. *Vnd iſt darauff.* Rec. Auguſt. de an. 1525. §. *Vnd nach.* Hinc Ordines Imperij (in R. I. de an. 1524. §. *Als auch vielgedachte*) dicuntur: *Schützer und Schirmer deß Glaubens.* Et rectè quidem, idque probatur hoc inuincibili argumento: Cuicunque pro fine eſt dirigere omnia ad reip. vtilitatem, illi quoque eſt permiſſa ἡ περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλεια. Atqui maieſtati ciuili pro fine eſt, &c. E. Maior patet, quum ſine cura, quæ refertur ad naturam diuinam ciuitas eſſe nullo pacto poſſit. (*Ariſt.* 7. Pol. c. 8.) *Principibus Imperij cō-petit cura religionis.*

V. Quum itaque per Pacem Religioſam, & per Inſtrum. Pac. art. 5. §. 16. hic ſuſpenſa ſit in Principes Euangelicos iuriſdictio Eccleſiaſtica Curiæ Romanæ, & Epiſcoporum Pontifici adhærentium, [add. *Rec. Imper.* de an. 1555. §. *Damit auch,*) diſcordantiſque patriæ non aliud remedium fuerit, quàm ſciſſuram in Eccleſiâ relinquere, & permiſſo religionis diſſidio in Repub. vnum ſentire, hinc ad *Status Imperii Euangelici hodie iura Epiſcopalia habent.*

hinc ad Proteſtantes ſimul tranſierunt, cum iure reformandi *iura Epiſcopalia*, quæ etiam hodie ab iis exercentur, fruſtra ringente Romano Pontifice, qui talia iura antea per inſignem iniuriam & fraudem (dum in magiſtratuum iura falcem ſuam immiſit,) ſibi vendicarat, ac dein Epiſcopis ſuis attribuerat; *vnde & iurium Epiſcopalium orta appellatio. Hic ergo Inſtrumenti Pacis paragraphus rebus Proteſtantium ſplendidiſſimum addidit carbunculum, quod hiſce ſacrorum iuribus reliquos Imperij Con-ſtatus Catholicos & ipſum Imperatorem ſuperent atque præcellant.* Monſtrauit ipſis hanc viam ſuperiori ſeculo Sapientiſſimus *D. Lutherus*, qui adminiſtrationem rerum ſacrarum & ciuilium, & inconſultum zelum, nulla diſciplinæ rectionis peritia temperatum, verè detexit, *& eruditum Orbem inter Numen & Pontificem Romanum rectè diſtinguere docuit.* Memoria tanti Viri & Theandri ſit in æterna benedictione? aſpergantur eius Witebergenſi ſepulchreto lilia & roſæ cum molli viola & purpureo Narciſſo. Et ita Principum.

D. Lutheri encomium.

D. Lutheri Politias priſtinæ maieſtati reſtituit.

——*Auſpiciis poſito ſqualore Papatus*
Religio noſtros incolit alma lares.

Summũ intereſſe Euãgelicorũ Imperij Statuũ circa Eccleſiaſtica.

Religio inquam *puriſſima puritatis, ipſa niue candidior, & ab omni fermento Pontificio repurgata. Summum* ergo *intereſſe*, (Hoc enim verbum quia hodie vſu tritiſſimum, etiam vſu mollire conuenit,) *Euangelicorum Imperij Statuum in eo vertitur, vt hac Epiſcopalia*(ſiue rectius ſacra)*iura fortiſſimè atque maximè ſtrenuè, (* ceu Hercules pugno clauam ſuam comprimit *) retineant*, & aduerſus omnes Papales impetitiones maſculè defendant. Eccleſiaſtica hæc poteſtas, tam carè empta atque parta ſit illis veluti *Sanctum Sanctorum*, in quod neminem præter ſe ipſos intromittant: Denique ſint ipſi *Generaliſſimi* in Conſiſtoriis ſuis. *Die* Eccleſiaſtica *iſt ein ſchöner Carbunckel, welche dem Fürſtl. Caſtor Herrlichen glantz gibt.* Et bene *Mauritius* Haſſiæ Landgr. apud *Hortleder.* ait: *Das die Freyheit in* Religions *ſachen der Stände höchſtes* regale *ſey*, teſte *Granio* de Pac. Relig. in Proœm. add. *Gylman* 3. Symphorem. verb. *Religion Fried. Lekeman.* de Pac. relig. l. 3. c. 20. Quadrat hic elegans textus in *R.I. de an.* 1525. *Aug.* §. *Vnd nach dem*, ibi: *Es ſoll ein iede Obrigkeit ſie ſey Geiſtlich oder Weltliches Standes ein fleiſſiges auffmercken vnd ernſtliches einſehen haben, das in ihren Fürſtenthumen, Landen, vnd Gebieten das Heil. Euangelium vnd Gottes Wort, nach rechten wahren verſtande ohn Ergerniß, zu erhaltung Gottes Lob, Frieden vnd Einigkeit geprediget werde.* Conf. *D. Struuen.* in Syntagm. Iur. Feudal. cap. 6. th. 15. & 17. *Carpzou.* in Iuriſprud. Conſiſt. Tit. 1. Defin. 1. & ſeqq.)

VI. Iura illa Epiſcopalia conſtitui ſolent in 4. Capitibus. 1. In Or-

diæc. 2. Lege Diæceſana 3. Iuriſdictione. 4. dignitate. (*Laurent. Ohm.* de iur. Epiſcop. §. 15.) *Ad Ordinem* referunt verbi Diuini prædicationem, adminiſtrationem Sacramentorum, poteſtatem clauium, vt & Ordinationem Miniſtrorum, quæ in ſe ſpectata ad Principem non pertinent; Cura tamen circa illa, quoad externa accidentia, Principi competit: & penes ipſum quoque eſt inſpicere, ne prætextu muneris concionatores, affectibus indulgentes, conuitiis auditores proſcindant. (Vid. *Carpzou.* d. Tr. Tit. 1. defin. 98.) Langæus Franciſci I. Gall. R. Legatus in Orat. ad Proteſtantes habitâ ait: *Ceremonias eſſe velut adiutrices & pediſſequas religionis*; (*Sleidan.* l. 9. Comm. pag. 257.) quod ſano ſenſu intellectum verum quoque eſt. Nam Deus eſt Deus ordinis (1. Corinth. 14. v. 33. 40.) Egregia ſunt in rem præſentem Sereniſſimi Legiſlatoris D. Iulij Ducis Brunſvic. & Lynæb. verba: *Derhalben haben vnd halten die* Reformirten *kirchen etzliche freye Mittelceremonien, nicht der Meinung wie der Pabſt ſeine Satzungen der Kirchen auffgedrungen hat, ſondern nur allein zu dieſem ende, daß in ſolchen verſamlungen alles ehrlich, ordentlich, vnd zur Beſſerung möge zugehen; Nemlich daß eine gewiſſe Ordnung ſey, an welchem Orte, zu welcher zeit, durch welche Perſonen, auff waſſerley form vnd weiſe die Handlung deß worts; Der* Sacrament *vnd des Gebetts gehalten werden, was vorgehen, was nachfolgen ſoll, vnd ſein ſolche* ceremonien, *die do euſerlich anzeigung geben, daß alſdo in der Gemeine groſſe, hohe, ernſte Handlungen verhanden ſein, das alſo die* ceremonien *anleitung, anreizung, vermanung vnd Bewegung ſein, daß die Leut ihre Gedancken zuſammen faſſen, ihre Hertze erheben, &c.* (Ordinat. Eccleſ. Brunſvic. part. 4. in introit.) In eadem Ordinat. (in princ. Rubr. *was daß* corpus doctrinæ *ſein ſoll*) ſequentia quoque leguntur: *Es muß daß fürnemſte, ja der Grund vnd Bodem ſein, daß die Lehre rein vnd eintrachtig ſey, Den wo man an den* ceremonien *anfangen vnd allein darauff ſehen will, ſo iſt es gleich als wen man ein Gebew, das kein gut* fundament *hat, noch ſonſt woll verwahret vnd feſt zuſammen gefaſſet iſt; auſwendig zum ſchein ſchön wolte anſtreichen.* Huc etiam ſpectat facultas ferendi leges circa religionem. *Seruiant Reges terræ Chriſto, etiam leges ferendo pro Chriſto*, ait *Augustinus* (Epiſt. 50. ad Bonifac.) Hinc Principes *Proteſtantes* in ſcripto Ferdinando Regi in Comitiis 1555. exhibito ita: *Gleicher geſtalt wollen Ihr Chur-Fürſtl. Gnad, ſich mit der Chur- vnd Fürſten ſatzung vnd ordnung, ſo ſie ihrer Geiſtl. Güter, Stands, Weſens, Ambts, beneficien, vnd officien halber auffrichten, nicht anmaſſen oder anfechten laſſen: ſondern ſtellen daſſelbe alles auf Ihr ſelbſt gegen Gott dem Allmächtigen Verantwortung.* (*Syring.* de Pac. Religioſa Concl. 27.) Non tamen eo ipſo piiſſimi

Capita iuris Epiſcopalis.

Ordo in Eccleſiaſticis debet obſeruari ceremoniaque ordinari.

Principes ſibi rapuerunt exlegem licentiam quodlibet circa ſacra figendi & refigendi, ſed cuncta ad normam verbi Dei ordinandi (vid. Dn. *Tabor.* de Regimin. Eccleſiaſt. th 35. Pl. Rener. Dn. D. *Gerhard* de Magiſtrat. cap. 9. num. 158.) Non tribuimus itaque Principi talem poteſtatem, qualem ſibi arrogat Pontifex Rom. nec Anti-Chriſtum meditamur Politicum; ſed Principis, Cuſtodis vtriuſque tabulæ, gladium contra quemcunque Anti Chriſtum aſſerimus. Notabile eſt, quod ante paucos annos *Diuus Chriſtianus Ludouicus* Dux Brunſvic. & Lyneb. *Exorciſmum* in S. Baptiſmatis fonte alias viſitatum, ſuſtulerit, & ita inſigne ius circa ſacra exercuerit. Hæc Legiſlatoria poteſtas eò vſque ſe extendit, vt ſecundum Tranſact. Paſſauienſem & Inſtrumentum Pacis in S.R. Imperio contineat. 1. Liberam religionis mutationem, quæ tamen in Inſtr. Pac. ad an. 1624. reſtricta. 2. ipſius iuriſdictionis Eccleſiaſticæ exercitium. (Dn. *Mylerus* Conſiliar. Würtemberg. Tract. de Statib. Imper. cap. 82. circa fin.) *Ad Legem Diœceſanam* referunt adminiſtrationem bonorum Eccleſiaſticorum [vide *Cothman.* Vol. 1. Conſ. 28. num. 70. & 139. & conſ. 10. num. 19. & 23.] & viſitationem, erectionem ſeminariorum doctrinæ Euangelicæ. [Vid. *Fürſtl Braunſchvveig. Lüneb. Kirchenordnungen* à Diuis *Iulio Chriſtiano* & *Auguſto* Ducibus Brunſvic. & Lyneb. ſancitas.] *Diœceſis* in ſpiritualibus eſt idem quod territorium in temporalibus. Quid ſecundum Canones iure Diœceſano veniat. Vid. *Sprenger.* Iuriſprud. public. pag 280. *Ad iuriſdictionem* referunt Epiſcopalem audientiam, perſonas Clericorum & cauſas ſpirituales ſiue Eccleſiaſticas concernentem. [*Carpzov.* de iure Conſiſt. tit. 1. def. 4. num. 9.] Nos iuriſdictionis Eccleſiaſticæ nomine & legem diœceſanam, & Epiſcopalem audientiam comprehendimus; & exercent eam Principes noſtri per *Conſiſtoria.*] Vid. Dn. *Struuen.* in Syntagm. Iur. Feud. cap. 6. th. 17. Generoſ. Dn. *Seckendorf im Teutſcher Fürſten Staat.* p. 62. 63. part. 2. cap. 11. nu. 1. & 6. 7. cap. 13. nu. 3. Vid. *ſupra part. 2. Diſc.* 12. nu. 1. & imprimis *Carpzou.* in Iuriſprud. Conſiſtor. paſſim.] De foro competente clericorum in Ducatu Brunſvicenſi ita ſtatutum : *vvofern ſich zvviſchen vnſern Ambtleüten einem oder mehr vnſer vntherthanen, gegen einem Pfarrherr, Prediger, Diacon oder Subdiaconen zutrüge zvveytracht oder vviddervvillen, So ordnen vnd vvollen vvir daß anfänglichs die Sache vnd Parteyen, durch den* Special-Superintendenten *ſelbigen Orts, neben den Ambtman, vvo derſelbe darinnen nicht verhafft, oder zvveyen des Gerichts gütlich verhöret, auch vnterſtanden vvere, ſie mit vviſſenden vnd billigen dingen zuerinnern, da aber ſolche vnterhandlung vnd angevvanten fleiß, ſie einander fürderung nicht erlaſſen vvolten, ſoll der* Superintendens *mit dem Ambtman vnd zvveyen vom Gericht an vnſer* Conſi-

Qualis poteſtas Euangelicis ſtatibus circa ſacra competat.

Quibus terminis includatur Legiſlatoria poteſtas circa ſacra.

Forum competens clericorum.

ſtorium *gelangen laſſen* , *&c. daſelbſten durch ſie vnſere Kirchenräthe der Parteyen Sachen außzufüren vnd zu entſcheiden. Was aber Erbſchafften ihre güter, vnd der gleichen* actiones reales, *Spruch vnd Fürderung betrifft, ſollen vnſere Kirchendiener an Orten anderer vnſerer Vnterthanen ſchuldig ſein Recht zugeben vnd zunehmen.* [d. Ordin. Eccleſ. Tit. Immunitates *der Kirchendiener.*] Et elegans textus in Ordin. Eccleſ. Lyneburg. [cap. 4. rubr. *Von Kirchen-Gericht*] *Das zur Erhaltung reiner Chriſtl. Lehre vnd deß* Miniſterij Eccleſiaſtici *fürnemlich zwey ſtuck, nemlich Kirchen gericht oder ein* Conſiſtorium , *vnd* viſitationes *von nöten ſein.* Error itaque eſt eorum, qui ex eo, quod pace religionis Ordinibus Proteſtantibus iuriſdictio Eccleſiaſtica expreſſè conceſſa non ſit, dicunt illam in eos non eſſe tranſlatam. Nam quoniam Principes proteſtantes, ex doctrina religionis noſtræ, iuriſdictionem iſtam ſibi ſumpſerant, vtique religione noſtra permiſſa, hoc quoque confirmatum eſt. Vt igitur expreſſis verbis in ordines proteſtantes transferretur iuriſdictio Eccleſiaſtica, nec opus fuit, nec fieri commodè potuit. [Dn. *Ludol. Hugo* de Statu Region. German. cap. 3 §. 28.] Hic in Inſtrumento pacis expreſsè ſancitur : *Das die Geiſtl.* iuriſdiction *ſolle* ſuſpendiret *ſeyn.*

Iuriſdictio Eccl. ſiaſtica competit proteſtantib.

VII. Diſponitur hic in Inſtr. Pac. 1. quod Diœceſanum ius contra Auguſtanam confeſſionem, vt & iuriſdictio Eccleſiaſtica, debeat eſſe ſuſpenſa. [Confer. *Theat. Europ.* Tom. 5. ad annum. 1646. p. 1117. art. 18.] 2. Quòd Eccleſiaſtica Iuriſdictio ita debeat eſſe ſuſpenſa, vt, vbi Diœceſani fuerunt in iure percipiendi decimas, reditus, cenſus & penſiones an. 1624. iis etiam poſthac vtantur, nec hoc caſu procedi poſſit ad excommunicationem. 3. Quomodo iuriſdictio Eccleſiaſtica exercenda ſit iuxta terminos territorij. V. text. hic verb. *in iis caſibus, &c.* 4. Quòd in ciuitatibus mixtæ religionis itidem in ciues Auguſtanæ confeſſionis iuriſdictio Catholicorum Epiſcoporum ceſſare debeat.

Ius diœceſanũ & iuriſdictio Eccleſiaſtica Romano-Catholicorum contra Auguſtanam Cõfeſſionem hodie perdidit vires.

DISCVRSVS XVIII.

DE

CONCIONIBVS, DISPVTATIONIBVS, & Scriptis contra Pacem Monaſterienſem inhibitis; item de Interpretatione Pacis Religioſæ.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 17.

I. QVEMADMODVM, ante hanc concluſam Pacem Compoſitores pacis *Dillingenſes* variè opere ſuo pacis coagulum cum proteſtantibus impedire conati ſunt; ità nunc conclusâ pace hic in Inſtrumento pacis ſerio inhibentur diſputationes, conciones, ſcripta, conſilia, &c. contra hanc pacem Oſnabrugo-Monaſterienſem inſtituta atque ſuſcepta. Contra iura itáque S.R. Imperij fundamentalia, h. art. 5. de religione ſancita, nec Ictus vel Theologus hiſcere quidem auſit. Et quamvis illi, qui ſedet in Tarpeiâ arce hæc pax non arrideat, nos Germani tamen Vaticani illius Iouis attentata non curamus, imò ſibilis explodimus.

Concionatores turbulenti non ſunt ferendi.

II. Et quidem quod Concionatores attinet, Principes & Status Imperij ſummopere cauere debent, Vt Reuerendi Miniſtri & Theologi in ſacris roſtris & cathedris intra ſepta ſua maneant, neque quidquam affectibus indulgendo, pronuncient quod Paci religioſæ ſit aduerſum & inimicum. Sæpe enim (quod cum gratia Reuerendorum Virorum dictum ſit) multi miniſtri [vt *Piccartus* ad Politic. Ariſtotelis l. 4. c. 4. docet] Demagogis non ſunt abſimiles, & ſeditionis concitores. *Philippus Knippſchid* (Reipub. Eslingenſis Syndicus famigeratiſſimus) lib. 2. de iur. & Priuileg. Ciuit. pag 271. ita hac de re: Recens exemplum ſeditionis ann. 1625. experta eſt *Lindauia*; quis enim ibidem plebem aduerſus Magiſtratum excitauit alius quàm turbulentus Eccleſiæ Miniſter M. *Alexius Neucumb*; Quis nuperrimè *Campidoni*

Intereſt Statuum Imperij, vt in Concionatores probè diſpiciant Knipſchild.

rebellionem populi aduerſus Magiſtratum mouit; & Rempublicam pæne euertit alius, quàm ambitioſus & auarus Paſtor *M. Schalter*? Quid aliud adhuc dum hodie inter Magiſtratum & ciues *Heilbrunnenſes* machinatur, quàm elatus Eccleſiæ Miniſter *M. Iohan Conradus Hiemer*? *Hactenus Knippſchild.* Quis an. 1604. Brunſvvigæ ſeditionem & tumultum excitauit? Cauſa moralis eius extitit præcipuè Coadiutor *Kauffman*. Quid *Ioannes Weiland* anno 1606. Donavverdæ agitarit Vid. ſupra *part.2. Diſcurſ. de cauſa Donavverdenſi.* V. Dn. *Schoock* l. 1. de Sedit. c.12. *Nodermanus* (de iur. Princip. concl.30.) ita perpulchrè: *Si boni ſunt viri Sacerdotes, religioſi & pacis amantes, multum prodeſſe Reipublicæ; Si verò ambitioſi, ſuperſtitioſi ac turbulenti, facilè rebellionem excitare, ſubditos ad arma vocare, & in extremum diſcrimen ſtatum coniicere poſſunt. Melius enim Vatibus plebs quàm Ducibus ſuis paret.* (*Curt.* l.4.) *Quis turbarum autor in Gallia, Anglia Belgio, Suecia, Polonia? Certe Sacerdos, præſertim turbulentus Ieſuita. Quis Author diffidentiæ inter Principes Germaniæ? Nemo alius quàm Miniſter ambitioſus.* Et mox: *Beatiſſima ergo Reſpublica, quæ Miniſtros habet pios, ſedatos, & pacis amantes, qui ſtudent conſeruare Eccleſiam, ac errantes oues cum ſumma humanitate reducere: Hi cum Chriſto colligunt, reliqui verò diſpergunt.* Hæc ille. Pulcherrimus eſt in rem præſentem textus in *Receſſ. Imp. de an.*1530.§. *Wir haben* ibi: *Die prediger ſollen ſich mit ihrem predigen vnſern Abſchied gemäß halten, vnd fürnehmlich in ihren Predigten vermeiden vnd vnterlaſſen, vvas zu Bevvegung deß gemeinen Mannes vvider die Obrigkeit, oder gegeneinander zuverhetzen dienen oder Vrſach geben möchte, vnd Gottes Wort nicht nach eigenem Willen, Nutzen, Neid vnd Hoffart, oder zu Verfuhrung der gemeinen vnverſtändigen Leyen predigen, darzu ſtumphirens, ſchmähens oder läſterns ſich enthalten.* Add. *Rec. Imp. Spir.* 1542.§. *Damit aber.* Quomodo magiſtratus præcauere debeat ne motus ex concionibus oriantur docet *Carpzov.* (I.P. Conſiſtor. p.3. t.9. def. 102. 103.) Quum itaque ſæpe Miniſtri Eccleſiæ concionibus ſuis turbare pacem poſſint, bene hic in textu conciones contra pacem religioſam & Inſtrum. Pacis ſunt vetitæ. Præſertim autem hanc ſanctionem *Romanenſes* in ſacro ſuggeſtu attendere debent. Hi enim non rarò fulmina paci & publicæ quieti contraria in Euangelicos euibrare non verentur. Notum eſt vniuerſo Chriſtiano Orbi, quid *Papa Innocentius* X. fictitius ille Vice-Deus ſiue Vicarius Chriſti contra hanc religioni datam pacem agitarit. Quum enim auguraretur pacem Germanicam dominatui ſuo grauem fore, ex *arce* ſua *Tarpeia* (quæ teſte *Hieronymo* Ep. 8. *de cælo ſæpius fulminata, oſtendit quod Deo diſpliceat,*) an. 1650. d. 26. Nouemb. publicatâ quoque Bullâ, in illam fulminare

Concionatores ſæpe Demagogi exiſtunt.

Papa auſus contra pacẽ Vveſtphalicam.

inſtituit, atque tanta quidem rabie & furore, vt *illius pacta ipſo iure nulla, irrita, inualida, iniqua, iniuſta, damnata, reprobata, inania, viribuſque & effectu vacua omninò fuiſſe, eſſe, & in perpetuo fore, &c. neminemque ad illorum & cuiuſlibet eorum (etiamſi iuramento vallata ſunt) obſeruantiam teneri, nec ex eis cuipiam aliquod ius vel actionem aut titulum coloratum, vel cauſam praſcribendi (etiamſi longiſſimi & immemorabilis temporis profeſſio ſeu quaſi poſſeſſio etiam circa vllam interpretationem ſeu interruptionem ſubſequatur) acquiſitum fuiſſe, nec eſſe, minuſuè vllo tempore acquiri & competere poſſe? &c. ac proinde ac ſi nunquam emanaſſent pro non extantibus & non factis perpetuò haberi debere, motu proprio ac ex certa ſcientia & matura deliberatione, deque poteſtatis* (quam ſibi iniuria arrogat) *plenitudine* (tanquam Diuum Pater atque hominum Rex, ſummus rerum ac temporum arbiter, reuera ſponte in Deum & genus humanum inſaniens) *decreuerit, vel declarauerit, & quatenus opus putabat penitus damnauerit, reprobauerit, nullauerit, caſſauerit, annullauerit, viribuſque & effectu vacuauerit*

Papa ſunt oſores Pacis in Orbe Chriſtiano.

Quis homuncioni huic (addit Dn. *Shoock* l. 1. de Seditiοn. c. 19.) non deſtinet Anticyras, & hellebori iugerum! Nimirum *omnes Papa. oſores Pacis ſunt.* Qui præteritis ſeculis vixerunt, pulchrum putarunt inteſtinis motibus Italiam concutere, vt poſſent Dominatus ſui fimbrias dilatare, atque patrimonio Petri, plura caſtra, & vrbes imò & prouincias adiicere; imò obſequio ſuo Imperatores ſubiicere. *Machiauellus* (l. 1 Hiſt. Florent in fin.) ita diſſerit: *Papam Romanum vſque ad Theodoricum Gothorum Regem nullam habuiſſe temporalem iuriſdictionem: vix ac ne vix quidem à Rauennati Eccleſia in ſpiritualibus ſuperiorem agnitum, quam demum variis artibus arripuerit, Græcorum modò Longobardorum partes ſecutus, quos inuicem commiſſos euerterit: Eo potentia prouectus præcipuè, dum Anathematis, Indulgentiis, Crucis publicatione, ad ſuam libidinem flagitiosè ſuo quiſque tempore abutitur.* Vid. pl. apud Dn. *Schoock.* l. cit.

Diſputationes contra Paci religionis inhibita.

III. Prohibentur hic porrò in Inſtrum. Pac. diſputationes contra Pacem religioſam. Quæritur ergo an hodie prorſus de religione diſputare non liceat? Reſp. In Inſtrum. Pacis ſolum prohibentur actus illi, qui in Tranſactionis Paſſau. Pacis religionis, & Inſtrumenti Pacis impugnationem directè tendunt. Ergo quicunque inpoſterum religionis ſuæ fundamenta probè deduxerit, vel proximum pia cum moderatione ad orthodoxam fidem conuerterit peccaſſe dici non poterit. Domin. *Beliz.* quæſt. 117. in Idea Iur. Public.

De interpretatione Pacis religioſa.

IV. Diſponitur porrò hic (in Inſtrum. Pac. verſ. *Sed ſi dubij* &c.) quòd de dubiis Pacis religioſæ in Imperij conuentibus publicis inter

inter vtriuſque religionis Proceres amicè tranſigendum ſit. Quum Rudolphus II. Imper. in cauſis religioni connexis cum conſilio ſuo aulico ſibi ſumeret arbitrium, ea re Proteſtantes non parum ſe grauatos ſenſerunt: *Wüſten dero Mitgliedern vnd* poſteritet *zum Nachtheil, niemand einzureümen vvan zvviſchen den Standen des Reichs über dem* religion *frieden ſtreit fürfiele, das alsdan Ih. Maj Hoff- vnd Rathe, darüber Zu* cognoſciren, *denſelben zu* declariren, *ihres gefallens Zu* extendiren *oder zu* reſtringiren, &c. *zuſtehen vnd gebüren ſolte*; ceu profeſſus eſt *Anhaldinus* in Propoſitione nomine Vnitorum Cæſari facta Pragæ an. 1609. d. 8. Iul. cuius rei exemplum extat an. 1602. in *turbis Argentoratenſib.* vbi Senatus Aulicus mandatis atrocib. ſub pœna banni Euangelicos Capitulares iure ſuo deſtituere auſus eſt. *Ferdinandus* porrò II. Imper. Edicto d. 6. Mart. 1629. promulgato, contra expreſſa Pacis religioſæ verba, eandem declarauit, & hanc declarationem publicæ inſtar ſanctionis, Cameræ obſeruandam iniunxit. (V. *Lundorp.* Tom. 2. act. publ. l. vlt. c. vlt.) Papicolæ & *Dillingenſes* Legiſtæ per Ieſuiticas æquiuocationes ac Strophas in alienam omnino ſententiam Pacem religionis ſub id tempus detorſerant; vt Euangelicis Ordinibus de bonis Eccleſiaſticis nihil relinqueretur. (Vid. *Iuſtum Aſterium* in Deploratione Pacis Germaniæ) Hinc *Legati Electoris Saxon.* in Propoſitione ad Cæſarem Viennæ ann. 1630. d. 13. May habita huiuſmodi ſcripta vocarunt: *Weitauſſehende vnd beſchvverliche Schriefften, darin der evvigvvehrende hochbeteürete Religion-Friede in ganz vngleiche, zuvor nie erhörete Verſtendnis vnd meinung geZogen, faſt alles diſputirlich gemacht, ia gleich mit allen Krafften dahin gezielet, das man die ſtande Augsburgiſcher* Confeſſion, *vven es nur müglich, deſſelben gar vnfahig machen vvolte, haben gleich pro deciſione angezogen vverden vvollen. Ad ea Ferdinandus II.* in Reſolutione Cæſar. iiſdem Legatis an. eodem d. 29. Maij data: *Er konte als högſter Richter, auf der Parteyen langvviriges inſtändiges anruffen, vveiniger nicht thun, noch vorüber, ſondern müſte* Iuſtitiam *dermahleins* adminiſtriren, *vnd denen beleidigten Theilen zu den ienigen, vvorZu ſie rechts vvegen vnd krafft des Religion friedens befugt vvieder verhelffen.* Cæterum huic negotio in *Inſtrum. Pac.* hic limes poſitus, vbi etiam *prohibitæ priuatæ interpretationes ac Gloſſæ ad Pacem Religioſam.* De hac re iam olim ann. 16 8 in Comitiis *Ordines Imperij* prudenter ſolliciti fuerunt: *Iſt bey der Berathſchlagung fürkommen, das ſich hin vnd vvieder* Scribenten *befinden, ſo ſich faſt bemühet in Priuat Schrifften vnd gedruckten Büchern den Religion-Frieden nach ihren priuat verſtande Zu deuten, außzulegen vnd zu* diſputiren, *daſſelbe aber, neben dem es der im*

Dilligenſes notantur.

Intereſt Imperij ne priuata ſcriptura contra Pacem religioſam præualeat.

Iahr 1577. *aufgerichten Policey-Ordnung , ſonderlich im* 35. articul. *Vom Buchtrucken.* §. *vven vvir nun.* §. *vnd ſezen , ordnen* , &c. *ganz vngemäs vnd zugegen iſt , auch leichtlich den Ständen Zu vngleichem verſtande , vnd Miſstraulichem Nachdenken Anlas geben könte : Iſt derhalben ins gemein nicht für vnrathſam oder überflüſſig ermeſſen , bey der Röm. Kayſerl. May. oder deren hochanſehenlichen Herrn* Commiſſario *allerunterthänigſte Erinnerung zu thun, damit der Paſſavviſche Vertrag, auch darauff erfolgete vnd* an. 1555. *beſchloſſene* Religions-*Friede an ſeinen Kräfften beſtendig bleiben, vnd das Bücher ſchreiben, ſo dem Zu Augſp. auffgerichteten* religion *Frieden Vngemeſs, vnd vviedervvertig oder zur vnruh vrſach geben könte, &c.* eingeſtellet vverde. (*Zach. Geizkoſler im bedencken an Kayſer Matthias vvegen des Reichs-tags* an. 1612. d. 15. Octob

DISCVRSVS XIX.

DE

CONVENTIBVS DEPVtationum, Imperij Collegiis, item de Ratione votandi in cauſis Religionis & Collectarum.

Ad art. 5. Inſtr. Pac. §. 18. & 19.

MEMBRVM I.

De Deputationis Conuentibus.

I. COMITIA Imperij ſunt vel vniuerſalia vel particularia. De vniuerſalibus infra ad art. 8. Inſtr. Pac. *Particularia ſunt Cæſaris, Electorum & quorundam Imperij Procerum conuentus.* Talis eſt Conuentus Deputatorum, Deputation *Tag*, de quo iam paucis agemus. *Deputatorum Conuentus* primum Decreto Auguſtano an. 1555. inſtutus, & quidem ob eam cauſam, vt mole negotiorum ingruente, quæ in publicis Imperij Comitiis explicari non poſſent, à Cæſare & Ordinibus delectis, quos vulgo *Deputatos* vocant, tractentur. Et hi *Deputationis Conuentus* dicuntur *Ordinarij*. Eius conuentus perſonæ tum fuerunt nominatæ. 1. *Der Kayſerl.* Commiſſarius. 2. *Die ſechs Chur-Fürſten, nemlich die drey Geiſtl. vnd drey Weltliche, als Pfaltz, Sachſen vnd Brandeburg.* 3. *auß den Reichs Fürſten vier, Ferdinand Ertz Hertzog zu Oeſterreich,*

Origo Conuentus Deputatorum.

Deputationes Ordinaria.

Deputatorũ numerus.

Herr Melchior vnd Wilhelm reſp. *Biſchoffe zu Würtzburg vnd Münſter, Hertzog Albrecht auß Baiern.* 4. *Von den Prelaten Abbt zu Weingarten vnd Ochſenhauſen.* 5. *Von den Graffen vnd Herrn, Greff Friderich von Fürſtenberg.* 6. *Von den Freyen Reichs Städten Coln vnd Nüremberg.* Poſtea Decreto Auguſtano de an. 1559. prioribus in Principum Ordine *Dux Iuliacenſis* & *Landgrauius Haſſiæ* adiuncti ſunt §, *Auff das dan diſsfalß*; quibus poſtea d. an. 1570. §. *Vnd damit*, acceſſerunt *Epiſcopus Conſtantienſis*, *Dux Burgundiæ*, *Iulius Bruſuicenſis*, & *Ioannes Fridericus Pomeraniæ Duces.*

Deputationes extraordinariæ. II. Sunt aliæ *Deputationes Extraordinariæ in* Comitiis: *Wan man zu Beförderung der Sachen einen Außſchuß machet?* Vid. Lehman. l. 7. Chron. c. 80. Hi Deputati Imperij poſſunt vocari *Deß Reichs Außſchuß*, quemadmodum Deputati Prouinciales in Principatibus Germaniæ ſolent vocari *Land-Außſchuß*. Vnde in Comitiis, quando nouus punctus in deliberationem venit, quæri ſolet, an Status de eo in pleno Senatu vel coram certis eiuſdem Deputatis, (*Durch einen Außſchuß*) deliberare velint. Putatur enim rebus concludendis, propter multitudinem Statuum hæc Deputatio celeriorem exhibere terminationem. De hiſce Dn. *Eitel. Fried. von Heerden* in columna Imperij p. 165. ita: *Dievveil offtmahls vvegen Menge beydes der Haubtſächlichen als auch* incident puncten *alles in denen Reichs-Räthen abzuhandeln gar ſchvver vnd languvveilig fallen vvil, ſo erfordert die Noturfft das die Verrichtungen eingetheilet, vnd eine oder andere* materi *vnderſchiedenen Ständen auß den dreyen Reichs* Collegiis, *iedoch nach anleitung deß* Inſtrumenti Pacis *in gleicher anzahl von beyderley* Religion *außzuarbeiten auffgetragen, vnd mit gevviſſer* inſtruction *vbergeben vverden muß.* Vid. pl. Aut. cit. qui etiam p. 167. de Deputatis Supplicationum (Supplication *Rath*) agit.

Cauſa conuentus Deputationis. III. Cauſa Conuentus Deputationis ordinaria eſt, ſi graues motus oriantur in Imperio, quibus compeſcendis vires vnius, trium, vel quinque Circulorum non ſufficiant. Tum enim Circulorum Capitanei cum Legatis & adiunctis ſuis rem totam *Elect. Moguntino* literis exponunt, cui tanquam Archi Cancellario nomine Imperatoris Principes & Ordines Deputatos Francofurtum conuocandi poteſtas eſt, qui dein ab Imperatore petit, vt & ipſe ſuos Commiſſarios mittere non grauetur. Decret. Spirenſ. §. *Im Fall.* §. *Wan nun* §. *Vnd ſollen* §. *So ſich dan.* In hiſce conuentibus eadem pæne forma & modus, qui in Comitiis vniuerſalibus obſeruatur. Vid. *Paurmeiſter.* l. 2. de Iuriſdic. Imperij c. 2. n. 120. Duabus itaque de cauſis inſtituti Deputatorum conuentus. 1. Vt negotia Circulorum Imperij, per diſſenſionem enata componantur. 2. Vt decidantur negotia, quæ in vniuer-

ſalibus Comitiis expediri nequiuerunt. Raró veró hodie priori de cauſa tales cõuentus inſtituuntur, poſteriorem veró ob cauſam frequentius.

IV. In Conuentu Pacis Oſnabr. Monaſter. *Proteſtantes* circa Deputationum Conuentus talia grauamina an. 1646. menſ. April. propoſuerunt: *Als auch eine groſſe Vngleicheit in dem ſich erzeiget, das auff* Ordinari deputation *tägen die Euangeliſche von den Catholiſchen vveit vberſtimmet gevveſen; hielten der Fürſten vnd Stände Geſandten Zu verhütung allerhand darauß ervvachſenen Beſchvverden vnd vngleicher Gedancken, rathſam vnd billich Zu ſein, daſs bey der Reichs* deputation *der Euangeliſchen* Deputirten *anZahl geſtercket, vnd den Catholiſchen gleich gemacht: So dan dieſelbe mit ſonderbaren fleiß erinnert vvorden, die ihnen im Reichs-Abſchied geſetzte* limites *vnd ſchrancken im vveinigſten zu vberſchreiten, noch ſich ſolcher ſachen anZumaſſen, vvelche auff* Comitia *vnd der geſampten Stande deſs Reichs gehören, dergleichen auch bey allen* extraordinari Deputationibus *Zvviſchen den Chur- vnd Fürſten Rath, das nemblich ſelbe von beyden* Religionen *Zugethanen* Perſonen *in gleicher anZahl iedesmahl verrichtet vverden, in acht zu nehmen von nöten iſt.* (*Theat. Europ.* Tom. 5. p. 1047.) in Inſtr. Pacis Parificatio vtriuſque religionis ſancita. Vid. pl. in text. h. Deliberatio de perſonis Deputatis adiungendis reiicitur hic in Inſtr. Pac. ad proxima Imperij Comitia, quæ dein an. 1653. & 1654. Ratisbonæ habita ſunt. *Secundum illorum* itaque *Comitiorum Receſſum Deputati quoad religionem parificati ad præſcriptum Inſtr. Pacis.* Præter Imperatoris Commiſſarios, Electores eorumque Legatos, hodie ſunt: *Archi Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Epiſcop. Würtzburg. Epiſcop. Conſtantienſis, Epiſcop. Monaſterienſis, Dux Bauariæ, Dux Saxoniæ in Altenburg*, cui tamen contradicit Vinarienſis, *Marchio Brandeb. in Culmbach, Dux Brunſuicenſis in Wolffenbütel, Dux Pomeraniæ* communicante Sueco cum Electore Brandeb. ratione Pommern: *Dux Megapolitanus in Suerin, Dux Würtembergenſis, Landgrauius Haſſiæ* alternante linea Caſſelana & Darmſtadina, *Prælatus Weingartenſis, Comes de Fürſtemberg, Comites Wetteraviæ*, qui comparent per Directorem; Ciuitates *Colonia, Aquiſgranum, Norimberga, Argentoratum, Ratisbona, Vberlingen.* (Vid. *Sprenger.* in Iuriſprud. Publ. p. 102. & ipſum Rec. I. de an. 1654. §. *Dem zvveyten punctẽ.*) *Eitel Friderich von Heerden* (in Colum. Imper. p. 282. 283.) de hac re ita: *Hiebey iſt Zuvermercken, vvas die* parification *vnd Vermehrung dero* Deputirten *auß dem Fürſtl.* Collegio *betrifft, obvvol in denen* concluſis *vnd darauff diſsfals erfolgeten Reichs gutbalten, die Benennung derſelben dem alter herkommen nach iedes mahls* in genere *auff Sachſen, Brandenburg, Würtemberg, Meckienburg, &c. beliebt, hingegen die* Special-*Ver-*

Grauamen Proteſtantiũ circa Deput. Conuentus.

Intereſſe Euangelicorũ circa Deputatorum cõuentus.

NB.

Paritas religionis inter Deputatos.

Numerus nouiſſimus Imperij Deputatorum.

trettung auff vergleich zwiſchen denen Linien gedachter Häuſer geſtellet worden; das dem allen zuwieder bey einrichtung des Reichs Abſchieds die Special *Benennung der Häuſer Sachſen Altenburg vnd Brandeburg-Culmbach vom Chur Maintziſchen Cantzler, vnterm Vorwand man hette dergleichen* ſchema adiungendorum *ihm auſm Fürſten Rath (wovon doch niemand wiſſen, auch zumahln er ſelbſt des Uberbringers ſich nicht erinnern wollen) zugeſendet*, inſerirt *werden (v. §. Vnd dieweil nach beſag.) Vnd ob zwar Sachſen-Weimar vnd Gotha, wie auch Brandenburg Onoltzbach, darüber ſo wol bey Chur-Maintz, als auch Kaiſerl. Mai. Selbſten, noch vor beſchehener, iedoch gleich angeſtelleten* publication *des Reichs-Abſchieds groſſe Beſchwerung gefuret, ſich auff die* acta *vnd* protocolla *diſfals beruffen, vnd das dieſer* paſſus *denenſelben gemäß eingerichtet, oder allenfals noch zur Zeitt gar auſſen gelaſſen werden möchte, beſtändig begehrt; Nachdem ihnen aber* nomine Cæſaris *durch den Reichs-Vice-Cantzler Graff Kurtzen, die Anzeige vnd Vertröſtung geſchehen, das ſolche* ſpecial inſertion *ietztermelten Häuſern ohne* præiudiz *vnd Nachtheil ſein, auch deswegen beydes von* Kayſerl. *Mai. als auch dem Chur-Maintziſchen Reichs-*Directorio atteſtata *ertheilet werden ſolten, &c. ſo haben ſie es darauff ankommen vnd die Ableſung dergeſtalt geſchehen laſſen müſſen.* Vid. pl. apud Aut. citat. p. 283. 284. In præteritis Comitiis 1653. 54. diſpoſitio Inſtrumenti Pacis quæ hic habetur, maximas difficultates peperit. Nam ordines Augustanæ Confeſſionis non ſolum paritatem in Collegio Electorali ſed & coniunctionem eiuſdem Collegij cum reliquis mordicus vrſerunt, vt teſtantur Protocolla. Vid. *Speidel.* voc. Deputation *tag.*

Intereſſe Principum contra Electores.

Controverſia Altenburgo Vinarienſis.

V. Quum præced. num. mentio iniecta contradictionis Ducis Saxo-Vinarienſis contra Ducem Saxo-Altenburgicum, operæ pretium erit paucis etiam controuerſiam Altenburgo-Vinarienſem hic adiicere, vtpote quum hæc illam & alias ſecum trahere videatur, & hac definita etiam reliquæ facilè definiri poſſint. *Hiſtoria* eius talis eſt: *Iohannes Wilhelmus* Dux Saxoniæ, Electoris Ioannis Friderici Magnanimi filius, duos genuit filios *Fridericum Wilhelmum* Altenburgenſium, & *Ioannem* Vinarienſium Satorem: Illi ex prima coniuge nullus ſuperfuit filius; qui verò ex ſecundo matrimonio natu maximus, erat *Ioannes Philippus*, Ioannis verò filius erat *Ioh. Erneſtus.* Iohanni Philippo, quum natu minor eſſet, cum patrueli Ioh. Erneſto Vinarienſi nata eſt controuerſia de ſedis prærogatiua, dum Vinarienſis ætatis prærogatiuâ ante Altenburgicum priorem locum ſibi vindicabat. Re ab Altenburgicis ad Imp. Rudolphum II. delata, hic an. 1607. d. 27. Sept. pro ipſis pronunciauit; ſed Vinarienſes in contrarium proteſtati. *Fundament. Altenburg.* nituntur iure primogenituræ, (V.

Limnæ. l. 5. de I.P.c.15.n.3. *)* & ob hoc prælatione ad Electoralis dignitatis expectationem, quod probant. l. Caroli IV. A. B. t. 7. & 24. *Excipiunt Vinar*: 1. Agi hic de ſucceſſione filiorum & fratrum Electorum, non conſanguineorum vel agnatorum, qui Electorum non ſunt filij. 2. In ſucceſſione conſanguineorum non ſolum propinquiorem gradum, ſed ſimul ſeniorem inter agnatos requiri; quod ſancitur in Bulla Caroli IV. Wenceſlao Saxoniæ Duci data Francofurti 1376. 2. *Fundam. Altenburg.* eſt in eadem Bulla, Wenceſlao data. *Excip. Vinar.* Non id dicere Bullam, quod exinde probandum erat: nec reſpectum linearum Seniori agnato præferri. 3. *Fundam*: Ius repræſentationis & tranſmiſſionis *Excip.* Hoc ius in ſucceſſione laterali non magnificiendum; Bulliſque Cæſaris & obſeruantiæ illud ipſum inconueniens eſſe. 4. *Fundam.* Ioh. Wilhelmo datas à Cæſare literas expectantiæ an. 1572. d. 9. Iul. quibus priuilegij loco ius primogenituræ & ſucceſſionis in Electoratum obtinuit ante fratris poſteros. *Excipiunt Vinar*: Factum hoc tantum fuiſſe ob excluſionem Ioh. Friderici liberorum, nullum verò nouum primogenituræ ius introductum in liberis Ioannis Wilhelmi. 2. Verba expectantiæ ad tempus futurum vacantis Electoratus referri. *Obiectio generalis Vinar*: eſt, A iure primogenituræ, & expectantia ſucceſſionis Electoralis ad præcedentiam ſolidè argumentari non licere. Vid. pl. *Limnæ.* l.c. *Fundamenta Vinarienſium.* Vid in ſcripto cui tit: *Grundueſte Sächſiſcher Weimariſcher* præcedens, & *Limnæ.* l. 5. de I. P. c. 15. n. 3. & addit. Tom. IV. p. 925. & ſeqq. *Vinarienſes in cauſa principali ius ſuum probare volunt illis rationibus* 1. Inter fratres ſeniori priora deberi; Ergo etiam inter patrueles. 2. Inter æquales gradu ſeniorem præceedre. 3. Obſeruari idem etiam in aliis Domibus, Magdeburgenſi, Brunſuicenſi, Pomeranorum, Mecklemb. Baden, Anhalt. Inde *im Bericht (vvie es die Kay. May. ſambt Churfürſten, Fürſten vnd Standen mit den* Seſſionen *zu halten pflegen, auch.* 1486. 1495. *gehalten vvorden in* archiuo Imperij) in ſingulis Electoralibus Domibus, & in Principali Collegio primum collocari: *der älteſte vveltliche Fürſt*, & dein *die andern, iegliche nach ihrem Alter.* 4. Succeſſionem Electoratus potius Vinarienſibus deberi, & per *ſententiam Imp. ſibi ius ſuum non periiſſe*, ſed ipſos eſſe amplius audiendos. Cauſas vid. ap. *Limnæ.* Tom. 4. addit. p. 927. 1. quia cum cauſa ad aulam Cæſaream deuoluta, Vinarienſes pupilli erant, nec aliquis eorum loco actioni interfuit. 2. Non per modum proceſſus Ordinarij, ſed ſubmiſſionis & quæſtionis ab Electore illam ad aulam delatam. quum tamē in re tam magni momenti ſecus fieri deberet: Monumenta ex Archiuis Principum non fuiſſe producta, ſed Cæſaream ſententiam tantum reſpexiſſe vtrinque

Ius repræſentationis.

Exceptiones aduerſus ſententiam Imperatoris.

productas Conſiliariorum prætenſiones & Conſultationes diuerſarum Academiarum: Vera fundamenta Vinarienſium non fuiſſe expenſa, & ſententiam falſæ hypotheſi, quaſi præcedentia à iure primogenituræ inſeparabilis ſit, inniti: Aliqua inſtrumenta inſuper non viſa. 3. Nimium præcipitanter rem eſſe geſtam. 4. Viduam iuſto tempore nomine liberorum minorum aduerſus decretum fuiſſe proteſtatam, reuiſionem actorum allegatis nullitatibus petiiſſe, etiam filios vbi iuſtam ætatem attigerint beneficium reſtitutionis in integrum, & vt Altenburgici citarentur, quæſiuiſſe. *Euentus* eſt talis:

Euentus huius controuerſia. Quum è viuis ſublati eſſent *Ioh. Erneſtus* & *Fridericus* controuerſiæ locus non amplius erat. Sed extincto *Ioh. Philippo* an. 1639. Friderici Wilhelmi nati 1603. Vinarienſibus (Wilhelmo Alberto, Erneſto atque Bernhardo) ob minorem ætatem iterum litem mouerunt, neque hactenus res deciſa, ac ita inter duas illas Ducales Domus mutua æmulatio adhuc alitur.

An Deputationum Conuentus ſint è re Imperij. VI. Redeundo iam ad Deputationes quæritur *an Ordinarij Deputationis Conuentus ſint è re Reipub. Imperij, vt & Extraordinarij in Comitiis? Eitel Friderich von Heerden* (in Columna Imperij pag. 281.) ita de ordinariis Deputationibus: *Wievvol die* Ordinari *Reichs* Deputation *dem* bono Imperij publico *ſo gar vortraglich nicht, ſondern viel beſſer zu ſein ſcheinet, vven alle Stände ſelbſt bey angeſtelleten Reichstagen zu ihren* iuribus *vnd angelegenheiten ſehen, als das ſolches etzlichen vveinigen (deren macht vnd Gevvalt doch nicht vnbillig gevviſſen* limitibus *vmſchranckt, die nicht zu vberſchreiten) vbergeben vnd anvertrauet vverde, Dievveil man aber gleichvvol dit Ergänz- vnd Richtigmachung ſolcher* Ordinar. Deputation *bey Weſtphaliſchen Friedenshandlungen nachmahlen für notig befunden* (V. §. 18. Inſtr. Pac. h.) *So haben Churfürſten vnd Stände ſich endlich vmb ſo viel ehender bevvegen laſſen, bald anfangs* (ſcil. in Comit. Ratisbon. 1653. 54. *da ſolcher Punct von Kay. Maj benebenß denen mehrern Stimmen in Bevvilligung derer Reichs Steüren in denen Reichs Collegiis abzuhandeln begehrt*) *darein zuvervvilligen.* Vid. Aut. loc. cit. vbi de difficultate huius puncti plura. Fatendum inſuper eſt plurimum iuris dignitatiſque accreſcere illis ordinibus præ reliquis, qui iam hæreditario quaſi iure Deputatoria dignitate fruuntur. De Extraordinariis Deputationibus in Comitiis Imperij ita *Speidelius*: Alij in pleno Senatu aut conſilio, *nach dem die ſach iſt*, auent deliberari, quia puncta

Vb. Salus multa, vbi multa conſilia. propoſitionis omnes concernunt, ergo & ab omnibus de iis conſultari debere videtur, *vveil auſs vielen Köpfen guth rathen ſeye*, vt quidam Status in Comitiis de ann. 1595. dicebat. *Vnd befindet ſich ſonderlich auſs gedachtem Reichs Rath, auch dem darauff* in ann. 1598.

geſolgeten

geſolgeten, *daß*, *ſo offt die* quæſtio: Vtrum in pleno vel per Deputatos *zuhandeln* mouirt, *allzeit die Augſpurg. Conf. Verwandten mit ſondern Eyfer auff das* plenum conſilium; *damit ein ieder ſeine Notthurfft ſelbſt vorbringen*, *und etwan dem wiedrigen deſto beſſer begegnen*, *auch ins gemein ſeine Notdurfft getreulicher beobachten könne*, *gegangen*, &c. *Und hat man ſich guter maſſen zuerinnern*, *daß bey letzterem Reichstag zu Regensburg* (1653. 54.) *unterſchiedlich mal die* quæſtio, *ob dieſer oder jener Punct* in pleno *oder* per Deputatos *zutractiren* (*wie inſonderheit in* materia Capitulationis *zuſehen war*) *vorkommen*, *und ſich treffliche* rationes, *warumb das* plenum Conſilium *der* Deputation *vorzuziehen*, *herfürgethan*, &c. Vbi in Principum voto ſequentes rationes adductæ: 1. *Weilen dieſes ein ſehr wichtig und hoch* importirendes *Werck*, *indem man handelt*, *von Auffrichtung eines immerwehrenden und unveränderlichen* Fundamental *Geſetzes*, *welches gleichwol nicht* phyſicè, *ſondern* moraliter *zu verſtehen*, *eines Römiſchen Königs Wahl*-Capitulation. 2. Concernire *es alle und jede Stände deß Reichs*, *und deß Reichs Wolfarth ſelbſten*. 3. *Werde unzweiffenlich ein ieder Stand deß andern vernünfftig und wolerwogene* rationes, *warum dieſes oder ienes zu* ſtatuiren, *gern vernehmen*, *auch mit den ſeinen gleicher Geſtalt gern vernommen werden*, *welches aber bey dieſer* Deputation *denen*, *ſo unter den* Deputatis *nicht begriffen*, *eines theils benommen*. 4. *Sey in viel vorigen Reichtägen außtrucklich geſchloſſen*, *daß ſolche wichtige und den ſämlichen Ständen angelegene Sachen* in pleno, *und nicht* per Deputatum *gehandelt werden ſollen*; *alſo daß nun von denen der Vorfahren löblich hinterlaſſenen Fußtapffen und* placitis *diſsfals ſo leichtlich nicht abzuweichen*. NB. 5. *Scheine ein jede* Deputation *etwas ſonderbahres*, & ex natura ſua aliquid odioſi *in ſich zuhalten*, *maſſen ſolches bey denen Reichstags* actis *hin und wieder zuvermercken*. 6. *Sey nicht billich daß durch ſolche* Deputationes *etlicher Ständen faſt ein* perpetuum ius *gemacht*, *andre aber hievon* non abſque magna iniuria *außgeſchloſſen werden*. 7. *Wiſſe man nicht was vor ein Anſehen habe*, *das etlichen allein die Arbeit auffgetragen*, *die übrige aber auff die Feyerbanck ſollen verwieſen werden*. NB. 8. *Seye deme nicht geholffen*, *wann ſchon neben der* Deputation *beſondere Abhandlung*, *auch* interim in pleno *andere ſachen ſollen* conſultirt *und* tractirt *werden*, *dann ſchimpfflich*, *daß die* grauiſſima Imperij negotia *von ihren wenigen*, *als Meiſtern*, *gleichſam außgearbeitet*, *die* reiectanea *und Flickarbeit aber den übrigen Ständen gleichſam als Geſellen oder Lehrjungen vorgeworffen werden ſollen*. NB. 9. *Sey biß dato die klare Erfahrung geweſen*, *daß gar ſelten ein* Deputation in poſitis præciſè terminis & metis *geblieben*, *und*

Intereſt Imperij vt cauſæ grauiores non in Conuentibus Deput. deliberentur.

nicht ein Sprünglein in das vveite Feld gethan habe. 10.*Sey durch das Vorgeben daſs alles müſſe* in pleno referirt , *und darüber* votirt *vverden , den Ständen nicht genug gethan : Dann einmaln die Herrn* Deputati *ihre* collectanea concluſa *auch nicht vnbillich nennen , Zumahln ſie deren in ihrem Rath vergleichen etzliche* approbiren *oder vervverffen , und* in pleno *gar nicht vorbringen , man alſo umb ſelbe meiſtens gar keine , oder doch umb deren Beſchaffenheit und* rationes *gar vveinig Wiſſenſchafft habe , ſo iſt dasjenige , vvas durch vveinige in den* Deputations *Rathen geſchloſſen vvird ,* magni ponderis *und* res præiudicata , *läſt ſich auch* in pleno *nicht mehr einen ſolchen* Deputations-*Schluſs , als vvie von* ſingulorum votis contraponiren , *iſt auch faſt Zuſpath darvvider , die auch habende erinnerungen , einzubringen : Selbe aber bey zeiten den* Deputatis in ſcripto *einzugeben , konne nicht allen belieblich , ſondern billich bedencklich ſeyn , daſs ſie ihre* ſenſa *vvelche etliche* in pleno *zueroffnen mochten ein Scheu haben , ſo gar* in reſcripto *ſollen von ſich geben , &c.* Vid. pl. apud *Speidelium.*

Concluſio in Deputationis cõuentu. VII. Notandum hic porrò , vt in vniuerſum in Deputationis Conuentu quid ſtatui poſſit , neceſſe eſſe, vt duæ Curiæ ſcil. *der Chur- und Fürſten-Rath* , conſentiant inter ſe , & cum ipſis Legatus Cæſareus. Nec Cæſareani Ordinibus , nec hi illis præiudicant , nec ſi Cæſareanis vna ordinum Curia vel contra , hi ſeſe alteri eorum addant , ſed inter ſeſe conuenire , vel rem indefinitam manere neceſſe eſt, idque expreſsè ſtatuitur R. I. Auguſt. de an. 1555. §. *und im Fall.* verſ. *Alsdan ſollen die Chur fürſten. Paurmeiſter.* lib. 2. de iuriſd. Imper. cap. 2. num. 120.

MEMBRVM II.

DE

Tribus Imperij Curiis ſiue Collegiis.

Ad §. 18. *art.* 5. *verb. Tribus Imperij Collegiis.*

Olim quæ fuerint im VIII. OLim in noſtra Republic. in Comitiis primum ordinem tenuerunt Epiſcopi, 2. Principes 3. Ciuitates. Olim enim Epiſcopi & cæteri Prælati à Principibus ſegregatam curiam habue-

runt, vt patet ex *Hincmaro* Epiſt.3. cap. 35. Poſtquam autem ſummam poteſtatem circa religionem Pontifex ab Imperij Comitiis in ſuam ditionem pertraxit, Epiſcopi ad Comitia non amplius vt Epiſcopi, ſed vt ſeculares Principes vocati, & ita vna curia cum Principibus concluſi. Poſteà verò quum Electores præ reliquis Principibus prærogatiuam acceperunt, hi ſeparatam ab ipſis inſtituerunt curiam. Vid. Dn. *Ludolph. Hugo* de Stat. Region. Germ. cap. 4. §. 31. Hodie itaque tres ſunt Imperij Curiæ ſiue Collegia 1. Electorum 2. Principum *Der Fürſten, Prelaten, Graffen vnd Herrn* 3. Ciuitatum, de quibus vid. *Sprenger.* de Iuriſpr. publ. p. 101. Hanc diſtributionem Ordinum in Claſſes diſpar eorum qualitas & autoritas cauſata eſt. *Eitel Friderich von Heerden* de ſeparata Electorum curia à Principibus ita: *Das ſolches vor alters nicht gevveſen, ſondern erſt vms Iahr* 1489. *zu zeiten Kayſer Friderich und* König *Maximilian bey dem Reichstag zu Franckfort aufkommen ſein ſolle, da die anvveſende Churfürſten und derer abvveſenden Geſandten beſonders zu Rath gangen, ohnerachtet ſie doch alzeit zuvor im Fürſten Rath geſeſſen, inmaſſen dan noch bey* Ordinari *Reichs* deputation *tagen denen Churfürſten die* ſeparation *von denen deputierten Fürſten und Ständen nicht eingereümet vverden vvill, in dem man dererſeits ſolches, vnter Die* Defectus Comitiorum *rechnet, vvelche nach inhalt des Oſnabruckiſchen Friedenſchluß* [art. 8] *zu ändern und abzuthun, dahero auch zu anfang des* Deputation-conuents *zu Franckfurt am Mayn,* (1655.) *desvvegen* Proteſtation *eingevvendet vvorden.* Hæc ille. p. 2. cap. 3. in fin. Collegium Principum olim in duo Scamna diuiſum, *Geiſtlicher vnd vveltlicher Fürſten. Hodie tertium Scamnum* pro Epiſcopis Auguſtanæ Confeſſionis adiectum. De hac re *Eitel Frieder. von Heerden* ita: *Nachdem denen Geiſtl. Fürſten, ſo der Augsb.* Confeſſion *zugethan, und desvvegen Lange zeit auf Reichstagen nicht zugelaſſen vverden vvollen, bey vorgenommenen Weſtphäliſchen Friedenshandlungen die Römiſch Catholiſche den Siz vnter ihnen vff der Geiſtlichen Banck vervveigert, auch die vveltliche vff ihrer ſeiten ihnen dergleichen nicht einreümen mögen, hat man endlich ſich eines Mittelſizes vor ſolche Euangeliſche ſtiffts-inhabere zvviſchen dem* Directorial- *tiſch vnd der Geiſtl. Banck verglichen, deſſen ſich alle die ienigen, ſo die qualität der Geiſtlichkeit behalten zugebrauchen haben ſolten, und iſt alſo auch die dritte Banck im Fürſtenrath eingefüret vvorden, auff vvelcher gleichvvol jeziger zeit niemand mehr als Magdeburg und Lübeck ſizen, vveil die andern Stiffter alle* ſeculariſiret, *auch vff der vveltlichen Banck ihre* Seſſiones *einnemen.* Hæc ille in Colum. Imp. p. 2. cap. 5. p. 101. Quando hodiernus Adminiſtrator Magdeburg. erit

perij curia, & quæ hodie.

Scamnum tranſuerſū.

mortuus Elector Brandeburgenſ. tanquam ſecularis Magdeburgenſis Princeps in ſecularium Principum ſcamno quoque locum occupabit, & ita in tertio illo ſcamno Epiſcopus Lubecenſis, & in caſu alternatiuo Oſnabrugenſis ſolùm remanebit. *Vid. tamen* Coniecturam *von Heerden*. l. c. p. 102. Notandus hic porrò textus Inſtr. Pac. in verſ. *Vbi extraordinariis*, &c. cui ann. 1655. Sereniſſ. *Elector Palatinus* in literis ad Imperatorem de dato Heidelberg d. 20. Septemb. innixus eſt: Quum enim Confœderati in Comitiis proximè præteritis querelas de Wildfangiatu mouiſſent, ita Dn. Elector inter cætera ad Imp. ſcribit: *Manifeſtum, eſt, quoniam poſtridie Receſſus Imperij publicatus eſt, ad Cæſaream V. Maj. ea de cauſa nihil relatum, multò minus Cæſaream Veſtram Reſolutionem de ea datam, aut ad Collegia remiſſam, minimè verò omnium Decretum Imperij inde factum, aut Receſſui Imperij de eo aliquid inſertum eſſe. Tacendum hic, quod non præſumendum, Electoribus & Principibus vnquam in mentem veniſſe, me contra Inſtrumentum Pacis, inique ſuorum ipſius præiudicium, prima Inſtantia & iure Auſtregarum priuare: Qui quidem bona intentione autores fuerunt Commiſſionis ad amicabilem compoſitionem, vlteriorem autem poteſtatem, amica compoſitione non ſuccedente, partes prouiſionali remedio componendi, indulſerunt. Et licèt Commiſſioni locus eſſet, hoc tamen vtpote contra Inſtrum. Pacis (quod vult vt in cauſis extraordinariis, vbi Commiſſionibus locus, Commiſſarij non decernant, ſed relationem cum voto faciant, per text. h.) meo cum detrimento indulgere non potuerunt.* Hæc Sereniſſ. Dn. Elector, vt referunt in *Inſtit. Cauſæ Palatinæ*. part. 2. p. 174. In principio Epiſtolæ idem Dn. Elector. *Cæſarea V. M. ego die 6. 16. præterlapſi anni (1654.) humiliter expoſui, quibus prægnantibus ex cauſis non poſſim eam, quam Cæſarea V. M. ad preces Domini Epiſcopi Spirenſis & Conſortium in cauſa hominum propriorum eiuſque exercitij, decreuit Commiſſionem, &c. admittere nec pati liquidiſſimum meum ius per maximi præiudicij Commiſſionem, eique annexum prouiſionale remedium in dubium vocari, &c.* V. l. cit. p. 172.

Commiſſariorum poteſtas in cauſis extraordinariis.

MEMBRVM III.

DE

RATIONE VOTANDI in cauſis religioſis & collectarum.

Ad §. 19. art. 5. Inſtr. Pac.

IX. ETſi quidem ferè omnium gentium conſenſu probatum eſt, vt pars maior habeat rationem integri, & maiora vota concludant; ab hac tamen regula de pluralitate votorum *Proteſtantes* cauſas religioſas excipiunt. De *Pontano* Proteſtantium Legato Vid. *Sleidan.* (l. 7. Commentar.) *Philippus* Haſſiæ Landgrauius Granuellano hoc oſtendit exemplo Apoſtolorum & Diſcipulorum Hieroſolymæ, quorum pars maior quum vellent gentes profanas circumcidi, Petrus tamen, Paulus, Iacobus, & Barnabas reſtiterunt, & errore commonſtrato jugum legis abrogarunt. (V. *Sleidan.* l. 17.) *Qua exceptio Proteſtantium vera quidem eſt, quantum ad fidem internam, qua cogi non poteſt ad aſſentiendum decreto facto ex pluralitate, cauere tamen Magiſtratus poteſt, ne publicè doceatur contra plurium ſententiam, quam ipſe pro vera reputat.* Vt autem pluralitas ſuffragiorum in causâ religionis obtineat, requiritur 1. vt hæc ſuffragia fiant ab iis, qui locum iudicum obtinent non partium 2. Vt ad hoc congregati ſint, vt ſententiam in religione ferant. 3. vt, qui congregati ſunt, ſint facultate iudicandi præditi, ingenio, doctrina, eruditione & induſtria inſtructi, quanta maxima ad hoc negotium requiritur. 4. vt Eccleſia profeſſione doctrinæ ſit vna & conſentiens. 5. Ne parti minori per res iudicatas, decreta, tranſactiones vel pacta ius quæſitum ſit. Iam verò Ordines Imperij in Comitiis Spirenſibus an. 1529. non congregati erant, vt eſſent iudices, ſed vt deliberarent: Et habebant Catholici ſe vt pars: Non aderant ibi, vt ſententiâ ſuâ finirent controuerſa dogmata, & pro alterutra parte pronunciarent, ſed vt conſultarent, de medio litis componendæ: Nec Principes ibi congregati facultate ea præditi erant, vt de veritate alterutrius partis arbitrarentur; neque habitu acquiſito erant præditi ad iudicandas religionis controuerſias: Denique nec profeſſione doctrinæ conſentientes congregati erant, ſed ex vtraque religione, ac inſuper Su-

Maiora vota in cauſis religionis nō concludunt.

Quomodo ſuffragia plura in cauſis religionis concludant.

perioribus iudicatis & placitis proteſtantes iure quæſito nitebantur, nempe Noribergenſi decreto de an.1527. Vid. *Goldaſt.* T. 2. Conſtit. p 150. per quod Edicto Wormatienſi perſpicuè derogatum, & cauſa Lutherana tantùm non probata. Vid. Dominum *Strauchium* Diſſertatione Exoterica 6. theſi 21. Hinc factum poſtea an.1613. cum in Comitiis ſummo ſtudio partium hæc quæſtio agitata fuiſſet, vt proteſtantium Legati hoc non minimum grauamen exiſtimarint: *Daß ſie in allen und ieden auch den* religion-*frieden betreffenden ſachen durch die* maiora *die der ander theil im Fürſten-Rath ohnzvveiffelich vor ſich hat, und iederzeit nach ſeinem vvillen machen kan, ſich dergeſtalt fährlich binden, und alſo vvol gahr von Land und Leuten und aller ihrer vvolfarth* votiren *laſſen ſolten. Vnd ob zvvar in der Gulden Bull der* maiorum *gedacht vvird, ſo redet doch dieſelbe in gevviſſen fälen, und hat es der Zeit der* religion *halben gahr eine andere Beſchaffenheit gehabt: Nachdem auch zeithero der* religion-*friede auff vielfältige vorhergehende* tractaten *getheidiget und erhandelt, und hernacher ins gemein verabſchiedet und auffgerichtet vvorden, ſo können vvieder denſelben und zu deſſen* extenſion *oder einziehung keine* maiora *gelten: Geſtalt ſich dan bey dem in* an.1603. *vorgevveſenen Reichstage, da der* punctus iuſtitiæ *auch vorgenommen vvorden, der ander theil ſelbſt in dem damahl vorgefallenen den* Religion *frieden betreffenden ſachen im Fürſten-Rath in kein* votiren *einzulaſſen unterſtanden: Sondern derſelben Stände meinung* ex vno ore *den Euangeliſchen Ständen vorgetragen und eröfnet vvorden, vvelches dan ſo vvol dem Paſſavviſchen vertrag als den Reichstags-handlungen* in puncto *des* Religion *friedens, und alſo dem Herkommen gemäs iſt, und da bey der letzten Reichs Verſamlung ein vviedriges eingeführet, und behaubtet vverden vvollen, ſolches im Nahmen aller vveltlichen Chur-fürſten und der andern Euangeliſchen Fürſten und Stände ins gemein zum ſtärckeſten* contradicieret *und vervvorffen vvorden* Ita proteſt. in Supplicat. quam grauaminibus ſuis adiunxerunt, die 10. Auguſt. anno 1613. & in Reſponſ. ad Cæſar. reſol. die 20: Auguſt. anno eod. add. Aut. Informationis *der vier Cloſter Sachen.* Quum proteſtantes ita diſputaſſent, Catholici in iiſdem Comitiis falſi ſunt: *Man vvüſte vvol das in Gevviſſens Sachen die* maiora *nicht gelten, lieff n ſolche vor, möchten ſie vviſſen, vvohin ſie ihren* recurs *nehmen ſolten. Die Catholiſche* Religion *und die Augſpurgiſche* Confeſſion, *vvie auch der* Religion *friede ſein auff gütliche Vergleichung zu gelaſſen, vvieder dieſelben thaten maiora nichts.* Hinc optimè *Director Auſtriacus* in Comitiis Ratisbon: de anno 1598. ad Status Imperij iuſſu Rudolphi Imp. verba fecit: *Darauff könten ſie von vvegen J. Mai. vnangezeiget nicht laſſen das ein unterſcheid zu halten, in den*

Proteſtantiũ grauamina.

Intereſt Imperij, ne in cauſis religioſis maiora vota concludant.

Sachen: Den vvas die gevviſſen betreffen, dieſelben Sachen vveren bey dem Religion *friederſt zu laſſen, vvie dann in ſolchen nicht, vvie in andern Sachen (* per maiora ſcilicet: *ſondern durch ſondere Rathe gehandelt, als das die Catholiſchen einen beſondern Rath, die andern auch einen beſondern gehabt.* (Vid. *Arumæ.* de Comitiis 7. num. 68. 74. Dn. *Strauch.* D. 7. th. 3. Vid. text. in Rec. Imp. de an. 1555. §. *Vnd ob ſolcher.* Dn. *Limnæ.* in Addit. Tom. 5. ad l. 3. cap. 7. num. 182. & ſeqq. Confer. *Theat. Europæ.* Tom. 5. p. 1117. art. 21.) *In Conuentu Pacis Oſnabrugenſi Euangelici* grauamina ſua circa hanc rem ita continuarunt: *Es erinnern ſich zvvar der Fürſten und Stände Geſandten gar vvoll, das in gevviſſen Geſcheffren, und ſonderlich vven es umb defenſion des Heiligen Röm. Reichs, oder Ervvehlung eines Oberhaupts Zu thun, vvie nicht vveiniger da zvvey Reichs Collegia einer meinung ſein, die maiora ihrer Gültigkeit, nach auſvveiſung Pacis Publicæ und Aureæ Bullæ bekandter obſeruantz vnvviederſprechlich haben und behalten: In freyvvilligen und denen ſachen aber, da beyder* Religionen *zugethane Stände parteyen mit einander machen, und keiner dem andern vvas er thun oder laſſen ſolle, Maaß und ziel Zuſtecken hat, vvurde aller Menſchlichen vernunfft, und von Natur* inplantirten *Billichkeit Zu vvieder lauffen, vvan eine Partey der andern GeſetZ geben, oder einige Beſchvverung auffdringen ſolte. Halten es demnach dafür, man hette ſich deßvvegen mit einander freundlich und alſo zuvergleichen, das nicht allein in* religion, contribution *und denen ſachen da die Stände* vt ſinguli *Zu* conſideriren, *ſondern auch in allen und ieden andern, ſie treffen an vvas ſie immer vvollen, darin die Catholiſche eine und die Euangeliſche Parteyen conſtituiren, das überſtimmen hinfüro nicht mehr gelten, noch der ſchvvächere von den ſtärckern dadurch überlängert, ſondern eine durchgehende gleichheit vnter den Ständen deß Reichs gehalten und keiner vor dem andern vvieder Billichkeit und Recht beſchvveret vverden ſolle.* (Theat. *Europæ.* Tom. 5. pag. 1046. Add. *Aut. Comitiolog. Ratisb.* p. 105. 106. Deciſionem huius rei. Vid. in Inſtr. Pac. hic. §. 19.

Quæritur quid obtineat in materia collectarum. Illud nondum in Inſtr. Pacis h. deciſum, ſed in ſequentia Comitia nempe ann. 1653. 54. reiectum. In hiſce Comitiis an. 1653. mota eſt quidem hæc quæſtio, attamen minimè deciſa, *in dem das diſsfals mit dem Kayſer einſtimmige Chur-Fürſtl.* Collegium *ſich vveder denen im Fürſten Rath, Catholiſcher ſeiten (vvelche zvvar der* affirmatiuæ *beygepflichtet, iedoch mit dem beding, das vor allen dingen ein billigmeſſiger gleicher Fuß der gemeinen Reichs Oblagen Zu machen, und darauff die* matricul *zu* reduciren *) noch mit denen Euangeliſchen in ihrer beſtendig behaubten* diſtinction inter collectas neceſſarias & voluntarias *vergleichen, viel vvei-*

An in materia collectarum obtineat pluralitas votorum.

niger Zugeben vvollen , das deren abſonderliche meinung dem Reichsbedencken an die Kayſerl. Maj. einverleibet vverden ſolte , vvoruber dieſe quæſtio *gäntzlich erſitzend und unerledigt blieben* , vt teſtatur , *Eitel. Frider. von Heerden*, in colum. Imper p. 286. 287. add. *Strauch.* Diſſ. 7. Exot. th. 3. Dn. *Myler.* ad Rumelin. p. 2. Diſſ. 3. ad A B ib. 20. p. 414. in πρoβoυλ. Comitior. de ann. 1652. *Ordines Circuli inferioris Saxoniæ* hac de re ita : *Die Frag ob nemblich* in materia collectarum *die* maiora *gelten ſolten oder nicht : iſt von groſſer vvichtigkeit befunden vvorden, &c. Wievvol es nun das anſehen gehabt , (vveiln der natürlichen Freyheit gantz zuvvieder iſt , das einer durch ſein* votum *verordnen könne vvas einander geben ſolle , im Reich auch ſolches niemahls eingereumet, ſondern die* regul *das* in materia religionis , collectarum & vbi Status conſiderantur , vt ſinguli , *die* maiora *nicht ſtatthaben , iederzeit obſerviret und gehalten vvorden) es vvurde auch ſolche nachmahls zu* ſtabiliren *ſein. So hat man iedoch nötig befunden , unter den* collectis neceſſariis & voluntariis *dergeſtalt zu* diſtinguiren , *das bey ienen die* maiora *zvvar gelten können , bey dieſen aber keines vveges zuzulaſſen ſein. Welche* collecten *aber für nothvvendig zu achten , kan gleichfals durch die* maiora *nicht* definiret *vverden ; ſondern es iſt einig und allein auß den Reichsabſchieden und den darinnen enthaltenen fällen zu nehmen, und nach inhalt derſelben , nur alsdan die Reichs anlage für nothvvendig zu halten , vven ein allgemeiner nicht eines oder andern Standes Feind auff das Reich eindringet , &c. und mit Beſchlus und Führung ſolches allgemeinen Krieges vermög deß Reichs - abſchieden und neulichen Friedenſchluſſes verfahren vverde , auſſer dieſen fallen ſein alle* collectæ voluntariæ , *dabey ein ieglicher Stand keinen* maioribus *vntervvorffen, &c.* Ita in Receſſu Circuli Infer. Saxon. de an. 1652. menſ. Octob. (Vid. *Contin. Theat. Europæ*, ad an. 1652. p. 304.) Dominus de *Monzambano* hanc quæſtionem tali diſtinctione reſoluit , an , quæ conferuntur , ad totius Reip. ſalutem ſpectent , an verò in gratiam duntaxat & peculiarem vſum Imperatoris tendant. Iſta nemo bonus ciuis defugerit: circa hæc ſuæ quémque liberalitati modum ſtatuere par fuerit. Hæc ille. Sed vix credo, quod hæc diſtinctio omnibus ſit ad palatum.

N 3 *Intereſſe in per q ratione maiorum votorum.*

DISCVRS

DISCVRSVS XX.

DE

PVNCTO IVSTITIAE & de Antiquis & Modernis Imperij Romano-Germanici Iudiciis, Camera Spirenſi, Iudicio aulico, &c.

Ad art. 5. *Inſtr. Pac.* §. 20.

PRÆMITTENDVM hic eſt. 1. Germanicos Populos, vt vt vnius fuerint originis, & linguæ prope eiuſdem, tamen in vnam Rempubl. non niſi admodum ſerò, & quidem felicibus Francorum armis, coaluiſſe. 2. Singulis iſtis populis ſingulas fuiſſe Reſpublicas, & quidem omnes propemodum populares, non quidem omnino, magna tamen ex parte. Hinc ſequitur *ætate* iſtorum *veterum Germanorum non totius Germaniæ commune aliquod iudicium, ſingulis tamen populis iudicia ſua peculiaria fuiſſe*; quum nulla ſocietas abſque iudiciis vel breuiſſimo tempore poſſit conſiſtere. (vid. Dn. *Herman. Conring.* in egregia Diſſert. de Iudic. German. ex qua præcipua huc in compendium adducere operæ pretium duxi) Hinc præclarè *Ariſtoteles* (l. 6. Pol. cap. 8.) ait: *Iudiciis cauſarum non factis minimè maneret ſocietas humana.* Nam inter hanc vitam perpolitam humanitate, & illam immanem, nihil tam intereſt, quàm ius atque vis. Horum vtro vti nolimus altero eſt vtendum. Vim volumus extingui? ius valeat neceſſe eſt, id eſt, iudicia quibus omne ius continetur. Iudicia diſplicent aut nulla ſunt? vis dominetur neceſſe eſt. (*Cicer.* T. 3. Orat. pro Sext. p. m. 48.) Sine defenſione itaque iudiciorum retineri vita corporalis non magis poteſt, quàm ſine cibo & potu corpus, vt ſapienter iudicat Germanorum Papinianus *Oldendorpius* (de Iur. & Æquit. tit. 6.) Veriſſimum porrò eſt, iudicia in rebuſpubl. conſtituta ſi non bene conſeruentur atque ordinentur, turbas & anarchiam parere. Quàm malè ſe habuerint per Germaniam

Forma Reip. veteris Germaniæ: Iudicia veterũ Germanorũ.

Iudiciis carere humana ſocietas nequit.

Oldendorpius.

Intereſt Imperij vt iudicia in eo bene ordinētur

olim iudicia, ſi aliunde non conſtaret, vel inde colligere poſſemus, quod in conſtitutione Friderici II. Imp. apud Goldaſtum, vbi iudicio aulico tantum vnus iudex præponitur. Atque hic iudiciorum defectus cauſa fuit, quod ordines Imperij, ſi quæ inter eos controuerſia oriretur.

Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro

Origo des Fauſt rechts vbi deſinūt iudicia oriūtur bella.

rem repeterent. Nam vbi deficiunt iudicia incipit bellum. (V. *Hug. Grot.* l.1. de I.B. & P. cap. 1. num. 2.) Et *Cicero* (l.1. de Offic.) ait: *Cum ſint duo genera decertandi, vnum per diſceptationem alterum per vim, cúmque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi vti non licet priore.* Eadem igitur ex cauſa, quia, vt in Imperio, ita & in prouinciis omnino malè conſtituta erant iudicia, priuatis etiam duella permittebantur. Leges Alemanicas de hac re vid. ap. Dn. *Ludol. Hugon.* (de Stat. Reg. Germ. cap. 3. §. 37.) Hinc etiam factum, quod lingua Germanorum ipſum iudicium bellum iuris vocetur (*der Krieg Rechtens*) litis conteſtatio (*Kriegs beſeſtigung*) litis conſortes (*Kriegs Verwandten*) & litis curator (*Kriegiſcher Vormund*) quæ vocabula antiquam belli ac iudicij confuſionem redolere videntur. Sed vt notitiam iudiciorum Germaniæ ab ouo, quod dicitur, arceſſamus, *Cæſar* de Bell. Gallic. incidat regionibus & pagis Germaniæ Principes (id eſt, Nobiles) præfuiſſe, cóſque inter ſuos dixiſſe ius, & minuiſſe controuerſias. Etſi autem nonnullis gentibus Reges fuerint, tamen nomen id potius fuit, quam verè regia poteſtas, vt ita in regnis non alia fuerit, quam alibi iudiciorum forma, & in his quoque Principes & eorum ex plebe aſſeſſores per pagos & vicos ius dixerint.

Iudiciorum Germ. conſtitutio ante Carolū M.

Iudicia Germaniæ tempore Francorum.

II. *Caroli Magni* demum æuo, quum demum in vnum corpus Germania coaleſceret, *iudicia fuerunt partim penes concilium omnium Ordinum, partim penes Regem ſolum, partim penes Duces & Grauiones cum Scabinis Aſſeſſoribus, partim Epiſcopos, partim denique penes Regis Legatos, vel, vt tum loquebantur, Miſſos Regios.* Ad concilium tum pertinebant negotia maiora, quæ nunc vocant, ſtatus, de quibus non ſolus Rex, ſed Rex cum Cócilio iudicabant (vid. *Hotoman.* in Fráco Gall. cap. 11. & 15.) Ita familiæ regiæ cum inter ſe, tum aduerſus alios controuerſiæ in concilio Procerum & Populi diſceptabantur. Minores Procerum lites per Regem aut ipſius *Miſſos* (quos hodie *Commiſſarios*, *Viſitatores* vel delegatos extraordinarios appellare poſſis) dirimebantur. Iudicium ipſius Regis in Palatio Regio erat, ipſéque Rex ſingulis hebdomadibus ſemel cognitioni cauſarum vacauit, reliquo verò tempore Comes Palatij cauſas iudicauit, deferebantúrque ad illud iudicium cauſæ non tantum per appella-

Iudicium ſummū ſeu vniuerſale in Conciliis, hodie in Comitiis de cauſis maioribus.

Iudiciū aulicū Regium Francorum.

tionem, ſed etiam omnes minores inter Epiſcopos, Abbates, Comites & aliorum ordinum. Ita tamen Regi proponebantur cauſæ minores ſi prius apud Comitem Palatij expoſitæ, ab eodem finiri nequirent, vt ex Hincmaro probat Dn. *Strauch.* D.13. th.2. Vt adeò ad Comitem Palatij videantur delatæ duorum generum cauſæ: aliæ quæ alibi decidi non potuerunt per prouocationem partium litigantium; aliæ circa ipſum Palatium Regium aut in aula ipſamet enatæ. Extra hæc iudicia de reliquis cauſis minoribus iudicia erant vel profana vel ſacra. Nam circa controuerſias profanas extra aulam, & quidem minorum cauſarum erant in ſingulis pagis ſeu diſtrictibus conſtituti Grauiones ſiue iudices, ſtipati Scabinis ſiue Aſſeſſoribus ex nobilitate aut honeſta plebe delectis, qui ſuper ciuilibus & criminalibus cauſis cognoſcebant. Grauiones porrò propter pagorum amplitudinem paſſim per vicos ſibi commiſſos habuerunt Vicarios ſiue *Schuldeſios*, (*Schultzen*) à quibus ad Comites dabatur prouocatio. Præter hæc iudicia profana cauſarum minorum tum temporis fuerunt & iudicia ſacra: *Primum* enim Sacerdotibus licuit in vitioſos Chriſtianorum mores pænis canonicis tum etiam excommunicatione animaduertere. *Deinde* conceſſa quoque erat Epiſcopis omnis in Clericos & Monachos iuriſdictio, quod tamen in Repub. bene conſtituta non facile admittendum, Abſurdum enim clericis eſt, imò opprobrioſum ſi peritos ſe velint oſtendere diſceptationum forenſium (l. 41. C. de Epiſc. & Cleric.] Hinc etiam hodie Proteſtantes in Eccleſiis ſuis bene ſanxerunt, vt clerici in ordinatis à ſe iudiciis, quæ Conſiſtoria vocant, quoad perſonalia conueniantur. [add. Dn. *Strauch.* Diſſert. Exoter. 6. n.10. 11.] Epiſcoporum autem cauſæ in Synodo vel apud Metropolitanum agitatæ fuerunt, dataque eſt Epiſcopis pariter & actoribus ad Papam à Metropolitano prouocandi licentia, quod tamen antiquis Canonibus minimè fuit conſentaneum [quum ex veteri more omnis controuerſia in illa Diœceſi debebat decidi vbi nata] & hac ratione Papalem autoritatem in regimen Eccleſiaſticum Germaniæ traductum eſſe certum eſt. Quantumuis autem id ipſum initiò non ſummè nocuerit, quamdiu ipſe Papa vnum cum Germania Regem reuerenter coleret, tamen damnoſum fuit Reipub. extra regni Germanici limites iudicem aliquem admittere, qui poſſet non eſſe ſubditus Germaniæ Regi qualis vtique fuit Papa ſtatim ab obitu Ludouici Pij, quo tempore & Germania fuit diſtincta à Republ. Romani Imperij & Papa hierarchiam ſuam cæpit ſtruere, euileſcente Francici regni authoritate. Quamuis verò nouo exemplo cæperit tum prouocatio Epiſcoporum ad Papam à iudicio ſuſpecti Metropolitani, tamen ſi in Synodo cauſa eorum iam fuerit acta & regia authoritate

Iudicia profana in cauſis minoribus extra aulam

Iudicia ſacra in cauſis minoribus perſonas ſacras concernentibus.

Clericis & Epiſcopis nõ competit iuriſdictio.

Origo Prouocationis ad Papã contra Eccleſiarum Germanicarum commoda introducta.

Origo Papalis iuriſdictionis in Germania contra intereſſe Imperij.

deciſa; non licuit prouocare. Regno porrò Francorum durante non minus iure iurando Regibus deuincti erant Epiſcopi atque ſubditorum alii, & illa ætate ipſimet Papæ iudicio Cæſareo obtemperare coacti fuerunt. *Tertium* munus Epiſcopalis ſacri iudicij fuit deciſio quarumuis litium ad id à laïcis perlatarum. Et quamuis longè hoc iudicium iudicio Comitum præſtiterit cum multitudine negotiorum

Intereſſe Reip. quoad Eccleſiaſtica negligitur.

tum auctoritate & dignitate: Nullo tamen Reipub. bono, vel certè perexiguo, multa horum ita eſſe conſtituta, docuit euentus, Epiſcopis nonnullis in tyrannos planè degenerantibus, & dum alienis incumbunt curis, ſui quod erat muneris negligentibus, ſummo Eccleſiæ Germanicæ damno. Regulæ enim Politicæ ſunt æternæ veritatis quod [1] militans Deo minimè ſe ſecularibus negotiis implicare debeat. [c. Cum ad verum. Diſt. 96] quum deſierit eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti. (2. Feud. 21.] [2] quod clerici cum publicis actionibus nihil habeant commune. [l. 17. C. de Epiſc. & Cler. l. 23. C. de Teſtam.] quum cithara cum pſalterio malè concordet. [c. Diuerſis Extr. de Cleric. Coniug.] *Sie müſſen nicht den einen fuß uff der Canzel,*

N B. Conſiliũ pro Conſiſtoriis Proteſtãtiũ.

den andern in der Gerichtſtube haben. Vnde etiam nonnulli conſulunt in Conſiſtoria Proteſtantium clericalis conditionis homines planè non eſſe tanquam iudices adſciſcendos, id quod etiam in iis locis obtinet, vbi nulla eſt differentia inter Cancellarias & Conſiſtoria. Poſt ſacra illa eadem tempeſtate fuere iudicia de bonis ſacris, quorum

Iudicia ſacra de cauſis minoribus ſacra bona concernentibus Aduocati.

iudicium non erat penes ipſos Clericos aut Monachos, ſed alios ſingulatim à Regibus in id conſtitutos, qui Vice-Domini, Aduocati aut *Kaſtenvogte* audiebant; adeoque Clericorum perſonæ iudicio Epiſcoporum; bona eorundem iudicio Aduocatorum Laïcorum ſuberant. Ab hiſce iudicibus prouocabatur tum ad *Miſſos* aut Legatos *Regios*, qui certis temporibus Prouincias circumibant, tum ad ipſum Regis Palatium. Prouocare tamen non temerè conceſſum,

Miſſi Regij.

niſi vbi Comites, Epiſcopi, Abbates & alij officio ſuo minus rectè fungerentur. Miſſorum iſtorum officium fuit viſitare Comites ſingulorum pagorum [*Govven*] num quid officium facerent, vtrum Epiſcopi & Comites & inter ſe & cum cæteris fidelibus concorditer viuerent. [Vid. *Lehman*, l. 2. Chronic. c. 10.] In hunc modum fuere conſtituta omnia iudicia cum alibi, qua patebat regnum Francorum tùm etiam per Germaniam, quo tempore floruit maximè illa Reſpub. ſub Carolo M. & Ludouico Pio omnia perinde ita obſeruata fuiſſe etiam nepotum ætate Dn. *Conringius* affirmare non audet. Fuit enim turbulenta tandem Reſpub. per inteſtinos motus & Normannorum incurſiones, & ſenſim dignitas Regia plurimum decreuit, maximè poſt creatos Duces quaſi hæreditarios.

Quomodo ſeſe habuerint iudicia Germaniæ poſt regnũ Francorum.

III. Quæritur nunc porrò quomodo iudicia Germaniæ poſt Francorum tempora ſeſe habuerint? De eo difficulter conſtat. Nam hiſtorici ferè omnes, qui horum temporum acta conſignarunt, fuere rerum ciuilium imperiti, adeoque pauciſſima de iudiciis Germaniæ tradiderunt. Horum autem temporum iudicia pertinent 1. ad Regum cauſas 2. Principum 3. Epiſcoporum.

1. Quoad cauſas Regum.

Regum cauſa pertinentes ad Reipub. adminiſtrationem, vt olim ita & poſt agitatæ ſunt frequenter in Comitiis regni. Duo tamen circa cauſas regias acciderunt nonnunquam, multum à priſcis moribus iudiciorum Carolinorum diſſidentia. *Alterum* eſt, quòd Concilij omnium Ordinum illa vis in cognoſcendis Regis cauſis, ad ſolos Electores tranſire cæperit, poſt euectam multum nouo more Septemuirorum dignitatem per A. Bullam Caroli IV.

Electorum prærogatiua quoad Imperij iuriſdictionem. Intereſſe Imperij ob diſcordias neglectum.

Hoc iure equidem Wenceſlaus Cæſar tantum ex Electorum ſententia depoſitus fuit, & poſt in Septemuiralibus illis Comitiis pæne ſolis de cauſis iſtis Regiis fuit actum. *Alterum*, quod Papa Romanus cæperit non tantum arrogare ſibi, ceu aliquis feudi dominus, imò verò tanquam Vice-Deus orbis Chriſtiani, iuriſdictionem in Cæſares & Reges Germaniæ, ſed etiam illos immorigeros communicatione ſacra in tantum excludere, vt omnes ciues & ordines iuramento fidelitatis ſoluerentur.

Incremẽtum Papalis iuriſdictionis cum inſigni Imperij detrimento.

Primus qui id fecit fuit Gregorius VII. Papa, qui non dubitauit Cæſarem Henricum IV. cuius erat ſubditus, ciuilium delictorum nomine, & Romam ad dicendam coram ſeſe cauſam vocare, & non comparentem ſtatim excommunicare, ſimulque ſubditos ſacramento iuratæ fidelitatis exſoluere. Otto Friſingenſis acutè: Perſcrutatus ſum tota Biblia nuſquam vidi religioſis vel gladium vel ius magiſtratus attributum. (*Piccart.* ad l. 4. Pol. Ariſt. c. 15.)

Intereſſe Imperij à Luthero inſtauratum.

Eodem modo tonarunt alij Hildebrandini ſucceſſores in Henricum V. Fridericum I. Fridericum II. Ludouicum IV. A Lutheri verò ætate ab omnibus Proteſtantibus damnatus eſt Hildebrandiſmus, & aſſerta Reipub. libertas.

2. Quoad cauſas Principum Fürſtenrecht cũ inſigni libertate Imperij coniunctum adeoque intereſt vt illud in bonũ vſum redeat

Quod Principum Laicorum cauſas attinet, illud ex antiquo more manſit, quod iſtæ nunquam ſolius Regis iudicio fuerint permiſſæ, ſed indicto conuentu à Rege & Ordinibus diiudicatæ Et hoc iudicium vocatur *das Fürſten Recht.* Ita *Henricus* III. Imp. Conradum Bauariæ Ducem in Comitiis Merſeburgenſibus quorundam Principum iudicio Ducali dignitate exuit. [*Herman Contractus* ad ann. 1052.) *Henricus* IV. Ottonis Bauariæ Ducis cauſam læſæ maieſtatis non niſi in Comitiis regni agitauit (Vid. *Auentin.* l. 5.) Quum Otto ille Bauariæ Ducatum ereptum repoſceret, Henricus ipſi iuxta Principum iuriſdictionem ſatisfacere promiſit (Anon. *Monach. Herueldenſ.* in Chron. Hiſtor. German. ad an. 1073.) *Henricus* V. In frequenti Principum conuentu, iudicio

optimatum & Concilij decreto (vt loquitur Vrſpergenſis) Ducem Lotharingiæ proſcripſit. *Conradus* III. in frequenti Senatu & ſententia edictoque Principum proſcripſit Henricum Superbum. (*Auentin.* lib. 6.) *Fridericus* I. litem inter Ducem Henricum Saxonem & Henricum Marchionem Auſtriæ conſilio Principum terminauit. (*Naucler* Vol.3. Chronogr. gener. 30.) *Auentinus* (l. 6. Ann.) ait hoc peractum eſſe Ratisbonæ ex conſilio, ſententia & decreto Superiorum Principum. *Otto Friſingenſis* (l.2. de reb. geſt. Frider. c.10. 28.29. & vult.) ſcribit hoc primum in Goſlariæ Curia deciſum, Ratiſbonæ poſtea executioni mandatum. Henrici Leonis cauſam quoque non niſi in Comitiis regni agitatam, nec niſi de communi Principum ſententia illum eſſe proſcriptum teſtantur omnes qui rei illius ſeriem compoſuerunt. Idem Henricus ſupplex à Cæſare abſque conſenſu Principum non potuit in integrum reſtitui. (*Arnold. Lubecenſ.* l. 2. Chron. Slau. c.29.) *Otto IV*. Cæſar (teſte Arnoldo) Ottonem Wittelsbachium in Comitiis regni ad voluntatem omnium proſcripſit. *Fridericus II.* ex ſententia 70. Principum in Comitiis damnauit filium (*Auentin.* l. 7. Annal.] Cauſa inter Ottocarum R. Bohemiæ & *Rudolphum I.* Imp.non vni Rudolpho Cæſari, ſed ſimul & Principum Senatui permiſſa eſt. [*Gerhard. de Roo.* l. 1. Hiſt. Auſtr.] Idem Cæſar Auſtriam aliaſque Prouincias repetente Bauaro, Senatu Imperij conuocato, retulit, quid fieri placeret. Quodnam Senatusconſultum & Decretum Concilij tum factum ſit vid. apud *Auentin.* [l.7. Ann. *Lundorp.* T.1. act. publ. l.4. c.17. p.431. & c.18. p.436.] *Adolphus* Imper. ann. 1296. [*Auentino teſte*] in concilio atque ex ſententia Principum, Noricorum Ducis filios proſcripſit. *Henricus VII.* contra Bohemum promulgauit decretum itidem ex ſententia Principum, vt parium curiæ [*Goldaſt.* p. 2. *Reichſaz*, p. 29.] *Carolus IV.* in conceſſu Electorum controuerſiam de Electorali dignitate inter Palatinum & Bauarum terminauit. [Vid. *Freher.* de legit. tutela Palatin. c. de occaſione leg. ſub lit. B.] *Sigiſmundus* publico Principum iudicio Fridericum Ducem Auſtriæ comdemnauit [*Huld. Mutius* l.27. Chron. German.] Idem litem inter Ducem Bergenſem & Archiepiſcop. Colonienſem de nouo ad Renum vectigali exortam aſſumptis in conſilium multis Epiſcopis, Principibus & aliis Optimatibus decidit. Idem Cæſar ſententiam Patris Caroli de Palatino Electoratu tam Eccleſiaſticorum quàm ſeculiarium Principum Sacri Romani Imperij Electorum Conſilio & conſenſu accedente, aliorum etiam Principum plurimorum Eccleſiaſticorum & ſecularium Baronum Nobilium & procerum ſuorum ac Sacri Imperij fidelium confirmauit. [*Goldaſt der Reichs*-Conſtitution, Reformation, &c. p. 144.]

Idem Conſiliis Electorum contra Ericum Lauenburgenſem pronunciauit, & Fridericum Marchionem Miſniæ in Collegium Electorale accepit an. 1440. *Fridericus III.* Ludouico Bauariæ Duci cum filio litigaturo reſpondit: *Wir vvollen die ſach mit ſamt unſern und deſs Reichs Churfürſten und andern Fürſten für uns nemmen, und euch zu beyderſeits mit der Freundſchafft, oder mit dem Rechten entſcheiden.* (*Lundorp.* d.l.p.11.) Sub *Maximiliano I.* cum an. 1504. de Georgij Diuitiis Bauariæ Ducis hæreditate contenderetur, Imperator tandem ad proxima comitia totam controuerſiam reiecit, quæ tandem Coloniæ an. 1505. ſopita. (*Gerh. de Roo.* l.10. Hiſt. Auſtr. *Lundorp.* l.c.p.19.) Patet itaque vſque ad hæc tempora controuerſias Principum in Parium Principum Concilio coram Rege aut Cæſare vel agitatas vel deciſas eſſe; adeóque Dn. *Conring.* non dubitat lege publica id ita fuiſſe conſtitutum. Probat hoc ipſum ex *Ottone Friſing.* (l.1. de geſt. Frider. c.31.) vbi aſſerit, quòd Cæſar de Comitibus & Ducibus ſententiam non ferat, niſi de conſenſu Parium. In *Friderici II.* Imp. conſtitutione an.1236. in Comitiis lata extat: *Daß er ſelber vvolle richten die Fürſten und andere hohe Leute, vvo es an ihr Leibe, oder an ihr Recht, oder an ihr Erbe, oder an ihr Ehre gehet, auff die Weiſe, vvie es dem H. Reich von alten zeiten herkommen*, nempe in conſeſſu Principum, &c. *Lundorp.* T.2. actor. publ. l. 1. Tr. 2. p.18.) Eadem verba habentur in conſtitutione *Rudolphi I.* apud *Lehmann.* l. 5. Chron.c.108. Vnde liquet ſeculo XIII. etiam ſcripta lege à iudicandis cauſis Principum aulæ Cæſareæ Palatinum iudicium fuiſſe ſeclusum. Quid ius feudale circa hanc rem conſtituerit, notum eſt ex Feudiſtis. *Sigiſmundus* Imp. in cauſa Erici Lauenburgenſis contra Fridericum Marchionem Miſniæ an. 1434. reſcripſit: Quæſtionem illam ad ſuam & illuſtrium Archi-Principum Sacri Rom.Imperij pertinere notionem, & quod iuſtitia hæc aliter expediri nequeat, niſi Parium Curiæ arbitrio reſpectu feudi Electoratus Saxoniæ. (Vid. Proteſtat. Sigiſmundi contra Concilium Baſileenſe apud *Lundorp.* l. 1.p.18.) Quum an. 1448. Henricus Bauariæ Dux, opinaretur, ſeſe citatum ad iudicium aulicum vulgare, ſeque illi iudicio ſubmittere nollet, Imperator *Fridericus III.* ipſi in hunc modum reſcripſit: *Iſt unſer Meinung nicht gevveſen, und noch unſer Meinung nicht, das ſolch Recht* (nempe cauſa ipſum Principem concernens) *in unſerm Cammergericht das vvir mit den Perſonen, vvan Fürſten und umb Sachen die Unſer und des Reichs Oberſten Ehre, Leib oder Leben nicht betretten, beſezen, zvviſchen euch ſol oder ſolte außgetragen vverden, ſondern allein vor unſer Maj. und unſern und des Reichs Fürſten die vvir zu uns ſezen vverden.* [*Lundorp.* l.c.p.17.] Nullum itaque dubium eſt an-

Iudiciû Parium lege Imperij confirmatum.

tiquiſſimum illum morem Germanicum, quippe etiam ſub Carolina familia obſeruatus eſt, de Principum cauſis non niſi de ſententia Principum eiuſdem ordinis iudicandis, ſaltem vſque ad Maximilianum I. Imp. manſiſſe integrum.

Mutatio circa iudicium Parium curia.

Ex hiſce manifeſtum eſt, quòd adulationis pleniſſimi ſint, qui iudicium illud *das Fürſten-recht* inane figmentum vocare ſunt auſi. Et licet poſtea Cæſares ſibi ſolis poteſtatem ſumpſere iudicandi circa feuda Principum, animoſiores tamen ordinum conſtanter contradixerunt, vt infra patebit. In nonnullis tamen iudicia in cauſis Principum à priſcis moribus multum receſſerunt: Primum enim plerique Principes quos & vrbes nonnullæ ſunt imitatæ, iudicia ſibi arbitraria ſiue compromiſſaria conſtituerunt, non attenta Regum ſententia: quæ hodieque *Auſträge* aut *Gevvilkürte Auſträge, vvilkuhr der Auſträge*, appellantur.

Auſtregarũ origo.

Horum iudiciorum origo probabiliter refertur in longum illud interregnum ſeculi XIII. & vltimos Friderici II. Cæſaris annos, Nam omni illo tempore nulla fuerunt iudicia publica, neque potuerunt non interea controuerſiæ inter Principes oriri. Sed & poſt interregnum vſque ad Maximilianum ea fuit Cæſarum imbecillitas, vt Principum multi ab eorum iudiciis cauſas ſuas ſuſpendere noluerint. Rara quoque ex eo fuerunt regni Comitia; ſæpe etiam contenderunt inter ſe Cæſares de Cæſarea dignitate ante Carolinam Bullam, vt proinde tam turbulento Reip. ſtatu etiam coacti fuerint nonnulli Principes alia ſibi iudicia quærere.

Fauſt-recht.

Adhuc magis ab ætatis Carolinæ moribus in eo receſſum eſt, quòd plurimæ Principum controuerſiæ & cauſæ etiam armis & bellis fuerint agitatæ ab iis, quibus potentia magis ſua, quam cauſa placuit. Cæpit hoc ſtatim ex quo Germanicæ prouinciæ Ducibus fuere commiſſæ, Comitatus quoque & Ducatus tantum non merè hæreditarij ſunt facti. Ex eo enim munimenta & arces in Germania plurimæ à ſingulis Principibus, Comitibus & aliis exſtrui cæperunt, & domi aucta eſt ſingulorum potentia, vſque adeò vt viribus ſuis freti, æqua iudicia vix amplius admitterent.

Potentia Imperialis intereſſe decreſcit.

Primaria cauſa autem, quod circa hæc tempora potentior in iure habitus fuerit prior, eſt, quod Germaniæ iudicia non fuerint bene conſtituta, vti iam ſupra ſub init. huj. Diſc. diximus. Grotianum enim illud axioma verum eſt: Vbi deficiunt iudicia, incipiunt bella. Iam verò in tam atrocibus Imperij ciuilibus diſcordiis in quibus inualidæ leges ſilebant, quæ aut qualis iudiciorum authoritas potuit exiſtere? Cumprimis verò inualuit hoc poſt labefactatam per Hildebrandum regiam poteſtatem, & multò magis ab ætate Friderici II. Cæſaris. Ab eo enim tempore diſſidiis internis Reſpub. noſtra agitata, quod inde eſt, quod minus bene cautum fuerit, quo minus ſingulis Principibus ſua arma, ſuæ arces &

munita

Cauſa diſſidiorum in Germania ante Carolum V.

munita oppida eſſent; quod in bene conſtituta Repub. tolerari non debet, nec vllus Populus, rectè ſibi conſulens, tolerabit. Illis autem ciuilibus diſſidiis fractum eſt Imperij robur, vt hodie pateat etiam exterorum ictibus, quos alias ſecurè poterat ſpernere, vt benè cenſet *Coming.* (ad Lampad. p. 3 c. 21. §. 20.) Non minus illud quoque nouum eſt, quod vt in Reges ac Cæſares noſtros, ita & in Principes ſeculares profanorum negotiorum cauſa iuriſdictionem aliquam Papæ cœperint exercere. Senſim id ortum eſt, poſtquam Hildebrando auctore in immenſum auctoritas Papalis excreuit.

Paparũ arcana & molitiones contra Germania Rempub.

Præterea & aliis *occultis artibus tractæ ſunt Principum cauſæ ad forum Papale, dum Papa* diſſenſionibus inter dominos & vaſſallos, & inter duos nobiles & vicinos, inuicem contendentes, ad petitionem vnius partis partes ſuas interponendo, arbitrium captarunt, eoque vel ad concordiam coërcuerunt, vel alteri parti ſe adiunxerunt, &c. quæ artes durarunt vſque ad Maximiliani Cæſaris æuum.

Intereſt Imperij ne Imperatoris auctoritas euileſcat.

Hæc omnia autem euenerunt poſt regiam dignitatem & auctoritatem, in Repub. noſtra collapſam quorum vt nihil ferendum eſt in Repub. bene conſtituta, ita nec in Germania contigiſſet, ſi Reipub. vt olim, ſua authoritas & vis manſiſſet ſalua.

Per ciuilia bella creuit authoritas Papæ.

Eodem vitio nutrita eſt Pontificum Romanorum audacia, Repub. tot modis ſciſſa & lacera. Papales tamen illos conatus hodie fortaſſis dixeris è medio ſublatos eſſe; quæ felicitas Reipub. Proteſtantibus vnicè, vel certè potiſſimum, ferenda eſt accepta.

Proteſtantes intereſſe Reip. aduerſus Papam promouent.

Poſtquam enim illi Principes Laici, quorum per Germaniam potentia non leuis eſt, Papali dominationi colla ſubduxerunt, fortaſſis & iſti Principes, qui non ſunt in Proteſtantium numero, libertati ſuæ aliorum exemplo rectius cauerunt.

Intereſſe Imperij promotum.

Magno porrò Germaniæ bono factum, quod (ſublata Principum χειροδικίᾳ) à Maximiliani vſque tempore controuerſiæ legitimis iudiciis paſſim commiſſæ ſunt, poſtquam prudentiores & æquiores Principum tot bellorum ciuilium, quibus per aliquot centum annos miſere Germania euerſa erat, tædium capere cœpit.

Ictorum vtilitas in aulis Principum.

Flexi indubiè ad humaniora hæc inſtituta Principum animi haud leuiter fuerunt per Romani atque Canonici Iuriſperitos qui à Maximiliani ætate conſiliis Reipub. paſſim per Germaniam ſunt admoti, in aulis Principum antea regnantibus pæne ſolis illiteratis & militaris ordinis hominibus.

Iudicia Germaniæ ad Ictos deueniunt.

IV. Id quoque planè more nouo cœpit quòd ipſimet Principes aut Cæſar ipſemet non amplius cauſarum cognitionem ſuſceperunt, ſed eandem in miniſtros ſuos, legum peritos, reiecerunt. Factum hoc maximè ab ætate Maximiliani I. Imper. ex quo pro legibus Germaniæ ſcriptis & non ſcriptis Romanæ atque Pontificiæ leges ac Canones in Germania inualuerunt. Neque enim fieri temere potuit,

Auſtregæ in ius perpetuũ tranſeunt.

vt Principes ipſi Romanum & Canonicum ius addiſcerent, id quod alias ob iurium iſtorum prolixitatem atque difficultatem integrum requirit hominem, & neceſſitate coacti ijdem ſunt iudicia aliis committere. Inde Do. *Conring.* diuturnitatem litium cæpiſſe putat, rationes non paucas afferens, quas in Diſſert. de iudiciis videre eſt. Porrò & alia mutatio circa compromiſſoria iudicia, quæ Auſtregæ dicuntur contigit. Quum enim antehac non niſi apud paucos fortaſſis illa obtinuiſſent, nec tam authoritate Reipub. quàm ex Principum quorundam priuato inſtituto, quum Maximilianus nouam iudiciorum rationem inſtitueret, Cæſar verò priſcam authoritatem in ſummis illis cauſis dijudicandis reſtitutam vellet; placuit, vt omnes Principum cauſæ, ſiquidem reus ita velit, coram arbitrariis iudicibus, à Cæſare in id confirmatis, agerentur; data tamen venia appellandi à ſententia ad ſummum Camerale iudicium, de qua re Vid. *Ordinat. Cameræ* an. 1495. Wormatiæ confectam part. 2. titul. 1. & ſeq. Inde orta *priuilegiata Auſtregarum inſtantia* vulgo *Auſtrag, das alda dero H. Reichs Stände entſtehende Irrungen ſollen beygeleget vverden.* De hoc iudicio *Autor Comitiologiæ Ratisbon. de an.* 1654. in hunc modum: *Anfangs vvar ein Auſtrag ein pur lauter teutſch vvort, und ein Nahm gütlicher Handlung, alſo das der ſtreitigen Sachen auſtrag und vertrag* Synonima *vvaren. Endlich aber iſt zumahl an hohen orten* (authoritate & præeminentia Superiorum) *ein* ius *und Gerechtigkeit daraus gemacht, mit dieſem effect, das zumahl die dem Reich* immediatè *vntervvorfene, &c. Ihr Recht nicht aus vvilkühr, ſondern* de neceſſitate in prima inſtantia auſtregiarum *einrichten müſſen. Wievvol aber hernach ſolcher Nahm mit einem andern* prætext *und Schein belegt, nemlich das es unbillich ſein vvürde, im fall die Herrn und Obrigkeiten* deterioris conditionis *ſein ſollen als ihre Vnterthanen*, (quod tamen Domin. *Conring.* ex eo falſum credit, quoniam pleraque negotia per ordinat. Cameræ illi iudicio ſunt ſubducta. Secus tamen putat Carolus V. Imper. dum ita Norinbergæ an. 1540. d. 6. Iul. ait. *Damit ſie nemlich zum vvenigſten zvvo* inſtantien *und ihnen die Gutthat und Hülff gleich ſo vvoll als denjenigen, ſo dem Reich nicht ohn mittel untervvorſen vorbehalten und unbenommen bleibt. Stamler.* de Reſcrip. Imper. p. 169. adde verba Epiſtolæ Domin. Elector. Palatini infra hoc numer. allegata) res illis indigna viſa eſt, vt ſtatim ſupremo Cameræ iudicio ſe perſonas & cauſas ſuas grauiſſimas committere deberent, (*Vultei.* ad l. 1. n. 30. (Vbi Senat. vel Clariſſ.) *und ob gleich* (pergit Autor,) *dannenhero Zvviſchen I. Kaj. May. und den Reichs Standen verglichen* (*ſo das die* auſtregæ *zvvar* priuilegiatæ inſtantiæ, *aber doch kaum* ex priuilegio *alſo genennet vverden vvollen*) Vtpote quum conſuetudine

in lucta per ordin. Cameræ nouo modo adiecto confirmatæ videri poſſint. *Das die Reichs* immediati *in erſter inſtanz* ſiue ab immediatis, ſiue à ſubditis & mediatis conueniantur *vor den Reichter der auſtrage belanget vverden müſſen, &c. Ob ſchon auch* Carolus V. *auff dem Reichstage zu Augſpurg*, an. 1543. *die Abſchaffungen der auſtrage* publicè proponiren *laſſen, &c. Dievveil es aber damit in den Stand gekommen das es heiſſe*: durum eſt quidem ſed ita lex ſcripta eſt, *und in dem Reichs Abſchied* de ann. 1654. §. 98. *demenigen gar mit einer ſtraffe gedrevvet vvird, vvelche die Auſtrage nicht in acht nehmen: So hat man nun nicht mehr darauff zuſehen, vvas es im anfang mit den Auſträgen für eine Bevvandnis: vvas Kaiſer Carl der V. damit im ſinn; ſondern hierumb hat man ſich allein zubekümmern, vvelchermaſſen die Auſträge ihren eigentlichen Gang und gevveiſeten vvege haben.* Et mox: *Kayſer Carl der V. hat geſagt: Die Auſträge vvürden nicht unbillich alſo genennet, vveil ſie das recht der armen Vnterthanen aus dem Lande tragen. So vveren auch die vielen* inſtantiæ *vvie* Latebræ vulpecularum; *Wann ein armer vermeint; Er vvolle ſeinen mächtigen Gegentheil in einer Höhle finden, ſo vviſchet er zu einem andern loch hinaus.* Hæc autor ille p. 309. 391. 392. 399. Vbi plura vide de praxi Auſtregarum, Confer. Domin. *Beliz.* tabul. 1. Proceſſus Cameralis. Quamvis verò hoc modo poſſint videri Principes more antiquo experiri coram ſui ordinis iudicibus, reapſe nihil tamen tale fit, quod illi, qui arbitrarij iudices ſunt lecti, ſoleant delegare iudicium miniſtris ſuis. Porrò etſi initiò omnes Principum cauſæ ad Auſtregales iudices ſint delatæ, tamen poſteà placuit coram hoc iudicio non experiri circa omnes controuerſias, ſed pleraque negotia ad Cameram referre (Vid. *ordinat. Cam. p. 2.*) quo ipſo liquet Auſtregis pauciſſima negotia relicta eſſe. Præterea definitum eſt legibus, vt iudicium Auſtregæ intra ſemeſtre aut annale tempus finiatur; quo ſpatio quum res paulò maioris momenti hodie finiri vix poſſint, etiam hoc modo fit, vt iudicium illud parum vſus habeat. Accedit vlterius, magnis ſumptibus iudicium illud conſtare, ob munera in miniſtros iudicantium ex more conferenda. Vt adeò Auſtregarum iudicium vel nihil, vel admodum parùm Reipub. proſit. Adhoc, ferè nunquam ibi componuntur controuerſiæ, ſed per appellationem vel ad Cameram vel ad iudicium aulicum trahuntur; quod multum abit à priſtinis moribus. Ex quo enim Auſtregæ inſtitutæ ab illis nulla prouocatio fuit permiſſa vel ad Cæſarem vel alios magnæ authoritatis Principes, niſi fortè conſenſu litigantium partium, & eorum, quibus ex compromiſſo competebat iudicium. Poſtquam verò iudicium Imperialis Cameræ cæpit, vt alia multa, ita & circa compromiſſaria talia iudicia haud pauca à ſolito mutauere. Parum

An auſtregæ ſint è re Reip. Romano-Germanicæ.

quoque hæc iudicia habent roboris, vtpote, quum careant vi executiua, & ea ſit potentioris cuiuſque indoles, præſertim ſi accedant Patroni cauſarum & conſiliarij minus ſancti, vt vltro id quod rectum & iuſtum atque per ſententiam ipſam deciſum eſt, efficere detrectent. *Hac Domin. Conring. de Auſtregis* (in Diſſ. de Iudiciis & ad Lampad. p.3. cap. 16. §.82. &c.17. §.3.) Quicquid de eo ſit iura hæc Auſtregarum *in Inſtrum. Pacis* h. verſ. *Viſitatio concilij*, &c. in fin. & in *Receſſ. Imper. de ann.* 1654. §. 98. & 161. perpetuò nunc ſunt confirmata, eorumque validus vigor tam in Camera Imperij, quàm iudicio aulico ſtabilitus eſt, in quo nouiſſimo iure meritò acquieſcere debemus. Quum verò hæc priuilegia primæ inſtantiæ ſint odioſa; hinc Cæſar petentibus Statibus, in Receſſ. de ann. 1654. §. 109. promiſit: *das die* auſtregarum priuilegia *nicht mehr ſo bald ſollen bevvilliget vverden.* Nouiſſimum exercitium iuris Auſtregarum ſiue compromiſſi habemus in *cauſa Palatina de iure Wildfangiatus & hominum propriorum* in duas potentiſſimas Coronas Regum Galliæ & Sueciæ non quidem ad præſcriptum ordinationis Cameræ, ſed argumento Inſtrumenti Pacis cuius executores ſunt iſti Reges vnà cum Cæſare. Hæ Coronæ eam per Commiſſarios ſuos Domin. *Honoratum Curtin*, Domin. *Davidem Mevium* & Domin. *Bœckel* Heilbrunnæ ann.1667. menſ. Febr. terminarunt. (Vid. *ſupra part.* 1. *Diſcurſ. de Iuribus Electoris Palatini.*] Ante hoc compromiſſum Sereniſſim. Elector Palatinus, quum in Comitiis Ratisbonenſ. 1654. nonnulli è vicinis conqueſti fuiſſent de exercitio illorum iurium in Wildfangios & homines proprios, & Cæſarea Maieſtas de hac cauſa Commiſſionem decerneret; Sereniſs. Domin. Elector in litteris de dato Heidelbergæ d. 20. Septemb. ann. 1655. ad Cæſaream Maj. ita inter cætera: *Quando itaque Pace illa* [Monaſterienſi] *eamque ſecuta Cæſarea immiſſione, in Prouincias omniaque iura, conſequenter in ius hominum propriorum & Wildfangiorum, quod Maiores mei ante bellum poſſederunt, reſtitutus ſum; non tantum, ut illi, dictum ius hominum propriorum & Wildſangiorum exercere, ſed etiam, ſi Domin. Epiſcopus Spirenſis, aliuſve ſe eo gravatum putauerit, ex verbis Pacis* (vid. Inſtrumentum Pac. l. c.] *Auſtregarum prima inſtantia iure mihi uti licebit. Neque mea hac in parte deterior conditio, quàm ex aliorum Statibus Minimorum, qui ſe prima inſtantia priuari non ferunt, eſſe poterit. Et quamvis negari non poſſit, in nuperis Comitiis Ratisbonenſ. propoſita hac cauſa Statuum Conſilium de Commiſſione decernenda fuiſſe; attamen ſimul conſiderandum, quomodo res illa geſta ſit, meis quidem cæterorumque Statuum grauaminibus & reſtituendis, inſuper habita, &c. contra querela hac Epiſcopi Spirenſis & Conſortium*

Auſtregæ nō receſſerūt ab vſu vt multi putant.

Iudiciū auſtregarum in cauſa VVildfangiatus.

&c. Statibus propoſita, &c. Vnde factum vt è Conſilio Principum vndecim Legati Euangelicorum religioni addictis propter Intereſſe exceſſerint, adeoque in cauſa mea defecerint, è contrariò Catholici Principes, Epiſcopi aliique, quorum partim intererat aſſederint. Ex quibus aliiſque concurrentibus circumſtantiis Legati mei tum ad Correlationem verbis, tum apud Directorium Imperiale Scripto contra ea poteſtari neceſſe habuerunt. (Vid. *Inſtit. Cauſæ Palatinæ.* p. 2. pag. 174.) Cæſarea Maieſtas etiam cæpta periculoſa & extraordinaria Commiſſione abſtinere, quàm Palatinam cauſam eadem grauare maluit. Poſtea deſignati Commiſſarij, vt Elector Treuirenſis, Archiepiſcop. Salisburgenſis, Erneſtus Dux Saxoniæ & Landgravius Haſſo Darmſtadinus miſerunt Legatos ſuos Spiram; ad quos Elector Palatinus miſit Conſiliarium Lingelsheimium, & ore atque ſcriptis ante dictas exceptiones expoſuit, iiſdemque ad Dominos Commiſſarios non minus, quam ad ipſam Cæſaream Maieſtatem perſcriptis effecit vt à Commiſſione fuerit diſceſſum. (Vid. plura. *Inſtit. cauſæ Palatinæ* parte 2. pag. 175. 176.) Hactenus de Auſtregis, de quibus pluribus vid. Iulianus *Magenhorſt.* ad Ordinat. Cameræ pag. 2. titul. 1. & ſeqq. & Tract. *Schubhardi* de Auſtregis, quibus addi poterit ſcriptum quod nuper in cauſa Palatina prodiit, cui titulus: *Furor antiquandi forum Auſtregarum eluſus.* Domin. *Strauch.* Diſſert. Exot. 15. num. 4. *Ludolph. Hugo.* de Statu Region. German. cap. 4. §. 7.

V. Præ aliis maximi ponderis porrò eſt mutatio iudiciorum Germaniæ, quòd Cæſares à centum & amplius annis cœperint de Principum Feudalibus bonis maximis, imò vita & omni fortuna, decernere, non tantùm non audita aliorum Principum, vt Parium Curiæ, ſententia, ſed ne quidem in iudicio aliquo per Principum delegatos conſtituto, Superiori enim ſeculo *Carolus* V. Ioannem Fridericum Saxonem & Philippum Langrauium proſcripſit, illum captū etiam inſtinctu Hiſpanicorum Conſiliariorum capitis damnauit. Idem an. 1543 ſolus decidit litem inter Landgrauium & Naſſoniæ Comitem de ditione Cattorum non tamen ſine multorum Imperij Ordinum contradictione. *Solches haben die Löbliche Fürſten, Churfürſt Moritz zu Sachſen, Marggraff Albrecht zu Brandenburg und Landgraff Wilhelm zu Heſſen löblicher Gedechtniß durch öffentliche gedruckte außſchreiben für vnleidenlich gehalten*, vt loquuntur *Vniti* Principes in literis ad Electorem Saxoniæ de dato *Schwäbiſchen Hall.* d. 3. Ian. an. 1610. Imò illa ipſa ſententia per tranſactionem Paſſauienſem poſtea reſciſſa, & cauſa ad Principes de integro tractanda remiſſa eſt. (Vid. *Sleidan.* l. 24. Comment. *Tranſact. Paſſav.* §. *Es ſoll auch die* Kaiſerl. *Maj.*)

Infringitur Conſodiciū Principum, atque ita Libertas Germaniæ læditur, ab Hiſpanienſibus.

Caroli V. attentata contra iudiciū Parium.

Rudolphi II. attentata. Poſtea *Rudolph. II.* Imp. in turbis Argentoratenſibus an. 1602. intentauit proſcriptionis fulmen Chriſtiano Holſatiæ Duci Argentoratenſis Epiſcopatus Vice-Decano. Idem tamen Rudolphus litem Vrbis Treuirenſis contra eundem Electorem conſilio & Senatu Electorum an. 1580. d. 18. Martt. terminauit: In cauſa Iuliacenſi poſtea Rudolphus, quum illam ad ſui vnius iudicium attrahere niteretur, minacia mandata Brandeburgico & Neoburgico inſinuari fecit; qui tamen in Inſtrumento appellationis interpoſita Duſſeldorpij d. 19. Iul. 1609. non ſolùm Imperatorem, ſed Electores etiam ac Ordines Imperij im-*Appellatio ab Imperatore ad Imperium.* plorarunt: *Haben ſich beruffen vff die Römiſche Kayſerl. Maj. auch für alle friedliche, rechtliebende, und vnpartheiſche Churfürſten und Stände des H. R. Reichs Teutſcher* nation, *oder vvo ſonſten die Sachen ihrer art und eigenſchafft nach hingehorig, in meinung ſolche* appellation, *vvo ſich von Reichs und der Teutſchen Chur-und Fürſten libertet und Herkommen vvegen gebüret*, *zu* proſequiren, &c. Iidem in publico ſcripto, hac occaſione edito notanter ſcripſerunt: *Es vverde ſich in der vblichen Vralten* obſeruanz *und Herkommen anders nicht befinden, dan das die Regierende Römiſche Kayſer und Könige in dergleichen* controuer-*Grauamina Principũ circa iudicium Parium.* ſiis, *nach der Sachen und der Perſonen vvürdigkeit etzliche vnparteyſche Chur-vnd Fürſten, als* Pares curiæ, *zu ſich gezogen, daſſelbe auch vermoge der Fürſten-Recht Herkommens zu thun ſchuldig gevveſen.* Item in literis de dato *Cöln an der* Spree d. 6. Nou. an. 1609. *Es haben die Teutſchen Chur-vnd Fürſten* à multis retro ſeculis *dieſe* prærogatiuam *hergebracht, die auch ſolgends durch Kaiſerl. und Königl. Vrtheil* approbiret *vvorden, das ſie in Sachen ihre Fürſtenthum, Lehenſchafft, Leib vnd Ehre betreffend, niemand als den Römiſchen Kaiſer oder König neben einem zuſatz von Chur-vnd Fürſten und nicht von geringern Stands Perſonen zum Richter gedulden dörffen.* Et hoc priuilegium Principum vniti Principes ad priſcam conſuetudinem reſpicientes, eo tempore junctim propugnarunt in literis ad Saxon. Elect. de dato *Schvvabiſchen Hall.* d. 31. Ian. an. 1610. & grauaminibus ſuis poſtea an. 1613. in Comitiis Ratisbon. inſeruerunt. Agnouit tamen hoc Solſtarium ſummum Cæſaris iudicium *Chriſtianus* II. Elector Saxoniæ qui in literis de dato *Dreſden.* d. 10. Febr. an. 1610. ita vnitis Principibus reſcripſit: *Er vviſſe von ſolchem Fürſten-Recht nichts, habe auch nicht erfahren können an vvelchem Ort ſolches beſchrieben, oder auf vvelcher Reichs-Verſamlung ein ſolch recht iemahls gefaſt, beſchrieben*, publiciret *vnd* authentiſiret. Ad quod tamen illi qui vnitis fauent, reſpondent: Hoc ius Principum primitus quidem non certa aliqua lege, ſed moribus & conſuetudine, vt alia multa, ad cynoſuram iuris feudalis in Imperio ſenſim ac cum tempore inductum receptumue eſſe. *Saxo-*

nici inſuper *Legati* Dn. Camerario reſponderunt : *Wan Ih. Maj. nur in Zvvey oder drey* conſeruatis caſibus *Zu indiciren hetten , vvas es für ein Kayſer ſein vvürde ? Den es vvere ia ein Kayſer nicht Ehrenhalben allein , ſondern das Haubt im Reich , und hette den Ständen zugebieten , und ſie zu entſcheiden* , vt à Ludouico Camerario relatum in literis de dato *Fulda* d. 24. Iul. an. 1608. ap. Lundorp. T. 2. act. publ. l. 2. Tr. 5. p. 541. Idem Elector Saxoniæ in literis ſupra citatis ita: *Er könne nicht berichtet vverden , das einiger Chur-oder Fürſt im H. Reich. iemahls einem andern* citation *oder der gleichen* Proceſſ inſinuirt, *vielvveiniger das Chur-oder Fürſten recht geſeſſen , und neben der Kaiſerl. Maj.(ohn zuZiehung ihrer allerſeits Rathe , vvie mans haben vvil) einigen* Proceſs formirt. Et alibi Saxo ait : *Das ſolches dem H.R.Reich Chur-vnd Fürſten eine ſchlechte* reputation , *und Hoheit* cauſiren *möchte*. Ad quod tamen alij reſpondent : Conſiliarios ab hoc iudicio non penitus excludi , modò ipſi Principes cum Imperatore præſentes ſint & in ſuffragia eant, ac ſententiam definitiuam vnanimiter aut per majora forment ac ferant. Imò (quia Iurium Germanorum imperfecta notitia in cauſa eſt quò minus Principes in perſona iudiciis interſint) ſufficere hodie poſſe, ſi per Delegatos ſuos tantum cognitioni adſiſtant. Solitarium hoc iudicium cum Saxone etiam alij Principes agnouere qui an. 1610. Pragæ adfuerunt , niſi quod conſultum crederent , vt Cæſar remouendæ inuidiæ cauſa, Principes aliquot in conſilium vocaret. Poſtea quum inter Electores Saxonem & Brandeburgicum an. 1611. Interboci tranſactione conueniret, & Saxo ſententiam paululum immutaret, Cæſar non aliter admiſit Principes iudicij Pares niſi hac additâ expreſſâ cautelâ : *Das ſich ſonſten vff dieſen Fall niemand Zu beruffen , oder ſolches* in conſequentiam *zu Ziehen habe*. Porrò etiam an. 1613. in ipſis Comitiis Ratisbonenſibus rejecta fuit Haſſi Caſſelenſis aduerſus Haſſum Darmſtadinum Petitio de Principibus iudicio Aſſeſſoribus dandis in controuerſia Marpurgicæ ſucceſſionis , litis conteſtatione partibus iniuncta coram ſolo Cæſare , vt & ſolus Cæſar Ferdinandus II. an. 1623. ſententiam tulit, qui itidem an. 1622. in *controuerſia Badenſi* (de qua *ſupra part. 1. ad art. 4. Inſtr. Pac. actum*) ſententiam dixit. Ab eodem porrò Cæſare Ferdinando II. multi Principes non ſine querelis proſcripti & omnibus fortunis exuti. Dn. *Conring*. putat nullas querelas ordinum de eo eſſe motas : Verum id quidem eſt , quamdiu Tillianus & Wallenſteinij miles ferè ſub jugo Ordines tenuit, quamquam & exteri Reges Angliæ & Daniæ, & alij paſſim violatam libertatem Germanicam palam conteſtati ſint , ceu ex actis publicis notum , & ex conuentu Lipſienſi an. 1630. manifeſtius euadit. Vt proinde iudicia illa de cauſis Principum, quæ ante Caro-

Elector Saxoniæ dubitat de iudicio parium.

Ferdinandi II attentata contra iudiciū parium.

li V. tempora ariſtocraticum regimen ſapiebant, poſtea Monarchica reddi à Carolo V. Rudolpho II. & Ferdinando II. cæperint. *Quomodo itaque hodie ſeſe habeant iudicia de capite ac fortunis Principum Germaniæ, an publica ordinum omnium lege priſtinus mos mutatus ſit, non facile eſt affirmare.* Si Capitulationes Cæſarum reſpicimus, ad minimum in tam magni momenti cauſis ſimultanea Electorum cognitio omninò hic neceſſaria eſt, an ex reliquis Imperij Principibus etiam nonnulli admittendi ſint, Capitulatio perpetua in futurum forſan nos docebit. Neſcimus inſuper, quid cauſa Iuliacenſis, adhuc indeciſa, circa hanc rem allatura ſit. Quin etiam in *Inſtr. Pacis h. verſ. Quoad Proceſſum*, &c. in fin. diſponitur, quod Cæſari liberum ſit in iudicio Aulico in cauſis maioribus & vnde tumultus in Imperio timeri poſſent, vtriuſque religionis Electorum & Principum ſententias & vota requirere. Imò *præſentis Reipubl. Status omninò intereſt, vt iſtud iudicium non ſolius Cæſaris arbitrio ſupponatur, quum moderna Imperij ſtructura ex Monarchia & Ariſtocratia temperata ſatis arguat, eiuſmodi iudicia, adeò grauia, non debere eſſe π αυδαστικὰ.* Quòd ad *text. Ord. Cam. p.* 2. t. 7. qui in contrarium ſolet adduci, attinet, ille poteſt accipi ex vſu veteris formulæ, vt cenſet Dn. *Conringius*: Eodem enim modo locuti iam olim ſunt Cæſares, nec tamen vnquam excluſi à iudiciis illis Pares Curiæ. i. e. Principes ipſi, quaſi nihil aliud ſignificetur, quam ad iudicium aulicum & Camerale, conſtitutum ex perſonis infra dignitatem Principum conſtitutis, non pertinere lites de Principatibus, ſed ad Cæſarem ac Curiæ Pares; quemadmodum hunc textum & ipſi Principes intereſſentes in cauſa Iuliacenſi Elector Brandeb. & Neoburgenſis Dux in publico reſcripto in cauſa Iuliacenſi, accipiunt, & cum iis Vniti Principes in literis ad Elect. Saxon de dato *Schvvabiſchen Hall.* d. 31. Ian. an. 1610. Tantum *Vom Fürſten-recht* & de iudiciis Principum ſecularium.

Intereſſe Imperij circa cauſas principum.

Iudicia Epiſcoporū p. ſt. Carolina tempora. *Intereſſe Imperij in iis violatum.*

VI. Porrò quoque iudicia Epiſcoporum ac Metropolitanorum, cauſas perſonales concernentia, plurimùm à Carolinis inſtitutis diſceſſerunt. Hæc enim cauſæ paulatim omnes Romam ſunt pertractæ, neglecta Metropolitanorum ac Synodorum Prouincialium authoritate; quod ipſum cum ſumma iniuria totius Reipub. pariter, & ſingulorum Metropolitanorum, qui ab omnibus huiuſmodi iudiciis fuere ſecluſi, ac denique cum Epiſcoporum aliorumque litigantium maximo incommodo coniunctum eſt, dum procul extra prouinciam & quidem Romæ coacti ſunt litigare ſumptibus maximis, in foro cùm calumniis ſummè obnoxio, tum ad quævis vendibili. Cæpit hoc quaſi per gradus: Nam in Synodis etiam auctoritate Regia iam deciſas cauſas vna cum partibus Romam iam vocauit *Nicolaus* primus, Hildebrandinæ

debrandinæ Hæreſeos metator. Inter Hildebrandi porro dictatus eſt: *Quod maiores cauſæ cuiuſcunque Eccleſiæ ad illum referri debeant.* Atque ita tandem Clericorum perſonæ omnes iudiciis ſecularium ſunt exemptæ. Fuere tamen Cæſares nonnulli, qui animosè Pontificibus, falcem ſuam in Imperij meſſem immittentibus, reſtiterant, inter quos *Fridericus Barbaroſſa* vt videre eſt in *Ott. Friſing:* l. 1. de rebus Friderici. cap. 22. Maximiliani tempore Epiſcopi, ſecularis cauſæ ergo, in iudiciis Germaniæ rurſus conuenti. Poſt Maximilianum *Carolus V.* priſca Reipub. iura felicius cæpit vindicare. Hic Ioannem Epiſcopum Hildeſienſem, contra leges Pacis publicæ in Brunſuicenſes Duces impetum facientem, proſcripſit, ann. 1521. ex decreto Ordinum Imperij, & Brunſuicenſibus Ducibus bona, Epiſcopo erepta, in feudum conceſſit. Quum porrò Papæ iudicio cauſam hanc ſubmiſiſſet Epiſcopus, & Romæ ſpolij eſſent damnati à Paulo III. Papâ Duces ann. 1540. tamen ſententiam illam Papalem minimè admiſit Cæſar, licet aliquoties ab ipſomet Papa rogatus, ſed tandem Cameræ Spirenſi ann. 1548. rem omnem ex ſententia Ordinum remiſit. Imò Cæſar illam ſententiam Papalem, non ad vnum pilum æſtimauit, quum Pontificis non fuerit, ſuper validitate & inualiditate banni ſui Imperialis diſputare, atque cognoſcere. Notandum præterea eſt iniectas eſſe manus à *Ferdinando II. Imp.* tum in Cardinalem Cleſelium, tum in Archiepiſcopum Treuirenſem; quale facinus anathemate ſolet ferire curiæ Papalis Bulla cœnæ Dominicæ. Haud facilè dixeris tamen eandem eſſe hodie ſententiam & Proceribus Germaniæ, qui Romanam religionem tuentur, quòd clerici nempe noſtri non ſint exempti amplius in perſonalibus cauſis à foro Cæſaris & Reipub. Ad hoc non dubitauit Camera Spirenſis ann. 1619. ſententiam olim à Carolo V. in Epiſcopum Hildeſienſem latam (quantum Conringio videtur) eo nomine reſcindere, quòd Cæſar Epiſcopum non potuerit proſcribere, eóque pronunciauit pro ſententia Papali; quo vtique fit manifeſtum etiam ex illius maximi Tribunalis mente Cæſari non competere iuriſdictionem in Epiſcopos cæterum durante bello tricenali quum iudicium illud nondum ad omnium votum ordinatum non tam quærendum quid factum ſit Spiræ, quàm quid fieri debuerit, præſertim quum Ferdinandus II. Imp. & Catholici tum Proteſtantibus miſere afflictis, pro imperio quaſi egerint; Ac ſine dubio, quoque cauſa Hildeſienſis in conuentu pacis Oſnabrugo-Monaſterienſi in longè alium ſtatum fuiſſet Dn. Langenbeckio, Dn. Lampadio & Dn. Colero idipſum flagitantibus deducta, niſi infelix tranſactio, de illo Epiſcopatu ann. 1643. interpoſita, negotio huic manum iniecisset; Quod Proteſtantes in Imperio attinet

De cauſa inter Epiſcopum Hildeſ. & Duces Brunſuicenſes.

Exemplum violata publica Pacis.

Sententia nullitas.

Reformatio ſententia Cæſarea Spiræ ſuſcepta.

Proteſtantes

Imperij intereſſe propugnant.

illi Reipublicæ noſtræ auctoritatem in clerum mordicus propugnant. Vt proinde in tanti momenti negotio videatur Reſpublica, quaſi in ancipiti hactenus collocata. Quod *iudicia Epiſcopalium bonorum* attinet, illa olim non niſi ad Laïcorum Aduocatorum & porrò Regium forum pertinuerunt. Tempore tamen Friderici II. Imp. & deinceps plerique clerici liberam ſuorum bonorum adminiſtrationem, excuſſis aduocatis, ſibi aſſeruerunt. Atque hinc etiam iſta bona Epiſcoporum Reipub. oneribus publicis fuerunt ſub prætextu diuinæ immunitatis ſubacta. Non defuerunt tamen vnquam Doctores, qui pro ſeculari iuriſdictione, ſaltem in feudalibus Epiſcoporum bonis, acriter certauerunt. Nonnulli quoque Imperatorum partes inerunt defenſum ſatis grauiter. Apud *Goldaſtum* (Tom. 2. conſt. Imperial. pag. 86. 87.) extat reſcriptum Ludouici IV. ad Magiſtratum & Fratres Ordinis Teutonici : *Ne fideles Imperij coram alio iudicio Eccleſiaſtico vel ſeculari, quàm Imperiali, ratione bonorum ab Imperatore collatorum reſpondeant.* Friderici III. Cæſaris literæ, quibus ann. 1476. interdixit Halberſtadenſi Epiſcopo appellatione ad Papam à ſententia Cæſarea lata de pago Detfort, extant in opere cui titulus : *In Sachen Braunſchvveig* contra *Hildeſheim* remiſſionis *auſsführliche* Relation *und Bericht*, pag. 359. Hinc ferè nunc obtinet in Germania, vt ſolus Imperator ratione feudalium bonorum & regalium iuriſdictionem in Epiſcopos exerceat, & ſi pacem publicam violauerint, eos etiam condemnet, (*Gail.* l. 1. de P. P. cap. 1. num. 13. cap. 8. num. 8.) prouocetur etiam à ſententia Archi-Epiſcopi vel Epiſcopi non ad Pontificem, ſed ad Cameram, eodem teſte (l. 1. obſ. 30. num. 1. & 2.) Porrò *Monachi* quoad perſonalia ſeculo Caroli M. ſub Epiſcoporum erant iuriſdictione, cui deinceps antiqua quædam Monaſteria exempta, & immediatè Pontifici ſubjecta. Noui Mendicantium Ordines circa ſeculum XIII. & deinceps exorti liberi ab omni Epiſcopi iuriſdictione Prouincialibus & Generalibus ſubiecti vnius Papæ ſupremam hodie agnoſcunt iuriſdictionem. Bonorum Monachalium adminiſtratio ab initio vt plurimum Aduocatis commiſſa, à quibus ſucceſſu temporis aliqua cœnobia exempta ; plura in antiquo ſtatu permanſere. Pauca quoque ab oneribus publicis immunia facta. Hinc ſuprema iuriſdictio in controuerſiis cænobiticorum bonorum hodiéque alicubi ad Papas trahitur, vt vt Cæſares obnitantur. Alij clerici manſerunt vſq; ad tempora Proteſtantium ſub Epiſcoporũ & Archiepiſcoporum iuriſdictione. Hæc tamen per Proteſtantes multum ſunt mutata quum Clerici illorum hodie in cauſis perſonalibus ſubditi ſint foro Conſiſtoriali, ab Ordinibus Proteſtantibus paſſim conſtituto, in aliis autem plerumque

De iudiciis Epiſcopaliũ bonorum.

Intereſſe Imperij propugnatum.

Epiſcopi ratione regalium & feudalium bonorum hodie Imperatori ſubſunt.

Monachorũ iudicia tam quoad perſonas quã quoad bona.

Conſiſtoria

ſortiuntur forū cōmune laicorū; Pontifici aut Epiſcopo nullo amplius in illos iure permiſſo V. pl. Dn. *Conring.* p. 55. & ſeqq. in Diſſ. de iudiciis.

Iudicia peculiaria plebeiorum.

VII. Quod concernit cauſas plebeiorum ſeculares illæ iam tempore Caroli M. vel coram Epiſcopali audientia, quæ deinceps latè pomœria protulit, vel in foro ſeculari agitabantur. Hic adeundi erant primum Scabini, qui antiquiſſimis temporibus per pagos atque vicos fuere conſtituti. Ab his ad *Grauiones* ſiue Comites ibatur; ab his dabatur prouocatio ad Miſſos Regios, & demum ad ipſum Regem, qui in aula vltimò lites decidebat. Poſtquam dein Ducatus & Comitatus facti ſunt hæreditarij, iuriſdictio quoque in eos, qui prouinciis iſtis erant ſubiecti, facta fuit hereditaria, adeóque hodie quilibet plebeius in prima inſtantia Domini territorij iuriſdictioni eſt ſubiectus, & in ſecunda inſtantia, ſi ſumma ſit appellabilis, ad Cameram Spirenſem appellare poteſt. Olim permiſſa omnibus fuit promiſcuè prouocatio ad iudicium regium, tarò tamen ante ſeculum XIV. fuerunt illuc cauſæ adductæ, quia iudicium aulicum Imperatoris toto ſeculo XIII. & XIV. vnum tantum habuit iudicem & vnum actuarium vel Scribam. Id quod etiam in cauſa fuiſſe videtur, quod partes, iniquis ſententiis grauatæ in illo iudicio, tam malè cōſtituto, remedium petere tum nequiuerint. Seculo verò XV. appellationes illæ ob nouū ex iure ciuili Romano introductū proceſſum cæperūt eſſe frequentiſſimæ, quæ appellationū inſolita multitudo Cæſarem Ordineſq; de ſtatu quodam & nouo hactenus Germaniæ ſūmo tribunali conſtituēdo induxit. Cōr. (in Diſſ. de Iud.) videtur, tacitè improbare, quòd Ius Iuſtinianeum eiúſque proceſſus in foris Germaniæ fuerit receptus. Cæterùm videtur vir Summus in hoc articulo fuiſſe *nimius*, reſtrictionéque illius opinio omnino indiget. Videtur autem iuſtus Lipſius Criticorum ille Princeps, qui Legibus Iuſtinianeis, quas tamen ille minimè percepit, ſummè eſt infenſus, Dn. Conringium in hanc mētem deduxiſſe. Fatendum quidem eſt ob multos nævos ius Iuſtinianeum, in fora noſtra ſeculo XV. traductum, reformatione omnino indigere. Prurigo autem litigandi, vt & moroſi proceſſus non niſi per accidens nobiliſſimo illi Iuri adſcribi poſſunt. Priſcos Germanicorum iudiciorum præſides atque aſſeſſores ob ignoratam iuriſprudentiam ſummâ adhuc craſſie laboraſſe, atque in armatis magis quàm legitimis ſeculis ob præcipitantiam & præproperam feſtinationem iniquas ſæpenumero ſententias dixiſſe, non negabunt niſi illi, qui leges Iuſtinianeas, in quibus negotiorum controuerſorum mille figuræ ex æquo & bono deciduntur, odio plus quàm Vatiniano proſequuntur. *Es müßen in Warheit die Rechtshändel (Wie* Carolus M. *Gethan) nicht auß dem Stegreiff* decidiret *und geſchlichtet Werden.*

Conringij opinio de legibus Iuſtinianeis examinatur.

Cauſarum hic diſtinctio facienda. Rectè proinde, Martiali ſeculo ceſſante paulum, Maximilianus & Imperij ordines iudicia noſtra reformarunt, & ordinem iudiciorum, & cauſarum deciſionem ad normam iuris Iuſtinianei introduxerunt, in ſumma: Tollantur in iudiciis noſtris præter, & contra ius ciuile & can. inuecti abuſus, corpus vtriúſque iuris reformetur, ſuperflua reſécentur, & omnia bene ibunt.

Hodierna iudicia prima inſtátia.

VIII. Hodierna itáque per Germaniam iudicia ſic ſe habent. Priuatus cum priuato litigaturus in prima inſtantia Prætorem adit, aut vrbis aut vici vbi degit: ſi quis per ſententiam ab hiſce iudicibus inferioribus eſt grauatus, in omnibus Germaniæ prouinciis eſt ſuperius aliquod tribunal, toti prouinciæ commune (quod vocatur *Hoffgericht oder Cantzley*) ad quod ſingulis prouocare eſt licitum. (Vid. Generoſ. Dn. *Seckendorff* in *Teutſcher Fürſten Staat part.2.cap.9.* Dn. *Ludolph. Hugo.* de Stat. Region. German. cap.4. §.36. & aliquot ſeqq.) Pleræque tamen vrbes liberæ iuriſdictionem vnica inſtantia abſoluunt. Quod originem iuriſdictionis primæ inſtantiæ attinet res ita ſe habet: Carolus M. videtur ita Rempub. Imperij compoſuiſſe, vt omnis iuriſdictio inferior, non niſi ſolo iure magiſtratus, cuiquam fuerit commiſſa, quemadmodum etiam patet ex contractu inter Saxones & Carolum M. inito. Pòſt deficientibus paulatim viribus Francorum Regum, & Carolina familia extincta, ſiue verius ab Imperio deiecta, Ducatus & Comitatus quæ nomina vtique comprehendunt poteſtatem iudicandi, facti ſunt quaſi hæreditarij, atque adeo iam ex eo tempore paſſim per vniuerſum regnum Francorum & ſic etiam per Germaniam inferiores iuriſdictiones in patrimonio Principum & Comitum eſſe cæperunt, quo ipſo tamen Reipublicæ communi minus bene fortaſſis eſt conſultum; Vtpote quum in qualibet rectè conſtituta, & quæ ſui iuris eſt ciuitate omnis iuriſdictio, etiam inferior, debeat dependere à ſola ſumma poteſtate, &, quò magis hinc dependet, eò Reſpub. quævis magis ſui iuris & arbitrij ſit. Durante Imperio Romano vetere, atque adeò etiam Iuſtiniani temporibus omnis iuriſdictio inferior fuit tantùm commiſſa iure magiſtratus, & in nullius patrimonio priuato; quod quidem Reipub. bene conſtitutæ eſt conueniens, à moribus tamen Germaniæ eſt alieniſſimum, quamquàm ex Taciti libello de Mor. German. conſtet iſthac tempeſtate Germanos ſolitos iudices, qui per pagos & vicos ius dicerent, in Comitiis populi conſtituere, ac proinde etiam tum iudicia data fuiſſe ſolo magiſtratus iure. (Dn. *Conring.* ad Lampad. p.3. cap.16. §.76. add. *Seckendorf.* Tr. cit. part.2.c.9.n.3. De iudiciis Statuū Imperij quæ vocamus Conſiſtoria, *Ehegerichte* Vid. *Carpzov.* de Iur. Conſiſt. add *ſupra ad art.5. Inſtr. Pac.* §.12.) Hic *von Lehengerichten, Landgerichten, Waldgerichten.* Vid. Generoſ. Dn. *Seckendorf.* Tr. cit. part.2.c.9.n.5.7.

Origo iuriſdictionis prima inſtátia.

An fuerit ex vſu Imperij, quòd iuriſdictio inferior facta fuerit hæreditaria.

IX. Communia toti Imperio iudicia hodie ſunt *Camera Spirenſis*, & *iudicium aulicum* Imperiale. Nunc primum de Camera. Ab antiquiſſimis temporibus iudicium Regum ſemper fuit vagum & ambulatorium. Poſtea verò ſeculo XV. accedente litium copia quum Martiis Imperij temporibus iuſtitia in foro non adeò regnum obtinuerit, neceſſarium fuit conſtans tribunal inſtituere. Aula enim Imperatoris quam litigantes ſequi tenebantur plerumque erat in extremis Auſtriæ finibus, & iudicium illud aulicum certa forma certiſque ad id deſtinatis & idoneis perſonis carebat. Multum de hac re deliberatum fuit Maximiliano imperante an. 1495. (Vid. Dn. *Blumium*, de Proceſſ. Camer. tit. 4. n. 1. & ſeqq. & *Beckmannum* Diſſ. de Iudicij Cameralis diuiſione & perſonis in eo verſantibus) Spira verò Nemetum demum in hunc perpetuum vſum conſecrata in Comitiis Auguſtanis an. 1530. & ita hoc iudicium ſub carolo V. fixam & ſtatam ſedem primùm accepit. Poſt hanc Cameræ Ordinationem omni dubitatione caret, quòd ſupremæ iuriſdictionis exercitium, etiam quoad perſonas non illuſtres, Ordinibus & Imperatori ſit commune. Camera enim non à ſolo Imperatore, ſed ab Imperatore & Ordinibus Imperij iunctim accepit iuriſdictionem; nec Imperatorem ſolum repræſentat, ſed totum Imperium, id eſt, Imperatorem & Ordines. Expreſſus textus eſt in Ordinat. Cam. de an. 1555. p. 1. t. 8. *Das die Beyſitzer von der Kayſerl. May. auch Churfürſten und Ständen des H. Röm. Reichs an ſolche hohe* iuſtitien *geordnet, und an ihrer Statt ſizen.* Et in Memoriali de an. 1570. *Das ſie die Beyſizer neben dem Herrn Cammer-Richter die Kaiſerl. May. Chur und Fürſten, und alle Stände deß H. Reichs* repræſentiren, provt refert ex Ciſnero *Autor der kurtzen Ausführung daß Chur- und Fürſten nicht ſchuldig in allen und jeden ſachen am Kaiſerl. Hoff zu recht zuſtehen.* Item in Replica trium Secularium Electorum ad Imperatoris reſolutionem: *Das Cammerrichter und Beyſitzer ihre* iuriſdiction *von Kaiſerl. Maj. auch Churfürſten und allgemeinen Standen des Reichs ſamentlich haben*, apud *Lundorp.* T. 2. act. Publ. 1. Tr. 4. p. 45. Neque obſtat quod in R. I. de an 1545. §. *Vnd Wievvol.* dicatur, *Das Kaiſerl. Cammergericht*, & alibi. Hoc enim fit in honorem Cæſaris, qui eſt caput Imperij & argumentum à verbalibus ad realia ductum non raro fallit. Vnde hoc iudicium Imperatores aliquando magis appoſitè vocant, *Vnſer und des H. Reichs Cammergericht.* Or. Cam. de an. 1495. in princ. adde text. Rec. Imp. de an. 1541. §. *Und damit auſſerhalb.* & de an. 1521. 23. 27. 31. 51. ibi cap. 8. Dn. *Strauch.* Diſſ. Exot. 13. th. 5. In Inſtrumento Pacis h. §. 20. non dicitur Imperatoris ſed Imperialis Camera, vbi & Imperator & Status de nouo Aſſeſſores conſtituunt, maiórque numerus ibidem à Statibus in enumeratis circulis

Hodierna Imperij ſumma iudicia.

Iudicium Camerale autorem habet Maximilianum.

Camera iuriſdictio dependet à toto Imperio.

conſtituitur. Imò in Receſ. Imp. de an. 1654. ab Imperatore & Statibus Ordo iuſtitiæ emendatus eſt. *Stamlerus* more ſolito in Tr. de Reſeru. Imperat. p. 147. & ſeqq. hic & in contrarium, & magno conatu andabatarum more pugnat, & à fuco adulationis vix excuſari poterit. Vti Stamlerus plerumque in exceſſu peccat, ita Lapideus ille *Hippolitus* à *dato Lapide* ita dictus in defectu ſcribit, dum Imperatori noſtro ſemper Auguſto iuriſdictionis Cameralis exilium immani auſu annunciare non veretur. Scilicet, vti iam ſupra aliquoties dictum, Hippolitus iſte in rebus Imperij, ſtatum & iura eius publica concernentibus, & auaritia & prodigalitate laborat. Auarus in Imperatoriam ſemper venerabilem Maieſtatem; Nimium liberalis in Imperij Ordines, quibus ſolis ferè omnia maieſtatis iura etiam inuitis & reluctantibus, vindicare ſatagit. Quaſi verò Imperator noſter ſit inſtar Sceleti, & ſolam imaginem atque vmbram maieſtatis referat. Et hactenus admittenda ſunt verba Legatorum Electoris Saxoniæ ſupra adducta: *Das der Kaiſer nicht allein Ehrenhalben ein Kayſer ſey, ſondern der auch im Reich zu gebieten und zu verbieten habe, recht geben und nehmen könne.* Abeat ergo in malam rem Hippolitus cum ſuis ſtructuris, & bene eſt, quod ille non ſit in Imperio noſtro conſtitutus Dictator. Priſci Imperatores Romani quidem ſoli ſupremam iuriſdictionem habuerunt à quibus hodierni Imperatores Romano-Germanici multum differunt. Vnde Vniti Principes Cæſari Rudolpho rectè in memoriam reuocarunt: *Es ſey ſich dis Orts mit der* iuriſdiction *und Rechten (Wie Sie die Lateiniſchen Kayſer gehabt welche dero Guthachten und gelegenheit nach, und* pro ſuo arbitrio leges & conſtitutiones, *Gericht*, iuriſdictiones, commiſſiones, auocationes *geordnet, geendert) allerdings nicht aufzuhalten, aldieweil Kayſerl. Maj. guts wiſſen habe, das es mit dem Teutſchen Reich, deſſen Stand, Gliedern und Vnterthanen eine groſſe Vngleichheit gegen den alten Lateiniſchen habe und haben ſolle*, vt extat in literis illorum de dato *Schwäbiſchen Hall*. an. 1609. & in propoſitione Chriſtiani Principis Anhaltini factâ Pragæ d. 8. Iul. anno eod. Notabilis in hanc rem eſt textus Nouiſſ. Rec. Imp. de ann. 1654. §. *Weiln auch der Stände* ibi: *Des Heil. Reichs* iuriſdiction.

Stamleri error circa Cameram Imperialem. — *Hippolitus à Lapide.* — *Iudicium de eo.* — *Iuriſdictio Romana & Germanica differunt.*

Camera habet Ordinariam iuriſdictionem.

X. Habet autem Camera non delegatâ ſed Ordinariam iuriſdictionem per repræſentationem, reſpectu ſcilicet habito non ad perſonas ſiue indiuidua collegium hoc integrantia, ſed ad repræſentationem Imperij, adeò vt, quemadmodum omnes Ordines olim in Comitiis iuriſdictionem propriam toti Imperio exercebant, ita eandem Camera, repræſentans Imperium, exerceat. [Dn. *Strauch*. D. 13. th. 5.] Perſonæ verò ex quibus conſtat numerus iudicij huius, vt tales, ne-

que vt ſinguli, neque vt vniuerſi, vel propriam vel delegatam iuriſdictionem habere rectè dicuntur, ſed Imperium ipſum propriam ſibi ſuam, ſub ſchemate horum individuorum, expedire rectiſſimè aſſeritur. Domin. *Strauchius* tale affert argumentum: Illa tantùm poſſunt mandari, quæ iure magiſtratus competunt [l.1.pr. D. de Officin. eius cui mand. eſt iuriſd.] Atqui poteſtas iudicandi prout Imperatori & Ordinibus ineſt iure magiſtratus eis non competit. Nam iuriſdictio formaliter eſt poteſtas iure magiſtratus competens. Imperator autem & ordines non ſunt magiſtratus, ſed ſupremæ poteſtates. Magiſtratus enim eſt inſtrumentum ſummæ poteſtatis. Nemo verò ſui ipſius inſtrumentum eſſe poteſt. Ergo nec mandari potuit iuriſdictio Cameræ. Quod autem iuriſdictio Cameræ ſit Ordinaria non delegata, rationes ſunt iſtæ: 1. quia à iudice delegato datur appellatio ad delegantem. A Camera autem Imperij non poteſt appellari ad delegantes videl. Imperatorem & Status Imperij. [V. *Ordin. Camer.* part.1. titul. 3. pr. & part.3. titul. 61. R. I. de an. 1530. §. *Dievveil nun.*] 2. Omnis iuriſdictio delegata deſinit morte eius qui dedit [argument. l. 6. D. de iuriſ. l. 26. pr. Dig. Mandati. l.65. §.9. D. Pro ſol. add. c. penult. de offic. delegat.] Iam verò Imperatore mortuo Camera non ſubſiſtit, ſed Proceſſus decernere, Audientias celebrare ac ſententias publicare ſine vlla interruptione pergit. Nec minus Cancellaria & Lectoria (*Leſerey*) ſuos labores continuant, eo vnico excepto quod, poſtquàm Moguntinus Præfecto Cancellariæ obitum Imperatoris manifeſtauit, Proceſſus, alioquin ſub nomine, titulo ac ſigillo expediendi, non prodeant, donec idem Moguntinus dicto Præfecto nomina, titulos ac ſigillum Vicariorum Imperij mittat, mandetque vt ſub horum nominibus, titulis, ſigilliſque Proceſſus expediat. Domin. *Blumius* in Proceſs. Camer. tit. 25. n.9. 3. Cameræ iuriſdictio eſt à lege delata: Iam autem iuriſdictio quam lex defert, eſt ordinaria. (l. 6. ibique Gloſſ. D. Iuriſd.) 4. A iudice delegato auocari poſſunt cauſæ; à Camera autem auocari nequeunt. (Conf. Dn. Strauch. D.13. th.5.) Quamuis verò non liceat appellare à ſententiis huius tribunalis, tamen penes illud & ordinarios eius Aſſeſſores ſimul ſumptos non eſt ſimpliciter ſuprema iuriſdictio: Quod ſi enim culpæ doliue arguatur Camera, poteſt intra præſtitutum tempus impetrari ab Electore Moguntino Reuiſio aut Syndicatus, ſuſpenditurque tum executio ſententiæ à Camera pronunciatæ donec acta Viſitatores reuideant. [V. O. Cam. de ann. 1495. art. 3. §. *Und damit.*] *Syndicatu teneri*, eſt litem ſuam facere. [*Ritterſhuſ.* ad Nou. p.9. c.6. n. 135.] Syndicatus iſte, quia ob dolum datur, nullo adhuc exemplo in Camera firmatus, & quia eſt remedium valde pe-

Perſonæ Camerales an propriam vel delegatã habeant iuriſdictionem

Repræſentãt Imperialem iuriſdictionẽ Iudex & Aſſeſſores in Camera Spirenſi.

De iuriſdictione delegata.

Syndicatus. Dolus iudicis quomodo in Camera coerceatur.

riculoſum, ei aliud mitius nempe Reuiſio eſt addita. O. C. p 3. tit. 53. Etiam in Repub. Rom. iudices functi officio tenebantur in eadem prouincia vel ciuitate cui præfuerunt 50. diebus commorari, vt rationem redderent actorum ſuorum, quod vulgo *Subire Syndicatum* vocant. Fundatum hoc ius in l. 1. C. vt omn. iud. tam ciu. R. I. de an. 1532. §. *Vnd damit vnſer Camer Richter*. Poteſt itaque à Camera ad iudicium Viſitatorum recurri. Vnde patet quod iuriſdictio ſimpliciter ſumma, non tam ſit penes Camerale Collegium, quam penes Cameræ Viſitatores.

Reuiſio.

Tranſlatio Spirenſis Cameræ.

XI. Quod locum huius iudicij attinet, eius perpetua ſedes per R. I. de ann. 1550. & Ord. Cam. p. 1. tit. 34. vrbs Imperialis Spirenſis eſt conſtituta. In tractatu Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſi conſultatum eſt de loco illius iudicij in aliam vrbem transferendo, propterea quod Spira ſit ſita in finibus Germaniæ vel in confiniis Lotharingiæ. Vid. Inſtrum. Pac hic §. 20. verb. *ad alium vniuerſis Imperij Statibus commodiorem locum transferendo*. Vbi hæc conſultatio in proxima comitia de ann. 1653. 54. reiicitur. In hiſce Comitiis iſta tranſlatio nondum approbata: *Iſt nicht für thunlich gehalten*. Rec. Imp. de ann. 1654. §. 161. *Autor Comitiologiæ* Ratisbon. de ann. 1654. de hac re ita: *Das Inſtrumentum Pacis iſt in effectu gerichtet auf die groſſe Mühe Verſaumnis und ſchwere Koſten, welche bey weitabgelegenen Gerichten, die Stände und unterthanen im Reich hart drucken: Hergegen iſt es den Parteyen eine Glückſeelige Erleichterung, im fall ſie den Richter und die Gerichte in der Nähe haben* (Vid. Deputat. Receſſ. de ann. 1600. §. *Es wird nichts weinigers.*) *In Franckreich haben die Stände und unterthanen nicht nachgelaſſen noch geruhet, bis ſie mit ihrer ſtetigen fatigation die Könige zu Aufrichtung ſo vieler einem jeden Lande ſo nahe gelegenen Parlamenten bewogen, &c. wolte Gott es möchte nur das Cammergericht zu Speyer vielen Landſchafften und Städten in Teutſchland nicht weiter den 10 oder 15. ia nur 30. meilen abgelegen ſein, &c. Aber welch ein weg iſt das von Hinter Pommern, von den Holſteiniſchen äuſerſten Gränzen, von den Mecklenburgiſchen Landen und Städten Roſtock und Stargard: von der an Preuſſen und Pohlen ſtoſſenden Marck Brandenburg und von andern orten bis gen Speyer.* Et mox: *Ob gleich die Provinzen Brandenburg und Pommern durch die von den Fürſten erhaltene privilegia* de non appellando *ſo weit des Cammergerichts* iuriſdiction *eximirt ſind; dennoch fallen offt Sachen vor, darin* Cameræ iuriſdictio *fundiret iſt: auch wieder die Fürſten ſelbſten. In gemeinen Sachen aber* ex nullitate proceſſus *auch* ex connexitate cauſæ Item *wan der* reus *dem Cammergericht unterworffen, alsdan heiſt es:* Actor ſequitur forum rei: *Der weg ſey lang oder kurz, ſo mus er doch*

Vt Camera in commodiorem locũ Transferatur Reip. intereſt.

nach Speyer hinüber ſpazieret ſein. Hæc ille p.348. add. *Magenhorſt* ad Ordinat. Cam. p.2.t.34.

XII. In hoc Camerali iudicio iuxta ordinat. Inſtrum. Pac. h. & Rec. Imper. de an. 1654. hodie debent eſſe 50. Aſſeſſores, quorum 24. ſunt Euangelici, 26, Pontificij. Imò eò vſque Euangelici rem deduxerunt, vt ipſe Cæſar duos Euangelicos Præſides conſtituere teneatur. V. *Inſtr. Pac.* h. V. R. I. de an. 1654. §. *Dievveil auch.* Quomodo ſe numerus Aſſeſſorum à primordio Cameræ Spirenſis habuerit vid. Domin. *Blumium* de Proceſſ. Cam. Tit. 4. n. 3. vſque ad 15. Vtiliter quidem Inſtrum. Pac. & Rec. Imper. de ann. 1654. Aſſeſſorum numerus vſque ad 50. fuit auctus: Aſt *infelix Sol* (vt loquitur Domin. *Jacobus Blumius*) *Proh dolor! vltra 17. ſimul hactenus nondum vidit.* Domin. de *Monzambano*, hoc inde fieri credit, quòd Principum aures imperioſas eius Tribunalis ſententias ferre auerſentur. Sed aliunde iſte morbus venit, nempe moroſa admodum eſt ſolutio Statuum in ſumptibus ad Aſſeſſorum ſuſtentationem ordinatis. Quilibet hic prætendere ſolet nummi defectum, quum tamen ſæpenumero in venationes ignes pyrios (*Feurvverck*) & alia plus ſæpenumero conferatur, quam ad ſuſtentandos decem in Cam. Aſſeſſores. Plurimùm ſanè ad lites in Imperio citius expediendas intereſt, vt conſtitutiones & leges Imperij, de numero Aſſeſſorum ſalutariter ita ſancitæ, ad ſalutarem executionem atque effectum deducantur. Si pruriginem litium, & multitudinem appellationum hodiernam reſpicimus, nondum iſte Iudicum & Aſſeſſorum numerus ſufficere videtur. Solum Parlamentum Pariſienſe quot perſonis conſtat? cui Bodini tempore 150. iudices præfuerunt. Apud venetos 110. viros litibus diiudicandis deputatos eſſe, idem refert *Bodinus* (de Method. Hiſt. cap.3.) Magna vbi eſt ciuitas ibi plura iudicia eſſe conuenit. Domin. *Cellar.* l. 2. Politic. c. 9. n. 20. 21. Aſſeſſores hodie in Camera præſentant. Primò *Imperator*, duos ſcil. Catholicos, quod in Tract. Pac. ann. 1648. d. 18. Febr. Oſnabrugæ Imperatori conceſſum; *ſein die zvvey vbrigen von 24. von vvegen I. Kay. May.* reſpect *nachgegeben vvorden.* [*Theat. Europa.* T.6. p.399. *Vid. Inſtrum. Pac.* h.] Secundò *Electores* Moguntinus Cathol. duos. Treuirenſis Cathol. 2. Colonienſis Cathol. 2. Bauaricus C. 2. Saxonicus Aug. Conf. 2. Brandeburgicus A C. 2. Palatinus A C. 2. Tertiò *Circuli*; Auſtriacus Cath. 2. Burgundicus C. 2. Bauaricus C. 4. Franconicus C 2. & Aug. Conf. 2. Sueuicus C. 2. & A. C. 2. Rhenanus Superior C. 1. A. C. 2. Weſtphalicus C. 1. A. C. 1. Et hi quatuor Circuli [Franc. Sueu. Rhen. Weſtph.] alternando A. C. 1. Saxonicus Superior A. C. 4. Saxonicus inferior A. C. 4. Et hi duo Circuli alternando A. C. 1. [Vid. *Inſtr.*

Aſſeſſores iudicij Cameralis.

Intereſt. Reip. vt numerus Aſſeſſorum augeatur.

Qui præſentent Aſſeſſores.

Pac.h. & R.I. de ann. 1654. §. *Demnach auch.*] *Hodie* itaque 9. *Circuli ius præſentandi habent*, quum tamen antiquitus ſolummodo ſex Circuli illud habuerint. O. C. p. 1. tit. 2. Domin. *Blumius* de Proceſſ. Cam. tit. 7. n. 9. 10. Ius illud Circulus Rhenanus Electorum non habet, licet ſuſtentationem Cameræ etiam ſoluere teneatur. Ratio eſt quia iſte Circulus conſtat tantummodo ex 4. Electoribus ad Rhenum habitantibus, qui aliàs ius illud præſentandi habent. *Blum.* l.c.num.11.

Cauſa ad Cameram nō ſpectā:es. XIII. Agitantur in hoc Camerali iudicio cauſæ tam Eccleſiaſticæ quàm Politicæ, vt innuit Inſtr. Pac.h. verſ. *Ac proinde, &c.* in verb. *Cauſæ Eccleſiaſticæ,&c.* Quamquam autem iuriſdictio Cameræ ſit latiſſima & maxima, non tamen ſub illa omnium generum lites diſceptandi poteſtas comprehenditur. Non pertinent ad eam 1. *Cauſa Principum* corpus, famam ac regalia concernentes, quarum diſcuſſio pertinet ad Imperatorem & Imperij Status. (Vide quæ ſupra *vom Fürſtenrecht* diximus *Lehman.* l.1. Chron. *Spir.* c. 9. Dn. *Limnæ.* l.1. d.l P.c 9 num.31. & ſeqq.) Quicquid verò *Carpzovius* (de Leg. Reg. Germ. c. 9. ſect. 12. n. 27. ſequens *Reinking* l 1.Cl. 4. c. 19.) in contrarium diſputet, negari tamen non poteſt, in hiſtoricis Germaniæ antiquis nil frequentius legi, quàm quod iam tempore Ottonum Procerum Imperij contentiones de feudis ab Imperatore vna cum Statibus Imperij in curiis ſolemniter habitis, fuerint dijudicatæ (Dn. *Myler.* de Statib. Imper. c. 20. n.13) Non pauci credunt haſce cauſis hodie ad iudicium Aulicum (*Reichs Hofrath*) pertinere. Quid Carolus V. & Rudolphus II. ſibi arrogarint in hiſce cauſis iem ſupra dictum. Rudolphus II. ann. 1607. quum inter Duces Saxoniæ *Weimar* & *Alte burg* de iure primogenituræ quæſtio orietur, ſententia ſua illam decidit: *Weil ihm als regierendem Rom. Kayſer und Lehen Herrn ſolches einig und allein Zuſtehe.* Idem Imperator Cauſam Iuliacenſem in aulam ſuam recepit, vnde quæſtionem hanc *vom Fürſtenrecht* tranſactionis Iüterbocenſis confirmatione (vbi Imper. quidem in coniudicium, citra vllam tamen impoſterum conſequentiam, conſenſit) ann. 1611. d.5. Decemb. à Rudolpho eſſe deciſam (*ſey hiedurch allerdings erleütert und* decidiret) Lundorpius putat. T.2. act. publ. l.1. Tr.1.p.23. Alij tamen vi potius, quàm per legitimos tramites hanc quæſtionem deciſam eſſe aiunt. Cauſam porrò *Heſſen* contra *Heſſen* an.1623.d.1.April.Ferdinandus II. Imp.ſententia ſua finiuit, quæ tamen tranſactione poſtea, per Inſtr. Pac. artic.11. approbata, multum immutata. In cauſa porrò *Lüneburg* contra *Braunſchvveig* de Ducatus *Grubenhagen* ſucceſſione ſolus Imp. Matthias definitiuè pronunciauit. Quid actum ſit à Ferdin. II. in cauſa *Baden* contra

Cauſæ Principum vbi diſceptari debeant.

Carpzovij opinio cōtra das Fürſtenrecht, ſtringitur.

Pregnantes rationes ſuadent in vſu eſſe rurſus non dū das Fürſtenrecht.

Baden ſupra part. 1. Diſcurſ. d. Marchionibus Badenſibus fuit dictum; quamvis itidem Inſtrumentum Pacis hic aliquid limitauerit, & de cætero Ferdinandinam ſententiam approbarit. V. Inſtrum. Pac. art. 4. Quæ hactenus à tempore Caroli V. vſque ad concluſam Pacem Weſtphalicam contra *das Fürſtenrecht* acta, illa in Imperij turbis peracta robur iudicij illius minimè infringere, ſunt qui putant. Credunt tamen non pauci iudicium aulicum hodie in cauſis Principum competens iudicium eſſe poſſe, ſi modo defectus iſti, de quibus Proteſtantes adhuc conqueruntur, emendentur. Interim magni intereſſet Imperij Statuum, ſi famoſum & celebre illud iudicium *des Fürſtenrechts* rurſus in viridem obſeruantiam deueniret. Porrò ad Cameram Imperialem non poſſunt deuolui *Cauſæ matrimoniales*, (Ord. Cam. p. 1. tit. 1. §. vlt.) ratio eſt, quia matrimonium à Pontificiis numeratur inter res ſpirituales quarum deciſio pertinet ad iudices Eccleſiaſticos. Quamvis autem Dn. *Blumius* (de Proceſſ. Cam. tit. 43. num. 15.) putet matrimonium etiam ab Auguſtanæ Confeſſioni addictis pro re ſpirituali haberi, dubito tamen an hodie amplius Lutherani in illa opinione perſiſtant. Nam matrimonium non eſt res ſpiritualis, non ſacramentum, ſed negotium purè ciuile, adeoque in ciuili foro tractandum. (Vid. Domin. Henric. *Hahnium* ad Parat. Weſembec. de Ritu Nupt. *Carpzov*. p. 3. Def. 74. in I. P. Conſiſt.) Matrimoniales cauſæ à Canoniſtis quidem ſolent ſpiritualibus accenſeri, quod maximè tangant conſcientiam. Sed hæc ratio non ſtringit: aliàs enim omnes cauſæ eſſent ſpirituales. Speciosior ratio eſt, quia Chriſtus Eccleſiam in Cantico Salomonis comparat cum matrimonio. Quicquid de eo ſit, matrimonium eſt res merè ſecularis, quia etiam fuit inter quaſuis gentes etiam hæreticas & infideles, inter quas ſpirituale quicquam eſſe vix dici poteſt. Cauſa autem quare Pontificij matrimonium fecerint rem ſpiritualem eſt, vt cognitionem cauſarum matrimonialium ad ſe traherent, & diſpenſationes peterentur à Pontifice, per quas poſſent magnam pecuniæ vim cogere, vt rectè me olim docuit Domin. Præceptor meus ſemper venerabilis D. *Georg. Werner* in priuatis prælect. ad Weſembec. de R. N. n. 4. vnde non video quare Camera in cauſis matrimonialibus debeat claudi (add. Domin. *Limna* l. 9. de Iur. publ. cap. 2. num. 186. & ſeqq. num. 191.) Quia verò praxis Cameralis cauſas illas nondum recepit, quæritur *quis hodie competens iudex ſit in cauſis matrimonialibus*? Quoad Catholicos eſt Papa Romanus (V. *Gylman*. Tom. 3. Symphor. verb. *Matrimonium*) Cauſæ verò matrimoniales Statuum, qui Auguſtanam Confeſſionem vel Reformatam religionem profitentur, non coram Imperatore, cui tanquam Catholico matrimonium eſt ſacramentum, nec in Camera (Limitationes tamen vid.

Intereſſe Statuum circa Fürſtenrecht.

Cauſa matrimoniales.

Matrimonium eſt negotium Politicū & ſeculare non Eccleſiaſticū

Quis hodie competens iudex ſit in cauſis matrimonialibus.

apud Domin. *Limnæ.* d.l. num. 191. & Domin. *Blumium* l. c. num. 17. 18.) nec coram Auſtregis; ſed coram electis arbitris, vel coram propriis Conſiliariis in iudiciis Eccleſiaſticis quæ Conſiſtoria vocamus decidendas cenſet Domin. *Myler ab Ehrenbach* de Statib. Imperij c. 20. remiſſo prius ipſis ſolemniter omnis fidelitatis iuramento, quo Principi ſuo obligati ſunt; atque hunc modum inprimis practicabilem cum Reinkingio, & Limnæo cenſet Dn. *Myler* l.c. num. 18. 19. *Blumius* (l.c. num. 15. 16.] in Conſiſtoria propendere videtur; Domin. D. *Bæckelman.* in Diſput. inaug. Meditat. 1. Axiom. 8 rem omnem relinquit pragmaticæ ſanctioni; præ cæteris tamen compromiſſi viam probat. Plura egregia de hoc negotio Vid. ad Domin. *Myler* l.c. num. 20. Ad Imperij Cameram vlterius non pertinent *cauſæ Criminales* de qua re Vid. Domin. *Blumius* de Proc. Cam. tit. 43. n. 2. & ſeqq. & text. Ord. Cam. p. 2. tit. 31. §. 14. quem locum Blumius egregiè illuſtrat. In Criminalibus itaque cauſis Principes & Status forum ſortiuntur ſecundum genus delicti. Nam 1. In cauſis fractæ pacis publicæ Imperialis vel Imperator per aulicum iudicium iudicat. O Cam. p. 2. tit. 9. §. *So jemand hoch oder nieder. Myler.* Tr. cit. num. 23. alij tamen praxin *deß Fürſten Rechts* hoc caſu vrgent quorum ſententia magis pro libertate Germaniæ conſeruandæ facit. 2. In Crimine læſæ maieſtatis ac banni Imperialis cognitio inſtituitur in Comitiis. (Vid. Domin. *Lymnæ* ad Capitul. Ferdin. III. art. 30. verb. *Des H. Reichs* n. 4. *Ruſdorff.* in Vindiciis Palatinis. cap. 20. *Bets.* de Pact. famil. illuſt. fol. 448. *Aut. Donauvert. informat.* fol. 142. & *Zieriz* de Prærogativ. Principum) Nam ex tali condemnatione periculoſi motus plerumque oriuntur. (vid. *Lehman. l.7.* Chron. c. 113. *Limnæ* l. 4. de I. P. c. 8. nu. 99. *Carpzov.* de Leg. Reg. c. 9. ſ. 9. num. 22. *Dn. Myler.* Tr. cit. nu. 23.) In Capit Ferdin. II. art. 26. coram Electoribus hoc ad minimum fieri debere aſſeritur. Et hoc quoque vrſerunt literæ Electorum Saxonis & Brandeburgici ad Imperatorem Ferdinandum II. de dato 12. Mart. an. 1623. apud. *Lundorp.* T. 1. act. publ. fol. 1077. Vnde Domin. *Lymnæus* ſcribit, quòd graue ſit audire Ferdinandum II. hunc articulum non obſeruaſſe. In Capit. Ferdinandi III. artic. 30. ad Proſcriptionem Principis Imperij, conſenſum Electorum eſſe requirendum aſſeritur. Plenius tamen hac de re cautum art. 8. Inſtrum. Pac. Domin. *Myler.* l. c. num. 25. (Vid. infra ad art. 8. cit. Diſc. de Banno Imperij.) Si Imperij Status Eccleſiaſticus crimen læſæ maieſtat. committat, ab Imperatore & Imperio is puniri poteſt *Klock* de contrib. c. 4. n. 173. Dn. *Cruſius* de Iudiciis, p. 1. c. 64. n. 10. Dn. *Myler.* Tr. cit. c. 93. nu. 6. Si Princeps porrò aut Status Imperij tale delictum commiſerit, ex quo Capitalis pæna imponenda veniat, Dn. Mylerus

Cauſa Criminales.

Quis in criminalibus ſit Statuum iudex.

Dn. Limnæus Ferdinandum II arguit.

integram cauſam ad Imperatorem deuoluendam putat. Forſan æquius, vt in tam grauibus cauſis, membra Imperij tangentibus, & ex quibus periculoſi motus oriri poſſunt, Status iudiciis talibus quoque aſſiſtant, id quod etiam hodiernæ Imperij ſtructuræ Monarchico-Ariſtocraticæ bene congruit. Et alias arcanum eſt in mixta Reip. forma obſeruandum Proceres, etiam ſi humanitus quid paſſi ſint, non facilè tamen ſuppliciis afficere. Vid. *Liuius* l. 3. Hiſt. Porrò ad Cameram non deuoluuntur *cauſæ ſpirituales* & Eccleſiaſticæ, nempe ſi agatur de religione & doctrina fidei, de decimis, de iure Patronatus, de iure Aduocatiæ, &c. quarum cauſarum cognitio ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat. (Vid. Du. *Blumium* de Proceſs. Cam. tit. 43. nu. 19. & ſeqq.) De cauſis religionis & fidei ſuperiori ſeculo diſceptabatur propter pacem Norimbergenſem, quâ cautum vt Camera omni iuriſdictione in cauſis fidei ſuperſedere debeat vſque ad generale concilium, vel Comitia hanc litem dirimentia. Sed Camera prætexebat ſuæ iuriſdictioni, quod Proteſtantes quaſlibet cauſas pro cauſis religionis venditarent. (Vid. Domin. *Strauch.* D. 13. th. 6.) Præcipuus controuerſiæ huius cardo in eo vertebatur, cuius cognoſcendi de cauſis ius ſit, quæ ad religionem ſpectent nec ne? Hanc cognitionem iudicio Cameræ vindicabant Catholici. Proteſtantes verò illas cauſas omnes pro religioſis habebant, ad quas decidendas hæc præiudicialis quæſtio determinanda prius requirebatur, de religionis ſcil. veritate & ſinceritate. Et quia lis de bonis Eccleſiaſticis eorumque reſtitutione videbatur in hoc præiudicio verti, vtrum religio, quam Proteſt. profitentur, ſit Germana Chriſtianorum religio, ideo hanc quoque & ſimiles pro religionis cauſis venditabant. Allegabatur & Tranſactio Cadamenſis in qua promittebat Rex. Rom. effecturum ſe, vt in his ipſis cauſis Camera executionem ſuſpenderet. (Vid. *Strauch.* l. c. th. 7. 8. 9.) Poſt multa in vtramque partem agitata Proteſtantibus arriſit ſententia, quæ recuſationem Cameræ ſuadebat, cumque ciuitatem *Minden* ad Viſurgim Camera in omnium conſpectu ſub dio proſcripſiſſet vt Sleidanus refert, ob litem quæ illi erat cum ſuæ Vrbis Eccleſiaſticis, ea re cognita Saxo & Landgrauius ſcriptum euulgarunt, in quo deduxere Camerales, quietis impatientes, iuſtè eſſe recuſatos, rogaruntque omnes Principes & Ordines, vt ſententiam cótra Mindenſes latam, pro iniuſta habeant, neque ſe patiantur ad vim vllam excitari. (Vid. Frid. *Hortleder.* l. 7. c. 19.) Præterito bello tricennali an. 1629. Ferdin. II. Proteſtantibus neque citatis neque auditis, non dubitauit controuerſiam de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis pro Catholicis decidere. Imperatoris illius Edictum (Edicta *liſche* ſentenz) cum exceptionibus Electoris Saxoniæ & Imperatoris Replicatione vide

Intereſſe Imperij.

Cauſa ſpirituales.

Cõtrouerſiâ de foro competente in cauſis religioſis.

Iudex ſuſpectus poteſt recuſari.

in *Theat Europ.* Tom. 2. p. 10. & multis ſequentib. Quæſtionem hanc: *An Cæſar ſit iudex in cauſis religionis?* fusè itidem tractatam vide in *Theatr. Europ.* l. c. p. 128 & ſeqq. Quicquid de eo ſit, edictum illud Ferdinandinum in *Inſtr. Pac. art.* 17. ſublatum, hodie nullam vim habet, adeoque per art. 5. eiuſdem Inſtrum. Pac. §. 16. iuriſdictione Eccleſiaſtica omni aduerſus Proteſtantes ſuſpenſa, ij hodie per Pacem religioſam Autonomiam atque abſolutam ferè circa ſacra poteſtatem exercent, & ipſi in controuerſiis religionis ſibi arbitrium ſumunt. Non pertinent porrò ad Cameram *cauſæ feudales.* Vtrum autem Imperator ſolus, an cum Paribus Curiæ, id eſt, Principibus Imperij, ratione *deß Fürſtenrechts*, de feudis Principum & Statuum cognoſcat, iam ſupra latè ex Conringio & aliis deduximus. Vt verum fatear valde hæc quæſtio hodie inter Dd. controuerſa eſt. *Schubardus* (de Auſtreg. c 5. n. 125. & ſeqq.) diſſidentium argumenta allegat, ſed nihil decidit. Dn. *Mylerus* (de Statibus Imper. c. 20. n. 15.) Cameram ab harum cauſarum cognitione excludit per text. O.C.p.2. t. 7. §. *ob auch Sachen vorfielen*, & ad Imperatorem illam amandat, quem tamen ita intelligendum cenſeo, vt non excludantur Pares Curiæ quod patet ex iis quæ paulo ante adduxit nobiliſs. ille Autor ex Limnæo *vom Fürſtenrecht. Stamlerus* (de Reſeruat. Imper. §. 38.) more ſuo omnem cognitionem ſoli Imperatori adſcribit, & coniudicium *des Fürſtenrechts* pro cerebrino reputare, non veretur. Magni momenti hæc quæſtio in cauſa Iuliacenſi vehementer fuit agitata. (Vide *Autor deß kurtzen und begründeten Berichts über die Frage ob der Römiſche Kaiſer in deß Heil. Reichs Lehenſachen allein richten könne*, add. *Leheman.* l. 2. Chronic. c. 42.) In cauſa Iuliacenſi tandem an. 1611. poſt tranſactionem Iüterbocenſem *Rudolphus II.* Imp. omni tamen conſequentia impoſterum ceſſante, Pares Curiæ admiſit; *Matthias* tamen ſucceſſor illud non obſeruauit (Vid. ſupra p. 1. Diſcurſus de Controuerſia Iuliacenſi) *Ioannes Wurmſerus* (Exerc. Iur. publ. 7. qu. 10.) exiſtimat ſolitarium Imperatoris iudicium hodiernam Imperij praxin approbare, v. g. in cauſa *Heſſen* contra *Heſſen*; *Braunſchvveig* contra *Braunſchvveig das Fürſtentumb Grubenhagen betreffend*; item *Baden* contra *Baden*. Si rem penitius intuemur, hi Imperatoris actus præiudiciales nondum ius quæſitum inferre videntur, quum cauſæ Haſſiaca & Badenſis inter Imperij ciuiles turbas, vbi leges ſilere ſolent, & à Cæſare victorioſo, contradicentibus tamen victis, deciſæ, ſententiæque exercitibus Cæſareis executioni mandatæ quidem, poſtea tamen præualentibus armis Suecorum contrariis armis reſciſſæ, tandemque in Tractatu Pacis Oſnabrugo Monaſterienſi, atque adeò totius Imperij arbitrio diſcuſſæ ac

An Cæſar ſit iudex in cauſis religionis.

Cauſæ feudales.

Controuerſia vom Fürſtẽrecht.

Stamleri error.

VVurmſeri error.

Via facti nõ facit viam iuris.

confirmatæ ſint, vt adeò, non leui coniectura aſſerere poſſimus, con-iudicium illud Principum nondum in deſuetudinem abiiſſe: Certè non parùm ſalutis & tranquillitatis publicæ intereſſe videtur, vt momentoſa hæc controuerſia in ipſis Imperij Comitiis decideretur, Statuſque Imperij ius illud pro ſe à multis ab hinc ſeculis longâ conſuetudine introductum fortiter quoque aſſertum irent. Neque *Stamlerum* profectò iuuat Friderici II. Imp. conſtitutio, in qua ita inter cætera: *Wo es aber Fürſten und andere hohe Leute an ihr Leib, an ihr Ehre oder recht, oder an ihr Erbe und Lehen gehet, dieſes alles vvollen vvir ſelber richten.* Subintelligenda enim hic eſt clauſula: *Cæteris paribus.* Et ita etiam intelligendum eſſe textum Ordin. Cameræ ſupra ex Dn. *Conringio* audiuimus. Multò minus Stamlerum releuat, quòd in Inſtr. Pac. a.5.§. 20. mentio fiat de Electorum & Principum votis in cauſis maioribus exquirendis iuxta liberum tamen Imperatoris arbitrium, nulla adiecta neceſſitate. Primum enim Stamlerus non audet affirmare, in textu Inſtr. Pac. contineri quoque *das Fürſtenrecht*, atque adeò illud iudicij aulici horizonte etiam per Inſtrumentum Pacis iam eſſe circumſcriptum. Quin potius per art.8. Inſtrum. Pacis in princ. Principes & Status in omnia antiqua iura ſunt poſtliminio quaſi reſtituti, vt proinde ſimultanea etiam cognitio Parium Curiæ in Principum cauſis poſſit reſtituta videri. Deinde, vtut ſecundum mentem Stamleri textus ille Inſtrumenti Pacis etiam de non neceſſaria exquiſitione votorum Imperij Principum in hiſce cauſis ſit explicandus, (quod tamen ego priuatus aſſerere non auſim, vtpote quum tantum illuſtrare & quaſi flores ad Inſtrumentum Pacis ſpargere, mihi ſumpſerim, nullo modò autem illud interpretari nec poſſim nec velim neque debeam) tamen ex Capitulat. Ferdinandi IV. art. 40. poſt factam iam Oſnabrugenſis pacis compoſitionem arctiori vinculo illa libertas ligata, imò illa in neceſſitatem abiiſſe videtur, ceu patet ex ſequentibus capitulationis verbis: *In Wichtigen Sachen, ſo das Reich betreffen und von hohen* præiudiz *und vveiten auſſehen bald an fangs der Churfürſten auch nach gelegenheit der Sachen Fürſten und Standen Raths Bedenckens vns gebrauchen, und ohn dieſelbe hierin nichts vornehmen.* Inſignis porrò eſt Stamleri audacia, dum adductum Inſtrumenti Pacis textum non ad ipſarum grauium & arduarum cauſarum cognitionem, ſed ad ſententiæ in iudicio aulico latæ executionem extendit. Sed quis Stamlero interpretis officium commiſit? Vid. plur. ap Dn. *Limnæum* l.2. de I. P. cap. 9. nu. 32. & ſeqq. qui noſtram opinionem maſculè propugnat, & quamvis Stamlerus illum Iuris publici Coryphæum famigeratiſſimum refutare conetur, tamen victor minimè abit. Ad ſummam, quum ius illud Principum non niſi

Intereſſe Statuū circa das Fürſten recht.

Stamlerus refutatur.

Stamlerus interpres Inſtrumēti Pacis contra libertatem Germaniæ.

vt maiore ſublatum vel potius diminutum ſit, cur illius reductio in bonum vſum prohiberi poſſit, non video; Sed ego mitto manum de tabula, & Statibus Imperij illuſtriſſimis vigilantiam circa hoc ius commito. Originem & fundamentum huius iuris [quod *Fürſten-recht* appellamus] bene explicat Dn. *Textor.* de ratione Status Germaniæ modernæ. p.23. 24. 25. Confer circa hanc rem inſuper text. R.I. de an. 1654. *Demnach auch in dem zu Oſenbruck*, quem Stamlerus pro ſe adducit qui tamen textus è diametro ipſi contrarius, docétque quod controuerſia circa ius primogenituræ durantibus Comitiis à Commiſſariis Cæſareo & Moguntino compoſita ſit. Notandum hic vltimo, quando hic in Inſtrumento Pacis de Eccleſiaſticis cauſis in Camera decidendis mentio fit, hoc debere intelligi non de ipſis bonis Eccleſiaſticis & rebus Spiritualibus, ſcilicet controuerſia circa ipſa bona & res ſit, ſed circa illarum poſſeſſionem verſetur, quia poſſeſſorium rei ſpiritualis non eſt quid ſpirituale, ſed temporale. [*Gail.* 1.O.32.num.5. & 38. num.2.& 3. Dn. *Blumius* de Proceſſ.Cameral. Tit. 41.num.11.

Iudicia Ordinum hodierna.

XIV. Notandum hic porrò, ſi lis inter Ordines oriatur, quòd plerique eorum in prima inſtantia adeant arbitros ſiue Auſtregales iudices. Autor Auſtregarum non eſt Maximilianus I. Imp. vt quidam volunt, etſi nouam formam in Ordinat. Cam. deſcriptam, ſub eo acceperint, ceu iam ſupra ex Conringio latius deduximus. Si qui vero iure Auſtregarum non gaudet in prima inſtantia vel Cameram vel iudicium aulicum habet. Quod iuſtitiæ adminiſtrationem (*Das Juſtizvveſen*) in Camera Spirenſi attinet, de illius protractione paſſim querelæ extant. Notabilia ſunt *Webneri* verba, quæ Dn. *Cellarius* l. 2. Pol. cap.9. num.19. adducit. Vulgo *lites Spiræ dicuntur ſpirare ſed non expirare: Litigantes, dum ſpirant, ſperare, nec vnquam aſpirare* (V. Parthen. *Litigioſ.* l.1. cap.1. num.12. cuius autor eſt *Valentinus Winter* Ducum Pomeraniæ quondam Conſiliarius prudentiſſimus & grauiſſimus ſcriptor.) item: *Das Cammergericht das Jammergericht.* Ipſi Status Euangelici in Tract.Pacis an.1646. menſ. Aprili ita inter cætera ſunt conqueſti: *Die Zurük geſtellete und hinterbliebene Juſtiz iſt die Haubturſach und Brunquell, deren ſo vvol Zvviſchen den Ständen unter ſich ſelbſt, als auch zvviſchen denſelben und hoͤgſtgeehrten oberhaubt hergefloſſenen Miſstravven, innerlichen Zvvytracht, Unruhe und Trennungen gevveſen* (V.Theat.Europ. Tom.5.p.1047.) *Autor Comitiologiæ Ratisbon.* de an.1653 1654. Quoad Reformationem iuſtitiæ optat: *Das alles nicht in eine Athenienſiſche, vveitläuffige, vervvirrete, mit ein hauffen vvort und geſetzen erfüllete diſputirſüchtige, ſondern in eine Spartaniſche, beſſergerathene, nervoſe, kurtze, doch gantz deutliche art* und,

Parthenius Litigioſus.

Grauamina Euangelicorum de protractione iuſtitiæ.

Optimũ votum pro adminiſtranda iuſtitia.

vnd verfaſſung gebracht vverden möge. Hæc ille p. 119. Vt adeo *quoad ordinem iudiciorum Imperij non Atticiſmus, ſed Laconiſmus meritò præoptari debeat.* Sanè Spiræ multa acta iuridica vltra 70. 80. & 100. annos muris quaſi aheneis clauſa in captiuitate deliteſcunt, quorum maturam liberationem parietes ipſi iam eloqui videntur. *Grauamina Proteſtantium*, in conuentu Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſi an. 1646. circa iuſtitiæ punctum exhibita; hic iam adducere operæ pretium viſum eſt. Inter cætera autem ita ordines Euangelici conqueruntur: *Das vvieder des Hochlobl. Kayſer. Reichs-Hoffraths nicht allemahl* fundirte iuriſdiction *und geſchvvinde* Proceſſen *Euangeliſchen Theils einkommene* lamentationes, *klagen und Beſchvverden keinen andern als* contrarium planè effectum *ſo fern nach ſich gezogen, das ſonderlich* occaſione bellorum *hochermelter von Lautern Catholiſchen Aſſeſſorn beſtellter Reichs-Hoffrath mit an ſich Ziehung ſo vvol der Religion als Staats, als anderer, auch vvol zu vveilen* in Camera *albereits hangenden Sachen, ie länger je vveiter vmb ſich gegriffen, auff eines ieden, auch vvol* priuati *anlauffen*, Proceſſus & Mandata ſine clauſula *erkennet, dadurch den Ständen das* beneficium primæ inſtantiæ, appellationis & reuiſionis *entzogen, allerhand geſchvvinde und zum theil parteyiſche* Commiſſiones *angeordnet*, &c. [Vid. pl. *Theat. Europ.* T. 5. p. 1049.] Hæc illi circa iudicium Aulicum. De iuſtitia autem in Camera emendanda hoc modo pergunt: *Alſo hat es auch fürs ander mit denen am Hochlobl. Kayſerl. Cammergericht leider alzuviel bekanter defecten und Misbräuchen fürnemlich eine ſolche Bevvandtnis, das es mit adminiſtration der iuſtitz daſelbſten dermaſſen langſam und verzüglich daher gehet, das die Gerichtliche Proceſs bey eines Menſchen ia offtmahls Kinder und Kindskinder gantzen Lebenszeiten, kaum zu ihren endlichen Beſchluſs zugeſchvveigen vrtheil und* execution. [Adduxerunt exempli loco: *Den langvvirigen Streit des H. Graffen zu Sayn und Witgenſtein* contra *Chur und Ertz ſtifft Trier, die halbe Herſchafft Valendar betreffend*] *nicht gelangen können, und alſo der* finis iuſtitiæ, vt ſuum cuique tribuatur, & calumniantium iniquitates expellantur, *ſo gahr dabey nicht erreichet vvird, &c. Vnd aber die ſchuld ſolcher* immortalis litium diuturnitatis *nicht ſo vvol denen* litigantibus eorundémque Aduocatis ſiue Procuratoribus, *noch* Dun. Iudicibus & Aſſeſſoribus, *viel vveiniger* prudentiſſimis legibus & ſanctionibus, etiam procedendi formæ modóque per ſe, *als vornemlich* immenſæ cauſarum multitudini *zu zuſchreiben: vvelche bereits uff viel tauſend zum theil geſchloſſene, zum theil noch obſchvvebende Händel dermaſſen ervvachſen, das gleichvvie bereit mit derſelben alleinigen erörterungen die Herrn* aſſeſſores *auch in völliger Anzahl länger dan ein gantzes* ſeculum.

Intereſt administrationis iuſtitiæ in Imperio vt moroſi proceſſus tollantur.

Grauamina Proteſtantiũ circa iudicium Aulicum & Cameram Spirenſem.

Intereſſe circa iudicium aulicum & Cameram.

Intereſt Imperij vt defectus illorum iudiciorum emẽdentur.

Finis iuſtitiæ.

Iuſtitia defectus in quo hæreat.

zuſchaffen haben vvurde: Als im fall noch immer zu noch neue ſachē daZu kommen ſolten , ſich ſelbige gahr in infinitum *häuffen, und keine andere Mittel oder Hoffnung mehr zu der meiſten und zu mal iüngern Händel* expedition *und erledigung übrig verbleiben und alſo* in effectu *derſelben* campana ſine piſtillo *ſein , und mehr den böſen und Schuldigen zu misbrauch , als denen bedrängten und vnſchuldigen Zu gute kommen vvurde , &c. Welchen und andern bey dem heilſamen iuſtitz vverck einreiſſenden exceſſen , Misbräuchen , Unordnungen und verhinderungen dann ex fundamento ab zu helffen kein ander außträglicher* remedium, *den das , vveil ie vorher ermelte beyde höheſte und* Vniuerſal *Gerichte einer ſolchen faſt unzehligen Menge der täglichen ſich vermehrenden Reichs - Handeln , des H. Röm. Reichs ſich ſo vveit außſtreckenden Grentzen noch nicht gevvachſen , und benebens auch dieſes* inconueniens *ſich ereyget , das vvegen vveiter Entlegenheit Vnterſchiedlicher* Prouincien *denen darin geſeſſenen Parteyen ſo lange und geraume termin , von 6. 8. 10. bis in 12. Monat zu mercklichen Auffhaltungen der ſachen begehret, nicht füglich abgeſchlagen vverden mogen, und über dis auff die ſo einen vveiten vveg offtmahls von hundert und mehr Meilen hin und vvieder verſchickende Botten groſſe, in manchmahl vvol gröſſere Vnkoſten als die* ſumma litigioſa *fur ſich ſelbſten außtragt, auffgeben, &c.*

Intereſt Imperij vt alia iudicia de nouo ordinentur.

zu foderſt neben ſolchen beyden Gerichten im Römiſchen Reich noch Zvvey andere , als etvva eins in den beyden Sächſiſchen , neben dem Weſtphaliſchen , das ander in den Fränckiſchen und Schvvebiſchen Krayſen , beydes an vvolgelegenen orten beſonders angeordnet , und alſo dem Hochlöbl. Kayſerl. Reichs Hoffrath , iezigen Vmſtänden nach , der Oeſterreich und Bayeriſche, dem Hochlobl. Kayſerl. Cammergericht über die beyde Rheiniſche ſambt dem Burgundiſchen zugetheilet und uberlaſſen : Hergegen aber die Rotvveil , Schvväbiſch , und Hagenavviſche Hoff Land und Vogtey und all dergleichen Gerichte , vvelche andere Reichs Stande und dero Vnterthanen an ſich Ziehen vvollen , auß letzt angedeüteten und andern erheblichen Vrſachen allerſeits caſſiret *, abgeſtellet und vffgehoben vvorden Alſo das beſagte Vier als Kayſerl. und des Reichs högſte Gerichte und* vniuerſalia Dicaſteria *in gleicher* iuriſdiction, poteſtet, *und* dignitet *beſtehen , &c.*

Iudicium Rotvvilanū Hagenoenſe.

Inſonderheit aber vveil die gleichmeſſige Adminiſtratio iuſtitiæ *vornemlich in deme beſtehet, das der Richter vnparteyſch : Als vvill man Euangeliſchen theils zuforderſt und vor allen dingen die von langer zeit hero ſo offt und inſtandig gethane Bitte und* remonſtration *anhero dahin vviederholet haben ; Das der högſten Noth , vernunfft , natürlichen Billichkeit und aller Volcker rechten , vvie auch* vinculo ſtabiliendæ in Repub. libera inter Status paris dignitatis & iuris concordiæ & amicitiæ *gemeß alle und*

Index debet eſſe ſine affectibus.

NB. Reſpubl Imperij eſt libera inter Sta-

iede von obgemelten vier Högſten Gerichten, mit ohngefahr 12. *oder* 16. *minder oder mehr der coniungirten Kräyſe Gelegenheit nach, von den Euangeliſchen und Catholiſchen in gleicher Anzahl mit eitel Teütſchen und im Reich geſeſſenen, auch aus den Kräyſen des Reichs von ſelbigen Ständen ſelbſten* præſentirten, *auff die Kayſerl.* Capitulation fundamental *Reichs-Satzungen Crais und andere verglichene Ordnungen, wie auch ſonderlich den negſtkünfftigen Frieden-Schlus aydlich verpflichteten* Præſidenten, Aſſeſſoren *und Reichs Hoffräthen auch Cantzley-Verwandten und andern* juſtitiæ Miniſtris *beſtendig beſetzet, und zumahlen keine zwiſchen Euangeliſcher und Catholiſcher Parteyen beſtehenden Sachen, anders dan vor und von* paribus numeris *beyder Religionen Räthen*, Aſſeſſoribus *und* Commiſſariis referirt, *entſchieden, oder ſonſten verhandelt, und alſo jedermanniglich* ſine vllo perſonarum & rerum reſpectu *an gehörigen Orten ohnpaſſionirtes ſchleüniges Recht wiederfahren und ertheilet werden moge. Dan gleichwie der Kaiſer. Maj. Hoheit darunter eben ſo weinig abgehet wan gleich die* Aſſeſſores *und Hoffräthe der Euangeliſchen* religion *zugethan, als wen ſelbige den Römiſchen Catholiſchen verwandt, und beypflichtig ſind, als iſt je leichtlich zu erachten, welcher geſtalt beyderſeits im gründlichen beſtendigen Frieden, Einigkeit und Vertrauen mit einander zu leben, und das hochſchadliche Mißtrauen und wiederwillen* radicitus *aus dem wege zu reumen nicht müglich, und für ſich ſelbſten, ſo woll der* Euangelicorum Statuum *nebenſt den Römiſchen Catholiſchen im Reich unwiederſprechlich hergebrachten gleichen Stände*, reputation, *Rechten und Freyheiten högſt* præjudicir-*ſchmäler- und nachtheilig, als auch* vinculo ſocietatis humanæ & ſtabilis in Imperio concordiæ *neben andern obangezogenen unwiederſprechlichen* fundamenten *und* relationen *allerdings vngemeß und zuwieder ſein wurde; dafern die Euangeliſchen* intuitu religionis *ſo gar verhaſſet und verdacht ſein ſolten, das auch dieſelbe zu Dienern und* Adminiſtratorn *der Iuſtiz in gehoriger gleicher anzahl durchgehends nicht gedüldet und fahig geachtet werden ſolten. Euangelici æquali iure cum Catholicis de Republica iuribus participant, ſuntque maximi minimi, ſummi infimi, æqualia membra vnius Imperij*: Ipſa igitur æquitas & naturæ principia expoſcunt, vt ad Magiſtratus ſiue Reipub. munera Euangelici æquè ac Catholici pari iure admittantur. Æqualitas mutua & reciproca tuetur ciuitates. (*Ariſtot.* 1. Pol. 2. & 2. Pol. 1.) Amicitia ſocietatibus maximum bonum eſt. Sic enim à ſeditionibus maximè diſtrahentur. (*Theat. Europæ.* T. 5. p 1049. add. *Diſcurſ. part. 1. ſupra de Æqualitate in Imperium reducta*) Iidem Euangelici ita circa iuſtitiæ punctum pergunt: *Dabey dan auch dieſes ſo nothwendig als billich ſer-*

tus paris dignitatis Intereſt iuſtitia adminiſtrationis in Imperio vt numerus Aſſeſſorum augeatur.

Intereſt Imperij vt paritas Aſſeſſorum vtriuſque religionis introducatur.

Quare perſona iudicātes debeant eſſe vtriquæ religioni addicti

Intereſt Reipubl. imperij vt æqualitas inter Imperij ordines ſeruetur Bene nota iudicium Proteſtantium de ſtatu Imperij contra Dn. de Monzambano.

Paritas votorum in Camera & iudicio Aulico quid ſit.

ner zuverorden, und beſtendig Zu beobachten ſein vvill, das, ſo offt einig dubium & paritas votorum *unter beyderſeits religions-Verwvante* iudicibus & Aſſeſſoribus *vorfallet, die* deciſion *und Auſſchlag auf einem algemeinen Reichstag, und Vergleichung Zvviſchen Kayſerl. Maj und geſambten Reichs Standen* ex natura *deren* in vim contractus *mit und gegen einander aufgerichteten Reichs* conſtitutionibus *und Abſchieden blos und vnpræiudicirlich* remittirt *und auſgeſtellt*: (Obtentum hoc in Inſtr. Pac. h. verſ. *Viſitatio* verb. Si *quæ vero.*) *Deſgleichen auch neben ganZlicher Abſchaffung obangeregter biſhero angemaſſeter* exceſſ *und*

N B.

Vorgriffe, hinfuro kein Stand ehe und anderer geſtalt, als auff algemeinen Reichstagen præuia legitimæ cauſæ cognitione *Zu verhütung deren ſonſt bekandten und Zum theil friſchen* experienz *nach gemeiniglich daraus erfolgenden* maximorum motuum & tumultuum in Imperio proſcribiret,

De proſcriptione in iudiciis Imperij.

viel vveiniger de facto, *etvvas vvieder ſeine perſon,* dignitet, *Land und Leute* attentirt *und vorgenommen: auch ſonſten niemand vvieder hergebrachte* priuilegia, *Recht und Billichkeit an religion und Gevviſſen Stand und vvurden, Haab und Guth beſchvveret und beſchadiget vverden möge. Was aber die vnterthanen ſo keine Stände des Reichs ſind belanget: ſollen dieſelbe ihren ordentlichen Gerichten, da ſie zvvor rechts vvegen gehorig gevveſen, in einem und dem andern vntervvorffen bleiben.* (*Theat. Europa.* l.c.) *Es vverden auch I. Kay. Maj. hiebey allergehorſamſt erſuchet, keines vveges zugeſtatten das einige an hochvvollermelten* iudicio *Imperiali aulico anhangende Sachen, vor oder nach verfaſſeter* ſentenz *einiger geſtalt vvie es Nahmen haben mag,* ſub prætextu Rationis Status aut conſcientiæ, *vor den Geheimen, viel vveiniger vor den Conſcienz-Rath geZogen, oder ſonſten von daraus dem Reichs-Hoff-Rath einiger vor oder eingriff zugefüget vverde*: Et mox: *Es iſt nicht allein obbedeutete Vertheilung beyder Hochlöbl. Kayſerl. Reichs Hoffraht und Cammergericht, in mehrer abſonderliche hogſte und Lezt*ere *Gericht bereit vormahls für das einige und beſte mittel, dadurch männiglich mit vveinigſter beſchvvernis Zu ſeinem Recht verholffen vverden möge, von vnderſchiedlichen vornehmen und erfahrenen* ICtis Practicis *gehalten*

Grauamen vvegen des Geheimen vnd ConſcienZ Raths. Intereſt Statuum vt illud tollatur.

Intereſt adminiſtrationis iuſtitiæ in Imperio, vt plura in eo Summa iudicia conſtituantur.

vnd vorgeſchlagen vverden; ſondern auch in andern und ſo gahr Erb-Konigreichen und Fürſtenthumb als in Franckreich (*darin* 10. Parlamenta) *Spanien, Italien, &c. Vnderſchiedliche dergleichen höchſte Gericht* ad deciſionem cauſarum iudicialium iuxta fundamentales regni cuiuſque leges & conſtitutiones *ohn einige* diminution *und verlezung ſolcher Könige und Potentaten hergebrachten Konigl. Gevvalts zufinden ſeyn.* Et per Aſſeſſores iudicata, per ipſum Imperatorem iudicata & pronunciata cenſentur; quippe qui omnia ſua faciat, quibus autoritatem ſuam impertitur. (*Theat. Europa* l.c.) Ex hactenus adductis patet,

quantopere Euangelici, vt in aliis commodis Reipub. promouendis omne punctum ferunt, ita quoque Reipubl. Imperij intereſſe quoad iuſtitiæ adminiſtrationem ſeriò quæſierint. In multis ſanè in Inſt. Pacis Grauaminibus eorum eſt ſatisfactum, v. g. quoad numerum Aſſeſſorum augendum, & ex vtraque religione parificandum: Inſuper etiam obtinuerunt receptionem Euangelicorum Aſſeſſorum in iudicium Aulico Imperiale. (vid. in Inſtr. Pac. hic verſ. *praeterea*: in verb. *Idem etiam in iudicio Aulico obſeruetur*, *&c.*) Tranſlatio tamen Cameræ Imperialis nondum (neſcio qua de cauſa) obtenta; vt & plurium ſummorum iudiciorum conſtitutio minimè obtineri potuit. In compoſitionis pactis in puncto grauaminum artic. 22. ann. 1646. menſ. Iul. ita inter cætera: *Die* iuſtitiam *betreffend ſoll es beyden zvveyen hohen Gerichten im Reich, nemlich dem Kayſerl. Reichs Hoffrath und dem Kayſerl. Cammergericht zu Speyer gelaſſen, keine nevve* Dicaſteria *angefuhret vverden.* (*Theat. Europa.* Tom. 5. p. 1117.) quod ipſum an non contra Intereſſe Imperij ſit, quilibet bonus cordatuſque facilè iudicare poteſt. Obtinuerunt inſuper, ne cauſæ à Camera auocentur, & alia de quibus vid. Inſtrum. Pac. hic. Inprimis autem in Comitiis poſtea ann. 1653. 1654. Proceſſus Cameralis emendatus; An iuxta conſummata cunctorùm vota mihi non licet iam inquirere.

Euangelici ſummoperè quæſiſſe Imperij intereſſe.

XV. Ad autoritatem Imperialis Cameræ porrò facit, quod cauſæ ibi pendentes non poſſint auocari, per text. *Ord. Cam.* p. 2. t. 35. verb. *Das dem Cammergericht. Capitul. Ferdinandi III. art.* 24. verb. *Vnd auch alle ordentliche, &c. Inſtr. Pac.* h. verſ. *Viſitatio*, &c. in fin. *Capitul. Ferdinandi IV. art.* 43. ibi: *Die am Kayſerl. Cammergericht zu Speyer, &c. Rec. Imper de an.* 1654. *§. Damit aber auch unſerm, &c* & *§. Ebenmäſſig. Capitul Leopoldi art. Ob auch einige, &c.* (Vide tamen *Limnæ.* l. 9. de I. P. c. 2. num. 74. & ſeqq. vbi *Berlichium* diſſentientem propugnat.) Litis pendentiam interrumpere, & cauſas in Camera iam motas auocare Senatus Aulico Cæſaræus olim conatus eſt. Ita enim iam tum an. 1590. conqueſti ſunt tres ſeculares Electores in grauaminibus ſuis: *Das auff der Parteyen vngleich fürbringen dem Cammergericht biſsvveilen* inhibiret, *demſelben albereit angebrachte Sachen entzogen, und am Kayſerl. Hoff ſolche erörtert vverden vvollen.* (*Luddorp.* l. 2. act. publ. l. 1. Tr. 4. num. 2. p. 51.) Idem clarius Proteſtantes Imperij Ordines repetierunt in grauaminibus Comitiorum Ratisbon. *Man habe ſich vnterſtanden etvvan in denen Sachen ſo albereit am Cammergericht, auch Fürſtl. Hoffgerichten anhängig gemacht vvorden, zu* inhibiren, *und ſolcher* litiſpendenz *vngeachtet, dieſelbe an den Kayſerl. Hoff zu ziehen, ja auch vvoll die ienigen Sachen, darinnen bereit die Vrtheil*

Intereſt ad finiendas in Imperio lites ne cauſæ in Camera pendentes auocentur.

Quatenus cauſæ à Camera auocari poſſint. *geſaſſet, und nur auff der* publication *geſtanden, dahin abzufodern.* Hæc illi: Poſſunt tamen inde auocari cauſæ ad Cameram non pertinentes, quales ſunt cauſæ feudales, telonij, matrimoniales, criminales &c. (V. *Blumium* de Proceſ. Cam. tit. 15. num. 18. & ſeqq.) Et in ſpecie juxta Capitulationem Ferdin. IV. art. 27. lites in Camera ratione teloniorum ab antiquo pendentes, auocandi facultatem adeptus eſt Imperator: verba ita habent: *Geſtalt vvir dan hierüber bey gedachten Cammergericht, zvviſchen den vier Chur-Fürſten am Rhein, ſambt oder ſonderlich und andern deſs Heil. Reichs Standen oder Statten zu vorigen zeiten bereit* paſſivè *oder* activè *anhangig gemacht, darvon vviderumb ab und an vnſern* Kayſerl. *Reichs-Hoffrath* auociren *und ziehen.* Et tale ius Sereniſs. Elector Palatinus ante paucos annos contra mercatorem Baſileenſem Annone *Wegen des* (*ni fallor*) *zu Germersheim verſchvviegenen zols* contra Cameram Spirenſem vrſit. Aliàs Imperator cauſas in iudicio Spirenſi pendentes ad ſe auocare, neque Cameræ inhibere poteſt, ne in cauſa procedat; quia & ipſe per modum contractus in Cameram conſenſit. (*Gail.* 1. *O.* num. 4.) Hinc Camera auocationem ab Imper. Maximiliano I. factam. d. 30. Ian. ann. 1516. reiecit (*Barthius* in ſentent. Cameral. Tom. 1. p. 437. in fin.) Cæſar autem & Status ſimul cauſam in Camera pendentem auocare poſſunt, quia illi qui aliquam legem tulerunt, eam quoque rurſus abrogare poſſunt. (vid. *Blum.* l. c. n. 24.)

Zoll-Sachë.

Intereſt Imperij vt Calēdarij emēdatio ſuſcipiatur. XVI. Inter defectus Cameralis iudicij eſt & *Calendarij* vtriuſque Iuliani & Gregoriani vſus. Quum ſuperiori ſeculo an. 1582. Gregorius XIII. Papa Calendarium ſuum publicaret. Imperioque obtruderet, Catholici illud receperunt, Proteſtantes verò id recuſantes Iulianum veterem ſtylum retinuerunt. (Vide *Reinking.* de R.S. & E.l.1. Cl.3.c.2.) Hinc non tantum Spiræ, verum etiam in Germania vniuerſa ob Calendarij vtriuſque vſum orta eſt ingens confuſio, & in negotiationibus maxima incommoda extiterunt, imò alibi ingentes ob eadem feſta diuerſo tempore celebranda turbæ ac ſeditiones excitatæ, atque adhuc hodie non rarò excitantur. Hinc deliberatio ſummè neceſſaria de vtroque Calendario concordando in Comitiis ann. 1654. habitis ad proximam viſitationem Cameræ & ſequentia Comitia reiecta eſt, R. I. de an. 1654. §. *Ob auch vvol.* Hæc tamen concordatio, dum neuter alteri cedere cupit, vix ſperanda. Credo hic vſu venire, quod ſæpe aliàs; vt quod ad vniuerſos attinet à ſingulis negligatur prout ſolet fieri in magnis imperiis vbi multa capita ſingulares & inuicem diſtinctos pileos gerunt. Secundum conſilium Dn. *Blumij* (de Proc. Cam. 1. 62. n. 3.) hæc res forſan feliciorem exitum ſortiretur, ſi vtroque Calendario ceſſato (ſiquidem vtrumque ſuis vitiis ſca-

In magnis imperiis, quot capita tot ſenſus.

tet) planè nouum conficeretur, & quidem ita, vt, quemadmodum Iul. Cæſar fecit, primus dies Ianuarij collocaretur in Bruma, id eſt, breuiſſimo totius anni die, nim. 11. 21. Dec. quo Sol Capricornum ingreditur, & ad nos ſe conuertit. Ac deinde ſicuti dies ex ſex horis vltra 365. dies reſtantibus emerſus quouis quadriennio Menſi Februario intercalatur, ita quoque dies ex Minutis inſuper remanentibus, & diem plus minus, ſingulis centum annis conficientibus adimpletus eodem quoque modo intercalaretur. Hoc pacto etiamſi mundus adhuc per centum centies millia annorum duraret. Calendæ Ianuarij nunquam ex præmemorata Bruma dimouerentur, & feſta ſingulis annis eodem tempore celebrarentur. Poſſet etiam agi cum Exteris, quo hoc Calendarium in tota Chriſtianitate reciperetur. Hactenus Blumius. (Vide pluribus de hoc negotio M. *Wolfgang Bachmeyers Calender Vereinigung*, Vlmæ an. 1661. in 4.) Hic Autor ita in Dedicatione: *Nachdem das* Calendarium Gregorianum an. 1582. *Zum erſtenmahl auffkommen, und von dem Pabſt publiciret worden, welches zwar die Catholiſchen alſobald für juſt und richtig erkandt, und angenommen, die Proteſtirenden aber demſelbigen ſtarck wiederſprochen, und bey der alten Julianiſchen Jahrrechnung bishero verblieben, iſt hierauff durch den Gebrauch zweyer unterſchiedener Calender in dem Römiſchen Reich groſſe und ſchädliche* Confuſion, *Vnordnung, Trennung, und Zerrüttung, Gezänck und Lärmen erwecket und verurſachet worden, welche noch uff gegenwertigen Tag in wollem Schwang gehen, und ins künfftige je mehr ſich hauffen werden, je mehr beyde Calender von einander abſpringen, in dem der Vnterſcheid bey den zehen tagen nicht verbleibt, ſondern faſt alle hundert Jahr umb einen Tag ſteigt, und gröſſer wird. Dannenhero viel Verſtandige und Friedliebende jederZeit für rathſam erachtet, auff alle mögliche Mittel und wege Zugedencken, wie die entſtandene Miſshelligkeit der zeiten und Feſt aufgehebet, eine algemeine Reichsvergleichung Zwiſchen beyden Parteyen in der Güte getroffen, und alſo auch in dieſem fall Fried und einigkeit geſtiffiet und erhalten werden möge, &c.* Poſtea laudat Dn. *Iacobi Elrodij*, Culmbacenſis Franci *gedruckten* Confirmations *und Mittel Calender* (Prodiit an. 1659.) *als einen Wolgegründeten, und zubevorſtehender Reichs Vergleichung ſehr dienlichen* tractat, *darinnen beyde Calender verbeſſert, von ihren Fehlern* liberirt, *und endlich gar miteinander vereinigt werden, da inſonderheit das H. Oſterfeſt (an welchem in dieſer Sach am meiſten hafftet) richtig und unfehlbarlich auf die in den* Canonibus *beſtimbte Zeit gar leicht zu rechnen und zu finden, gelehret und gewieſen wird.* Quoad ferias vtrumque Calendarium in Camera obſeruatur. Ord. Cam. p. 2 t. 35. §. 8. In exhibendis verò ſupplicationibus, dandis decretis, expedien-

Blumij conſilium de emendatione vtriuſq; Calendarij Imperio totique Chriſtiano Orbi vtile.

Nota de Elrodij Calendario iudicium.

In Camerâ quoad Proceſſum obſeruatur vetus Calendarium.

dis Proceſſibus & documentis, ſignandis Productis & computandis terminis cæteriſque actibus iudiciariis, ſemper dies veteris Calendarij ex inueteratâ conſuetudine, apponitur. Similiter in cauſis appellationum narrata ſupplicationis & formalia ſecundum vetus Calendarium iuſtificanda & in margine annotanda ſunt (*Gemein. Beſcheid.*d. 14. Ian. an.1583. *Blum.* d. tr.n.4.)

Reuiſio actorum.

XVII Pauca non porrò addam de Reuiſione & Viſitatione in Camera vſitata. Sciendum itaque quòd à Camera non detur Prouocatio; ſed ſi quis ſe putat grauatum *Reuiſionem* petere poteſt. (V. O. C.p.3.t.53. *R. I. de an.* 1548. 1555. Dn. *Benderi* Tract. de Reuiſione, & *Otton. Philipp. Zepperi* Diſc. de eodem argumento. & *Aut. Comitiolog. Ratisbon.* de an. 1654. p. 374. & ſeqq.) Dn. *Renneman.* in Iuriſpr. Rom. Germ. Memb.4. Diſp. 50. Quamuis enim appellatio & ſupplicatio à ſententiis in Camerâ Imperiali latis prohibeantur, (O.C. p.3. t.51.) id tamen reuiſioni nihil quicquam officit, quum illa expresſè per *Ord. Cam.* d. t. 51. ibi: *Ob aber einige Partey*, item tit. 53. & per Inſtr. Pac. hic verſ. *Quoad Proceſſum*,&c. ibi: *Reuiſioni in Camera viſitata.* approbata ſit.

Reuiſio quid

Hæc *Reuiſio* de iure Camerali *eſt remedium extraordinarium*, *quo Reuiſores ad ſententiam à Camera latam in melius formandam & corrigendam implorantur.* Dn. *Blumius* (de Proc. Cam. t. 79.n.4.) per Prouocationem definit, vt ita (iuxta Dn. *Conringij* mentem) appareat ſimpliciter ſummam iudicandi autoritatem, non penes Ordinarios tribunalis illius iudices ſed eius Viſitatores & Reuiſores eſſe conſtitutam.

Iuriſdictio Imperialis non tam penes Camerales quam Reuiſores.

Reuiſio hic in Inſtr. Pac. dicitur remedium ſuſpenſiuum, quod adhuc verum fuit illo tempore. Hodie verò iuxta *Rec. de an.* 1654. §. 116. & 117. non amplius, ſi poſt dictum Receſſum interponitur, ſuſpenſiuum, ſed ſolum deuolutiuum effectum habet. In cauſis tamen religionum & ſpiritualibus reuiſio adhuc ſuſpendit executionem. d. Receſſ. §. 124. *Blum.* d. l. n. 23.

Reuiſio an ſit remediũ ſuſpenſiuũ

Debet autem hoc remedium impetrari à Moguntino Elect. aut, vbi ipſe in cauſa verſatur ab Elect. Treuirenſi ſollicitè peti debet (*Rec. Imp.* de an.1654. §. *In Fallen.* Reuiſores verò à Cæſare & Statibus Imperij, quos ordo tangit deputantur (add. R.I. de an.1654. §.132.

A quo peti debeat reuiſio.

Reuiſio peti poteſt in omnibus cauſis, in quibus ſententia à Camera lata eſt. Limitationes tres V. d. Rec. de an. 1654. §. *In fallen.* 125. & §. *zu Abkürzung.* 127. *Blum.* d.l. num.9. 10.11. 12.

Quo tempore interponi debeat reuiſio.

Hodie illa ſub pœna deſertionis intra 4. menſes à die latæ ſententiæ non ſolùm Moguntino, vel, ſi huius interſit, Treuirenſi denunciari, ſed denunciata etiam in Camera reproduci debet d.Rec. §. 125.

Supplicatio in iudicio aulico,

Hodie etiam in Iudicio Aulico Imperiali loco Reuiſionis in Camera vſitatæ ſupplicatio permiſſa. Vid. Inſtr. Pac.h. verſ. *Quoad proceſſum*, &c. *An ex vſu ſit Reipub. poſt pronuncia-*

tam in Camera ſententiam altiores moras permittere litigantibus haud perinde facile apparet. Enim verò certum eſt, hac quoque ratione lites in quàm plurimos annos durare, imò perpetuas pæne effici; vt adeò reuiſionem petentibus idem eueniat, quod ægrotantibus qui ad ſanitatem tendentes, licet incurabilem morbum videant, remedia quærunt talia, quæ morbis quidem curabilibus conſtituta ſunt, ipſi verò illis ſæpe ad interitum vtuntur vt ſcribit *Rutger. Ruland.* (de Commiſſariis p. 1. l. 2. c. 21. n. 11.) Et verò etiamſi fortè tolerandum ſit, vt de iis cauſis, de quibus in prima inſtantia Camera iudicauit, vlterior concedatur reuiſio; abſurdum tamen eſt, permittere hoc ipſum in iis quoque negotiis, quæ per appellationem à prima inſtantia ad Cameram ſunt deuoluta. (Ita Dn. *Conring* ad Lamp. p. 3. 17. §. 6.) Cæterùm quum Rec. Imp. de an. 1654. tam in via ſimplicis querelæ, quam appellationis reuiſiones permittat, in illoque receſſu imprimis punctus de iuſtitiæ adminiſtratione benè ſit expenſus, noſtrum forſan non erit amplius de eo diſputare. Vlterius hic ſciendũ, quò omnia fiant ritè & decenter in Camera, *Viſitatores* eius rei gratia eſſe conſtitutos, qui non ſtatim cæperunt cum ipſa Camerâ, ſed tum demum eamque propter cauſam quum exortis diſſidiis religionis, Cameræ Aſſeſſores, ſecundùm recepta iura etiam Canonica pronunciantes, paſſim iniquiores ſententias proteſtantium partibus tuliſſent, atque adeò non videretur ſatis æquum ſolis illis Cameralibus Aſſeſſoribus litium omnium vltimam deciſionem permittere. In Ordinat. Cam. inter alios Viſitatores erat conſtitutus *Archiep. Magdeburgenſis*, qui tum adhuc Pontificiæ religionis. Is quum deinde ad partes Proteſtantium acceſſiſſet, à Cæſare & Ordinibus Pontificiis, non ampliùs fuit agnitus quaſi verus Archiepiſcopus. Hac de causâ Viſitatio, hærente ſcil. in dubio ipsâ Viſitatorum conditione, diu fuit intermiſſa feré per 40. ampliùs annos, & ita plurimæ ſententiæ per petitam reuiſionem manſerunt omnis executionis vacuæ ſolis gaudentibus iniquis poſſeſſoribus (*Conring.* ad Lampad. p. 3. c. 18. §. 1. Vid. plenius Dn. *Blumium* de Proceſſ. Camer. tit. 24. nu. 8. & ſeqq. add. Rec. Imp. de an. 1654. §. 128. 131. 129.) Etſi verò par ratio reuiſionis non obtineat in Iudicio Aulico, cautum tamen [h. in Inſtr. Pac. verſ. *Viſitatio conſilij*, &c.] idque non vnius Cæſaris, ſed ſimul & reliquorum Imperij Ordinum decreto, vt Moguntinus Elector viſitationem ibi iuſto tempore inſtituat. Nec verò etiam Moguntinus vult videri fungi ſeſe hoc munere tanquam Cæſaris delegatum miniſtrum, ſed tanquam eum, cui illa data ſit poteſtas vi atque autoritate omnium Imperij Ordinum [Dn. *Conring.* ad Lampad. p. 3. c. 16. § 13.]

An interſit Reipub. reuiſiones permittere.

Viſitationes Cameræ.

Quando cæperint Viſitationes.

Moguntinus Viſitator Iudicij Aulici.

XVIII. *Alterum Imperij ſummum iudicium* eſt in aulâ Cæſarea,

Iudicium

Aulicum Imperiale.

quod vocatur *der Kayſerl. Reichs Hoffrath*, valde oppugnatum ab iis, qui in fœdere *Correſpondentiæ*, quod appellarunt fuere vniti, qua de cauſa etiam *Lampadius* [part. 3. c. 16. de Repub. Rom. Germ.] huius iudicij non meminit, quoniam de authoritate illius ea tempeſtate dubitabatur, ne in alterutram partem aliquid aſſerendo inuidiam ſibi, aut etiam odium potentum conciliaret. Huius iudicij leges & ordinem primùm *Ferdinandus* I. Imp. an. 1549. inſtituit, vt minueretur

Arcanum Imperatoris cium iudi circa Auli. cum.

nonnihil autoritas Cameræ. [Add. Dn. de *Montzambano* p. 137.] auxit dein *Maximilianus* II. an. 1596. planè innouauit *Matthias* ann. 1614. quædam etiam interpolauit *Ferdinandus III.* in renouata Iudicij Aulici Ordinatione, quam vide ap. *Limnæ.* [Tom. 5. l. 9. I. P. c. 4. fol. 403.] Solius hactenus Cæſaris fuit illi iudicio Senatores dare. Aſſeſſoribus tamen eiuſdem Moguntino tanquam Imperij Archi-Cancellario iuramento obſtrictis. *Wehner.* voc. *Hoffgericht.* Quamuis verò ante tricennale Germaniæ bellum à Correſpondentibus Ordinibus huius iudicij authoritas acriter fuerit oppugnata, tamen etiam tum à plurimis Ordinibus fuit admiſſa; nunc verò à nemine fortaſſis in dubium amplius vocatur.

Iudicium Aulicũ hodie eſt indubitata autoritatis.

Certè in Tranſact. Pragenſi hoc iudicium confirmatum, neque in Tract. Pacis Oſnabrugo Monaſt. ea de re diſputatum. V. Inſtr. Pac. h. Quid Euangelici in hoc iudicio deſiderent, ſupra ex adductis eorum grauaminibus manifeſtum eſt. Nimirum malè habet Euangelicos, quòd Euangelici Aſſeſſores in eo pari numero cum Catholicis non ſint, & Catholici iniquis ſententiis Euangelicos prægrauent; cui rei remedium hic in Inſtr. Pacis eſt poſitum, vtinam etiam in effectum traductum. Principes & Status Euangelici finitis Comitiis an. 1654. die 8. May in Memoriali ita inter alia ad Cæſarem: *Sie ſetzen auſſer allen Zvveiffel I. Kay. M. vvürden von ſelbſten ſolche allergnädigſte verſehung bey dero Löbl. Reichs-Hoffrath*

Intereſt Imperij vt in Iudicio Aulico ſint pares Aſſeſſores vtriuſque religionis.

thun, auff das mit Fürſtellung vveiterer verfahr-oder erkennung der Proceſſe *in den jenigen* ex Inſtr. Pacis *reſultirenden Sachen inmittelſt an und innen gehalten vverden, vvobey vmb deſto viel vveniger einig Bedencken ſein kan, alldievveil I. Kay. May. Reichshofrath noch Zur Zeit dem* Inſtrumento Pacis *gemeß mit Augſpurgiſchen Confeſſions vervvandten* ſubiectis *Zugleich nicht verſehen, und vvir demnach allerunterthänigſt zu bitten haben I. Kay. M. geruhen allergnädigſt, auch hierunter ſolche förderlichſte Anſtalt Zu machen, damit der Augſpurgiſchen Confeſſions-Vervvandten ſolche qualificirter ſubiecti benötigter vnd erforderter anzahl angenommen vverden, &c.* (V. *Eitel. Frieder. von Heerden in Collum.* Imperij p. 302.) Quum contraria Cæſarea Reſolutio eſſet ſecuta; Euangelici dein Replicam ad aulam Cæſaream Ratisbonâ miſerunt, in qua porro ita: *Das vor. I. Kay. May. Reichshoffrath in den aus dem*

Inſtr. Pac. herrürenden Sachen nicht decidirt vverden könte, dievveiln derſelbe noch zur Zeit, allermaſſen es das Inſtr. Pac. *erfordert, nicht beſezt iſt, vmb des vvillen auch ihre Gnadigſt und Gnädige Herrn Principalen auch geehrte Obern nicht zuverdecken ſein vvurden, das ſie auch ſelben in allen andern Sachen* pro iudice competente *nicht agnoſciren können, bis ſolche mängel gänzlich abgeſtellet und geendert vvorden, &c. Wir ſtehen darneben ſehr an, ob I. Kay May. auff ſolche vveiſe dero Reichshofrath mit Augſpurgiſchen Confeſſions vervvandten* ſubiectis *vverden erſeZen können, dievveil ieder Bedencken haben und tragen vvird, ſolche condition anzunehmen, vven er zu führung ſeines Chriſtenthumbs die freye Religionsübung nicht haben ſolte: Vnd ob vvoll I. Kay. May. allergnädigſt zugeben, das auſvvertig der Euangeliſchen Religion zugethane auſreiſen dürffen, Welches gleichvvol in vveinig ſtunden, ohn groſſen vnkoſten, beſchvverliche Vngelegenheit, und empfindliche Gefahr nicht vvol Zu geſchehen müglich iſt; So haben doch I. Kay. Chriſtlich Zuermeſſen, vvie ſolches in Todesnöthen ſein könne, zumahln aber betrub- und Vnverantvvortlich fallen vverde, ein oder andern agoniſirenden ohn Troſt vnd Gebrauch des H. Abendmahls elend und erbärmlich hinſterben und abſcheiden zulaſſen.* An hoc Euangelicorum grauamen hodie ſublatum, me latet. Nec minus ægrè ferunt Euangelici cauſas controuerſas, in iudicio Aulico prius diſceptatas, vbi adſpectus quidam Politici & rationis ſtatus interuenerint, ad Cæſaream (cum voto tamen *mit einem Gutachten)* tranſmitti & ab illo in ſecretiori ſiue *ſanctiori Conſilio* in aula Cæſaris (*in dem Kayſerl. geheimen Rath*) tractari (de qua re vid. *Reinking.* l. 1. Cl. 4. c. 10. num. 52. & ſeqq. *Lipſtorp.* in Diſc. de Concurſ. Imp. cum Cam. Spirenſ. th. 42.) In hoc ſecretiori conſilio cauſis denuo propoſitis, non tam iuris, quàm ſtatus rationes ponderantur, puta num Cæſari expediat talem ſententiam ferri, an & quàm commodè executioni fieri poſſit. Hinc Ordines ad art. 42. Capitul. Leopold. ſexto loco monuerunt: *Das der künfftige Römiſche Kayſer die Reichs oder iuſtiz Sachen vor ſeine Geheime oder andere Nebenrathe keines vveges vornehmen oder handlen laſſe. Hippol. à Lapide* ait hoc ſecretius conſilium loco Regimenti, in perniciem Ordinum, inſtitutum. *An. 1613. in Comitiis Ratisbonenſ. Euangelici inter grauamina retulerunt.* 1. *Das die Kayſerl. Reichs Hoffraths ordnung den ſambtlichen Ständen gezeigt, und von ihnen, vvas nötig, dabey erinnert vverden ſolte.* 2. *Das am Kayſerl. Hoff die geſchvvinde Proceſs recht bedacht und formirt.* 3. *Das des Reichs Hoffraths* mandata, executiones, *Achtserklärungen den Reichsverfaſſungen und ſonderlich der Cammergerichts Ordnung gemees ſein ſollen, und die iuſtiz im Reich beſſer angerichtet, die beſchvverliche* Commiſſiones, *Reichs Hoffraths* mandata,

Euangelici quare diſputent competentem iuriſdictionem iudicij aulici.

Aſſeſſoribus Euangelicis iudicij aulici liberum religionis exercitium permittendum,

Arcanū ſtatus Imperatoris circa iudiciū aulicum.

Intereſſe Imperatoris circa iudicium aulicum.

Intereſt Statuum Imperij vt ſecretius illud iudiciū tollatur.

Grauamina circa iudicium aulicum.

Achts-erklahrungen, executiones, *geſchvvinde* decreta, *und* declarationes *der Reichs Verfaſſungen, vvie in gemein, und abſonderlich vvieder Baden, Aach, Friedberg, und in andern dergleichen eingeſtellet.* (*Aut. Comitiol.* Ratisbon. p. 106. 107.) Hodie per Inſtr. Pac maximam partem grauamina iſta ſublata. Huius vigore admittuntur in illud iudicium & Euangelici Aſſeſſores. *Und zvvar nicht* mentaliter [vt ait Eitel. Frid. *von Heerden*] *oder* per fictionem quandam *nach der Ræmiſch Catholiſchen Meinung, ſondern* realiter *und* quoad numerum perſonarum: *Die Reichs Hoffrathe ſolten nicht nur allein aus denen Kayſerl. Erblanden gevvehlt ſondern aus denen Reichskrayſen præſentirt und vorgeſchlagen, auch alle und iede, vveil Sie in Reichshandeln Zuſprechen, dem Reiche veraydet vuerden, &c. So hatte man auch billig das ienige vvas im Inſtr. Pacis von des Reichs Hoffrats viſitation zubeobachten, auf iüngſten Reichſtag zum ſtande bringen, und dahin einrichten ſollen, das Chur-Mainz berürte viſitation nicht zvvar vor ſich allein, ſondern mit Zuziehung ezlicher Euangeliſchen vverck ſtellig Zu machen. Allein man iſt in einem vveg als den andern nur in terminis Reformationis Cameræ Spirenſis beſtanden, auſſer vvas mit gar vveinigen vvegen obſeruirung der erſten inſtanz und Auſtrag im* R. I. de an. 1654. §. *vvas den Churfurſten, &c. auch auf den Reichs-Hoffrath* extendiret *zu ſehen.* Hæc ille *in der Grundv. des H. Reichs* p. 271. Putat tamen Dn. *Ericus Mauritius* [in Diſſ. de Citatione ad Reaſſumendam cauſam th. 9.] etiam illa quæ diſpoſita ſunt de cætero in R. cit. quoad punctum iuſtitiæ, etiam ad iudicium Aulicum debere applicari, quod in inſtrum. Pac. h. verſ. *Quoad proceſſum*, &c. ſit diſpoſitum, quòd Ordinatio Cameræ Imperialis etiam in iudicio Aulico ſeruanda ſit per omnia; eòque nomine non tantum venire illa, quæ in Ordin. Camer. de an. 1555. comprehenſa leguntur, ſed quicquid etiam deinceps Imperatoris & Statuum Imperij conſenſu eò pertinens, in Comitiis publica authoritate ſancitum eſt; Inprimis autem illa, quæ in R. I. de an. 1654. continentur. (add. *Vernevverte Reichs-Hoffraths Ordnung.* Tit. 1. §. *So vvollen vvir auch* in fin.) Hæc Dn. *Mauritij* interpretatio, quum ſatis firmo talo innitatur, non eſt quod ea de re cum Dn. *de Heerden* Imperij Ordinibus ſuccenſeamus. Idem *Dn. de Heerden* p. 271. 272. de Ordinatione Iudicij Aulici ita: *Es hat zvvar die vorige Rom. Kay. Maieſtet damahl, in dero Nahmen eine Reichs-Hoffraths Ordnung durch den Truck* publiciren, *und als die Stande derſelben formliche* communication *zu behöriger Durchſehung begehrt ſich gegen ſie dahin vernehmen laſſen, das darin das ienige gebürend in acht genommen vvorden, vvas der entvvegen ſo vvol bey dem Friedenſchlus als dem Zu Franckfurt vorgevveſenen* Deputation *tag erinnert, ſonderlich aber das dieſelbe nicht*

An Receſſus I. de an. 1654 diſpoſitio quoad proceſſum pertineat etiã ad Iudiciũ Aulicum.

Ordinatio Iudicij Aulici.

*allein auff die ietzige und künfftige Cammergericht-Ordnung, Reichs-*conſtitutionen *und allgemeinen Friedenſchlus, ſondern auch das ienige vvas auff ſelbigen Reichstag, noch darzu verabſchiedet vverden möchte, Zubeobachten, eingerichtet vvorden; vvelches man von ſeiten derer Stände mit Danck* acceptirt, *und umb ſo viel mehr und inſtändiger dieſelbe vor die geſambte Reichs* Collegia *bringen zu laſſen, erinnert; Iſt aber gäntzlich neben andern hochvvichtigen* Puncten *gleichfals bis auf den nachfolgenden* prorogirten *Reichstag verſchoben geblieben, &c. Immittelſt haben doch in der Iüngſten Kayſerl.* Capitulation artic.41. *ſolche Neuaufgeſetzte, und vvelches etvvas vvunderlich lautet, von Kayſerl. Vorfahren* approbirte *Reichs-Hoffrats Ordnung, vnerachtet der von Fürſten und Ständen darvvieder beſchehenen Vervvahrung, der Neuervvehlete Kayſer, und die Churfürſten allerdings für gültig außgegeben, und* reſpectiuè *darüber zu halten verſprochen.* Status Euangelici an. 1654. d. 8. May finitis Comitiis ita in Memoriali ad Cæſarem: *Ehe I. Kay. May. Reichs-Hoffraths Ordnung Chur-Fürſten und Ständen zu beybringung Ihrer Erinnerung* communiciret *vvorden, konnen I. Kay. Mai. hochſterleuchſt ſelbſt ermeſſen, ob gleich vvieder ein und andern* [in Iudicio Aulico] *erkennet, und vvieder denſelben verfahren vverden ſollen, das dieſelbe Vrſach haben möchten darvvieder zu* excipiren *und zubedingen.* Idem repetierunt in Replica ad reſolutionem Cæſaream: *ſie könten umb ſo viel deſto mehr den Kaiſerl. Reichs Hoffrath pro* iudice competente *nicht* agnoſciren, *vveil über die Reichs-Hoffraths Ordnung Chur-Fürſten und Stände noch zur zeit nicht ſein vernommen vvorden.* Æquiſſimum ſanè eſt Euangelicorum poſtulatum vtpote quum Status Imperij illis legibus ſe non ſubiiciant, quæ non eorum conſenſu ſancitæ. Vnde ex hactenus adductis liquet, ordinationem Iudicij Aulici eſſe publicatam quidem, ſed nondum vnanimiter approbatam. An verò Status hodie acquieſcant in nouiſſima Imperatoris Capitulatione, id ego diuinare nequeo. D.N. *Ericus Mauritius* ita hac de re: *Ab Ordinibus huc vſque ſæpe tacito, nuper expreſſo, conſenſu rata habita Ordinatio Iudicij Aulici dum poſtremæ Capitulationi art.41. illius Ordinationis obſeruantiam [niſi proximis Comitiis aliter conſtituatur] Imperatori commendant.* Hæc ille in Diſput. de Citation. ad Reaſſumendam cauſam th. 11. Ex hactenus in medium allatis patet, quam violentum ſit *Hippoliti à Lapide* conſilium, qui iudicium Aulicum ab omnibus Catholicis & Euangelicis Statibus agnitum, ac tacito ſaltem conſenſu inductum, abolendum cenſet: *Er vvill daß man dem Reichs-Hofrath einen Scheidebrieff gebe.* Abeat cum vanis ſuis ac ventoſis conſiliis turbidus ille homo. Nos, ſi modò defectus deſiderati in eo emendentur, in tantum huius ſummi iudicij

Grauamen Euangelicorū circa Ordinationem iudicij Aulici Intereſt Imperij Statuū vt Ordinatio illa reuideatur, eorū quo conſenſu confirmetur.

Hippolitus à Lapide hoſtis iudicij Aulici.

ſepulturam odio habemus, vt potius plura Imperij ſuprema iudicia præoptemus. Vlterius hic notandum, quod Iudicium hoc Aulicum (*Das Kayſerl. Hoffgericht*) cum Camera Imperij concurrentem habeat iuriſdictionem, fruſtra *Hippolito à Lapide* hic in contrarium arietante. Concurrens iuriſdictio dicitur, quæ pluribus magiſtratibus ſimul competit, ita vt ſinguli de cauſa vna poſſint iudicare, interim vnus tantum iudicat, qui primus à partibus fuerit conuentus: Siue *concurrens iuriſdictio* (*contentioſa*) *dicitur poteſtas eandem rem controuerſam diſceptandi duobus pluribúſve iudicibus, diuerſa tribunalia habentibus, conceſſa*. Eandem itáque rem controuerſam ſiue litem, cuius diſceptatio Cameræ eſt conceſſa, iudicium Aulicum quoque diſceptare poteſt. Et hanc quoque ſententiam, hodiernæ Imperij praxi conuenientem, nouiſſimè propugnat Dn. *Blumius* in Proc. Camer. *tit.* 2, num. 41 42. 43. vbi aſſerit quod iuriſdictionem Camera immediatè; iudicium verò Aulicum mediatè ab Imperio habeat.

Iudiciū Aulicum cum Camera cōcurrentem iuriſdictionem habet.

XIX. Vlterius in Inſtrum. Pacis hic verſ. *Cætera in Aulico*, &c. diſponitur, quòd non minus in Aulico, quam Camerali iudicio priuilegia primæ inſtantiæ, Auſtregarum iura & priuilegia de non appellando Statibus Imperij illibata manere debeant, &c. (add. Rec. Imp. de an. 1654. §. *vvas den Chur-Fürſten und Standen.* & §. *Nach dem nun auch in dem Friedenſchluſs*: Sciendum hic eſt, in iudicio Aulico primæ inſtantiæ iudicia ordinum ant hac ſæpe non fuiſſe curata. Nam proximis annis (vt aſſerit *Aut. Inf. Donavverd.* p. 2. pag. 122.) Ordinum & Imperialium inprimis ciuitatum ſubditos, per commiſſiones, citationes ac mandata ſua, ad aulam Cæſaream, ac quidem ſæpius ſine vlla expreſſione cauſæ, euocari; atque debita ordinario magiſtratui cognitio, & ſubditis primæ inſtantiæ priuilegia ac remedia appellationis, reuiſioniſque adimi tentata. Eodem modo in perſonis Imperio immediate ſubiectis, priuilegia Auſtregarum, quæ Cameræ iuriſdictionem in prima inſtantia impediunt, in iudicio Aulico quoque non parum violata. Hinc Proteſtantes jam an. 1594. ea de re (*nach dem Chur Pfältziſchen und Chur Brandeburgiſchen* concept) ita conqueſti: *Es vvoll in allerhand Sachen, erſt ich per modum verordneter* Commiſſarien, *und darnach zur* deciſion *an den Hoffrath vvieder der Stände* priuilegia *und Herkommen gezogen vverden, dadurch dan den Standen das* beneficium primæ inſtantiæ *und* reuiſionis *entzogen vvird*. Idem in Comitiis an. 1613. hoc modo repetierunt: *Die Reichs-Hoffräthe haben ſich unterſtanden gantz beſchvverliche* Commiſſiones *außgeben zu laſſen, dahin gerichtet, das in ſolchen* Commiſſionibus *die* Commiſſarij vſque ad concluſionem cauſæ procediren, *und heraaher die Sachen an dem*

Intereſt Imperij Statuū, vt illorū iura & priuilegia circa iuriſdictionem illibata maneāt. Hoc intereſſe proteſtantes in Inſtr. Pac ſtabilitū iuerunt.

Kayſerl. Hoff zum endlichen außſchlag verſchicken ſolten, vvelches aber nicht allein den Auſtragen zum abbruch ſondern auch den Parteyen ſelbſt zu nicht geringer Beſchvverung gereichen thut, und dan ihnen durch ſolche vvege, die ſonſten habende beneficia appellationis *derer doch ihre, der Stände vnmittebahre Vnterthanen genieſſen, und alſo* melioris conditionis *als Sie, die Stände ſelbſt ſein müſſen, benommen vverden.* Et ita, ſi hac via actori experiri lubitum fuerit, Commiſſarij Cæſaris in locum Auſtregarum ſuccederent, à quibus rectà ad Aulam aut Cameram, excluſis penitus Auſtregis, iretur. Hodie huic defectui per Inſtrum. Pacis hic remedium quæſitum. Quam egregiè nouiſſimè ſeſe Sereniſſ. Domin. Elector Palatinus *Carolus Ludouicus* in cauſa ſua Palatina de Wildfangiatu circa Commiſſionem Cæſaream decretam geſſerit, illamque, iuxta Inſtrumenti Pacis normam, prudenter declinarit, vide ſupra *in Diſc. de Deputationis conuentu, item hoc Diſc. vbi de Auſtregis egimus.* Quod attinet *priuilegia de non appellando*, id certum videtur prouocationes ad Reges Germaniæ fuiſſe adhuc circa initia ſeculi XIV. licitas, & quidem in rebus leuiſſimis. Cæterùm poſt illa tempora priuilegiis de non appellando multis modis hoc reſtrictum eſt. Etenim iam ante Cameralis iudicij originem, reperire eſt aliis indultam immunitatem non appellandi de certa aliqua pecuniæ ſumma aliis ſimpliciter, vel non niſi quando præſens fuerit Rex. De Spirenſibus, vide *Lehm.* l. 5. Chron. 116. & 125. Carolus IV. (tit. 8. Aur. Bull.) Regi Bohemiæ illimitatam iudicandi facultatem attribuit, aut potius confirmat: Idem (tit. 11) aliquanto reſtrictiorem auctoritatem (liberam enim reliquit prouocationem, ſi iuſtitia denegetur) etiam reliquis ſex Electoribus concedit. Poſt inſtitutum Camerale iudicium, quum, more hactenus nunquam viſitato, frequentiſſimè fierent appellationes à iudiciis inferioribus, & ita litigantium pruritus in immenſum creſceret, cæperunt nonnulli Ordines a Cæſare comparare priuilegia de non appellando, partim ſimpliciter, partim habito certæ ſummæ reſpectu, quæ non minus in Camera quam in Iudicio Aulico per Inſtrum. Pac. h. attendi debent, vt hodie intra anguſtos limites iudicij Spirenſis & Aulici iuriſdictio redacta ſit. Num tamen eo ipſo authoritati Summæ Reipubl. bene ſit conſultum recenter, merito dubitatur; vtpote quum eo ipſo auctoritas publica magis magiſque in priuatam poſſeſſionem redigatur. (Domin. *Conring* ad Lampad. p. 3. c. 16. §. 79.) Vnde etiam in *Rec. Imp.* de ann. 1654 *§. vveiln auch* 116. conſtitutum: *Das die* priuilegia de non appellando *nicht mehr ſo bald ſollen bevvilliget vverden.* Statuit tamen Dn. *Conring.* (loc. cit.) litium diuturnitati & multitudini iis priuilegiis haut parum obſiſti, cui tollendæ operam omninò in Republica eſſe dandam monet. Quod

Priuilegia de nō appellando.

An priuilegia de non appellando ſint cum Intereſſe Imperij conſiſtentia.

tamen cum grano ſalis accipiendum eſſe non meritò dixeris. Non enim appellationes ſunt cauſæ veræ & per ſe diuturnitatis & multitudinis litium, vtpote quum appellatio ſit iuris naturalis, & ſpecies defenſionis, quæ nemini, ne Diabolo quidem, deneganda, vt vulgò loquuntur Hinc neque ſtatuto neque conſuetudine appellatio ad Cameram impediri poteſt. Et licet eiuſmodi ſtatuta extent in quibuſdā locis Germaniæ, illa tamen à Camera non attenduntur. (*Gail.* 1. O. 135. num.12. *Magenhorſt* ad Ord. Cam. p.2. t. 28. verſ. *Sed quid* Domin. *Blumius* de Proc. Camer. t. 44. n.5. 6.) Nimirum vulgatum eſt veriverbium: *Vbel geſprochen, iſt vvol* appellirt. Ni hoc ſalutare remedium iura indulſiſſent, Deus bone! quantis iniquitatibus, & grauaminibus inferendis feneſtra tum in inferioribus iudiciis aperta fuiſſet. Corrigantur modo defectus iudiciorum Imperij ſummorum, iuſtus numerus iudicum, qui nimiæ cauſarum multitudini par ſit, conſtituatur, iudiceſque iſti ius iuxta duos illos *ſales ſcientiæ & conſcientiæ* adminiſtrent, & quilibet ſuo officio dexterrimè præſit, & videbimus in Imperio Iuſtitiam, Heſpero lucidiorem. Atque hoc eſt, quod in Tractatu Pacis Oſnabrugo Monaſterienſis Euangelici ſeriò viſerunt: *Die ſchuld ſolcher* immortalis litium diuturnitatis *vvere nicht ſo vvol denen* litigantibus, eorundem Aduocatis ſeu Procuratoribus, *noch* Dominis Iudicibus & Aſſeſſoribus, *viel vveiniger* prudentiſſimis legibus & ſanctionibus vel procedendi formæ modoque per ſe, *als vornemblich* immenſæ cauſarum multitudini *zuzuſchreiben.* Vid. plura in Grauaminibus Euangelicorum ſupra adductis. *Das Recht vvere vvol zuvertragen, vven nur alle andere Sachen ihr Recht hetten.* Et ſummorum Imperij iudiciorum pariter ac Comitiorum adhuc hodie ſuperſunt multi defectus; hi modo radicitus emendentur, & cætera in optatiſſimum ſtatum reſtituentur. Proinde cenſeo priuilegia de non appellando illimitata non adeò eſſe ex vſu ſummæ Reipublicæ, vt præclarè Domin. *Conringius* cenſet. Vnde patet non in theſi, ſed ex hypotheſi non benè conſtitutæ Reipublicæ Imperij eſſe veram *Stamleri* (de Reſeruat. Imp. §.43 num.2.) & aliorum ſententiam, qui ſtatuunt litium exitum obtineri non poſſe, ſi de omnium quorumcunque & promiſcuè ſtatuum Imperij tribunalium ſummorum ſententiis ad Aulam Cæſaream vel Cameram Imperialem concederetur appellatio. Et hac ratione eò inductus quoque Domin. *Conring.* (in Diſſ. de Iudic. Germ.) vt ſuadeat, vt vel planè appellationes ad fora ſumma Regni amplius non concedantur, vel verò in ſingulis Circulis ſumma eiuſmodi tribunalia conſtituantur. Qui verò inter Ordines talia priuilegia illimitata de non appellando poſſident, meritò ad exemplum Cameræ & iudicij Aulici vel Reuiſionis vel Supplicationis iudicium (Reuiſion-

Appellationes non ſunt vera cauſa diuturnitatis litium.

Dn Conringij opinio examinatur.

(Reuiſion *oder* Supplication *Rath*) inſtituere deberent, vt ita etiam hoc modo nullitates, calumniantium iniquitates, & illata grauamina tolli & emendari poſſint. Talia priuilegia illimitata hodie in Imperio poſſident 1. Omnes *Electores Septemuiri* vigore A. B. (tit. 8. & 11.) *Bauarus* in locum Palatini à Ferdinando II. ſubſtitutus tale priuilegium ann. 1638. accepit. Hodie per Rec. Ratisbonnenſ. de an. 1654. Octoviris Electoribus tale priuilegium de nouo conceditur. §. 125. Tale priuilegium de nouo accepit. 1. *Elector Moguntinus*, caſus denegatæ iuſtitiæ *auſgenommen, und ſollen Ih. Churfürſtl. Gnaden, dero Vnter Ober- und Hoffgericht nottürfftiglich beſtellen, und ein* iudicium reuiſorium *anordnen*, iuxta tenorem priuilegij Imperatoris Ferdinandi III. de dato *Regensburg.* d. 30. April. ann. 1654. quod confirmatum in Camera Spirenſi d. 9. Martij. an. 1655. *Elector* vero *Treuirenſis* illud priuilegium renouari non curauit, (Dn. *Blumius* de Proc. Cam. t. 46. nu. 32.) ſed conceſſit appellationes à ſententiis in petitorio latis, vbi ſumma 1000. flor. Rhenenſ. in auro excedit. Hanc conceſſionem Dn. Elector Cameræ inſinuauit ac ann. 1653. die 13. Decemb. per ſententiam confirmari fecit. (Dn. *Blum.* l. c. t. 47.) Forſan vicinitas iudicij Cameralis eò Dn. Electorem permouit. 2. *Elector Colonienſis*, qui hodie gaudet priuilegio de non appellando, niſi in caſu denegatæ iuſtitiæ, & vt iudicium reuiſorium conſtituatur. 3. *Rex Bohemiæ* ex A. B. Caroli IV. (tit. 8.) 4. Elector Bauariæ ex priuilegio Ferdinandi III. de dato *Prag.* d. 28. Aug. an. 1638. quod in Camera an. 1644. d. 21. April. confirmatum, cum extenſione *Auff die Obern Pfalz.* 5. *Elector & omnes Duces Saxoniæ*, iuxta contenta priuilegij Ferdinandi I. Imp. *der Chur- vnd Fürſten des Hauſes Sachſen* de non appellando *ertheilet*, de dato *Ausgburg.* d. 2. Maij. ann. 1559. quod Cameræ inſinuatum d. 24. April. ann. 1560. 6. *Elector Brandenburgenſis* tam ex A. B. Caroli IV. Imper. quàm ex priuilegio Rudolphi II. Imper. de dato *Prag.* d. 24. Iul. ann. 1556. 7. *Elector Palatinus* hodie gaudet etiam priuilegio de non appellando illimitato, *auf dero Chur- vnd Fürſtenthum der Vnternpfalz und zugehörigen Landen* vigore priuilegij Ferdinandi III. de dato *Prag.* d. 17. Iulij an. 1652. Præter Electores & alij Principes ac Status talia priuilegia habent. Inter hos 1. Eſt *Rex Sueciæ* tanquam Princeps Imperij ratione Ducatus Bremenſis & Verdenſis ex priuilegio Ferdinandi III. vigore *Inſtrum. Pac. art. 10. §. Deinde concedit*, quod acceptatum fuit in Camera d. 27. Febr. ann. 1651. Erectum autem hodie eſt *Wiſmariæ* Tribunal, in quo appellationes, aliàs Spiram aut in Curiam Aulicam deuolui *ſolitæ*, terminentur. (add. *Capitul. Leopold.* art. 78. & 27.) 2. *Archi-Duces Auſtriæ*, *von welchen* vigore priuilegij *an einen Römiſchen Kayſer oder König noch an das Reichs Cammergerichte*,

Electores gaudēt priuilegio illimitato de non appellando.

Præter Electores & alij Principes & Status tali priuilegio gaudent.

oder andere Gerichte nicht appelliret, ſuppliciret, *noch* reduciret *vverden kan*, iuxta nouiſs. priuilegium Caroli V. de dato *Augsburg*. d. 8. Sept. ann. 1530. Quod quidem Cameræ Spirenſi inſinuatum, ſed ab eadem nec dum receptum, nec etiam confirmatum (teſte Dn. *Blum.* d. Tr. t. 47.) 3. *Dux Brabantiæ* vigore priuilegij Romanorum Regis Caroli de dato Aquiſgrani 8. Cal. Aug. ann. 1349. 4. *Duces Würtembergenſes*, qui nullibi poſſunt conueniri, niſi coram Magiſtro Aulæ & Conſiliariis ſuis, *und ſonſten nirgend anderſvvo*, iuxta priuilegium de ann. 1495. 5. Quidam Status Imperij quoad certas cauſas, vti ſunt *Marchiones Brandeburgenſes*, in cauſis *ſo frevel, Schmachſache, Lämbd- und flieſſende Wunden betrift*, ex priuilegio Caroli V. Imper. de dato *Regensburg*. d. 23. Iul. ann. 1541. *Duces Brunſvicenſes* in debitis liquidis & Confeſſatis, ex priuil. Ferdinandi III. Imp. de dato *Wien* d. 24. Nou. ann. 1648. qui gaudent etiam *priuilegio Electionis fori*, quo ipſis in Camera vel Imperatore conueniendis, & ab Actore requiſitis conceditur poteſtas pro ſua commoditate forum eligendi, vigore priuilegij Electionis fori à Ferdinando III. Imp. eodem anno & die indulti; Et hoc priuilegio Electionis fori præter Sereniſſimos Duces Brunſvicenſ. & Lyneburgenſes gaudet etiam *Rex Sueciæ*, ſi ille tanquam Dux Bremenſis, Verdenſis aut Pomeraniæ, vel etiam vt Princeps Rugiæ aut Dominus Wiſmariæ ex cauſa recenſitas ditiones concernente ab aliquo legitimè conueniatur, per Inſtr. Pac. art. 10. §. *Deinde concedit*. Electio autem fieri debet à Regio Sueciæ intra 3. à Ducibus verò Brunſvicenſibus intra 2. menſes à die factæ requiſitionis proximos. d. §. *Deinde*. & præalleg. priuil. Sed quia Ducibus Brunſvicenſibus beneficium Auſtregarum nominatim in ſuo priuilegio eſt reſeruatum, Regi verò Sueciæ in d. §. minimè illud legatur reſeruatum, hinc dubitare quis poſſet, an & ille Rex eo gaudeat? Sed facilis reſponſio: Cum enim Rex Sueciæ, ratione prædictarum Prouinciarum, ſit Princeps & Status Imperij ille non minus, quàm reliqui Principes Imperij Auſtregis gaudebit, nec omiſſa reſeruatio tanti momenti erit, vt excluſionem efficere poſſit, vt rectè cenſet Dn. *Blumius* de Proceſ. Camer. tit. 46. num. 30. Porrò quoad certas cauſas quoque priuilegium de non appellando illimitatum habet *Holſaticum iudicium* aulicum & Prouinciale (*Hoff und Landgericht*) in debito liquido & Confeſſato, item cauſis iniuriarum, ex priuilegio Ferdinandi II. Imp. de dato *Wien* d. 14. Iul. ann. 1621. Vlterius in debitis liquidis & confeſſatis item in Criminalibus & momentanei poſſeſſorij, gaudent priuilegio de non appellando *Principes Friſiæ Orientalis & Comites* Oldenburgenſes ex priuilegio Ferdinandi III. Imper. de dato *Ebersdorff*, d. 19. ann. 1637. acceptato in Camera d. 12. De-

Priuilegium Electionis fori.

An Rex Sueciæ habeat ius Auſtregarũ.

cemb. an. 1658. Hiſce annumerandæ Ciuitates Imperiales Francofurtum & Hamburgum. *Francofurti* enim interdicta appellatio in debito liquido, confeſſato vel aperto item *Leibsbeſchädigung*, *Irrung*. *Bavv und Dienſtbarkeit*, *bey ihren Anleid genand*. *Hamburgi* quoque interdicta appellatio in cauſis debi is Conf. ſſati, iniuriatum ædificiorum ciuitatis. De aliis priuilegiis limitatis de non appellando Vid. *Blumium*. d. Tr. tit. 47. inter quæ eminet *priuilegium Sereniſſ. Ducum Brunſvicenſium ac Lyneburgenſium*, quod nouiſſimè à Ferdinando III. Imp. extenſum ad 2000. florenos in auro *vff die drey Fürſtenthumer Zell, Wolfenbuttel und Calenberg*. Conceſſa autem ſunt priuilegia de non appellando ob has rationes 1. Ne appellationes in tanto numero ad Cameram pertrahantur. 2. Vt friuolis ac non neceſſariis appellationibus occurratur. 3. Ne litigantes ob paruas & viles cauſas, maiores ſumptus, quàm ipſæ cauſæ ſunt faciant, ac ſæpe ad paupertatem ſemet ipſos redigant. 4. Ne per iſtas frequentes appellationes & quidem à cauſis paruæ ſummæ, Autoritas Statuum, lites controuerſas cum ſuis eruditis ac rerum diiudicandarum peritis conſiliariis diſceptantium vileſcat. [Dn. *Blum*. Tr. cit. tit. 46. num. 25.] Quas rationes maximè pro priuilegiis eiuſmodi limitatis inprimis militare cenſeo. Vnde & in Rec. de ann. 1654. §. 115. Statibus conceſſum ſupplicare Imperatori pro adauctione ſummæ appellabilis in priuilegiis de non appellando antea conceſſis comprehenſæ. Imperator verò priuilegia illimitata de non appellando ſe non conceſſurum promiſit d. Rec. §. 116. *Hodie ab omnibus Imperij Statibus non licet appellare niſi ſumma excedat Vier hundert Rtiehs Thaler*. Per Rec. Imp. d. an. 1654. §. *Vierdtens foll*. 112. Et ita illorum Statuum priuilegia minorem ſummam quàm 400. Imper. continentia quoad ſummam appellabilem abolita ſunt, quum lex maiorem libertatem & gratiam conceſſerit, quàm ipſum priuilegium, & per conſequens illud ipſum non amplius eatenus priuilegium maneat. Quoad reliquas autem formalitates, ipſis incertas, etiam talia priuilegia in ſuo vigore perdurant. d. Rec. Imp. §. 112. verſ. *Doch mit vorbehalt*. Ne autem litigantibus propter iſta priuilegia appellare prohibitis de iudicum inferiorum imperitia ac idoneitate conquerendi occaſio præbeatur in dict. Receſſ. Statibus Imperij ſub indictione pœnæ iniunctum: *Daß ſie ihre Gerichte mit* qualificirten *Leüten alſo beſtellen*, *damit ſich niemand darvvieder Zubeſchvveren*, *oder doch umb ſo viel vveiniger zubeklagen*, *da hero Vrſach nehmen*, *als vveren dieſelbige im Reich hin und vvieder dermaſſen übel beſetzet*, *das man ſich bey ihnen in rechtlichen und andern vvichtigen Sachen einer gleichmeſſigen Billigkeit ie vveilen nicht zu verſehen habe*, *und dahero ans Cammer-Gericht zu appelliren getrungen vver-*

Quare ſint conceſſa priuilegia de non appellãdo.

Hodierna ſumma appellabilis.

Intereſſe Statuũ quoad bonam conſtitutionẽ iudiciorũ ſuorũ ihrer Hoff cantzley und Lãdgerichts

de. Hæc in dict. Rec. §. *Wie aber zu verhüten.* Vt inferiora & ſubalterna Imperij iudicia in melius mutentur, multum ſanè referret, vt Proceſſus Cameralis ſimiliter in illa, quantum illorum commoditas ferret, introduceretur [*V. Ord. Cam.* p. 2. t. 31. §. 9.] Saluo tamen modo, qui ibidem forſan introductus, & hucuſque ſine interruptione continuatus ſit, attamen diſpoſitis in Rec. Imp. de an. 1654. de amputanda prolixitate Scriptorum nihilominus obſeruatis d. R. §. *Es ſollen* 137. Diſpoſitio autem de amputanda prolixitate Scriptorum hæc eſt, quòd modus libellum articulandi, & ad articulos reſpondendi vſque dum male vſurpatus abolitus ſit [R. I. cit. §. 34.] Deinde quod peremptoriales eliſiui, aliique id generis articuli exceptis ſolis probatorialibus prorſus ſint exploſi. ibid. §. 37. & 41. Quæ ſaluberrima diſpoſitio quamuis ſit, tamen in multis Inferioribus iudiciis cum maximo litigantium damno hactenus nondum obſeruata. Quod ſi etiam diſpoſitio d. Rec. §. 137. (De amputanda multitudine Scriptorum [*der* Producten] ne nimium liceat triplicare, multò minus ſextuplicare, octuplicare, non tandem decuplicare, ſicuti nonnunquam in Inferioribus iudiciis fieri ſolet) obſeruaretur; certè indictis iudiciis lites etiam mortaliores redderentur. (Vid. Dn. *Blumium* de Proc. Cam. tit. 1. n. 18. 19. 20.) Hoc iudiciorum ſuorum Intereſſe bene attenderunt Sereniſſimi Duces Brunſuicenſes ac Lyneburgenſes dum in nouiſſimis ordinationibus Iudicij Aulici & Cancellariæ Receſſum Ratisbon. de an. 1654. in emendanda iuſtitia inſtar Cynoſuræ & normæ ſecuti ſunt. Vid. *die Wolfenbüttelische Hoffgerichts Ordnung* quæ ſub *Diuo Auguſto* 2. *Die Zelliſche Cantzley Ordnung*, quæ ſub D. *Chriſtiano Ludouico* & 3. *Die Hannoveriſche Cantzley Ordn.* quæ ſub Sereniſs. Dn. *Georgio Wilhelmo*, Ducibus Brunſv. & Lyneb. ſancitæ & ordinatæ ſunt. Idem Sereniſs. Dux Georg. Wilhelm. dum adhuc Calenbergenſem Ducatum teneret præſcripſit itidem Præfectis Ambactiarum certas leges, iuxta quas in iudiciis Præfecturarum procedere teneantur (Vid. *die* publicirte *Ambts-Ordnung*) Prudenter ſanè ac ſalutariter: Multis enim næuis paſſim ſcatent iſta iudicia(*Ambt oder Gerichtſtuben* dicuntur)tum propter Baratteriæ crimen, tum alia vitia, quæ longo tempore poſita atque in mores recepta tempeſtiuè omninò remoueri debent. Quæritur hic porrò an ab Imperatore malè informato ad melius informandum poſſit prouocari? Quod negatur. (Vid. *Gail.* 1. O. vlt. in fin. Dn. *Myler.* in addit. ad Rumelin. p. 2. Diſs. 2. th. 18. p. 319.) Ita an. 1622. Ferdinandus II. Imp. reiecit appellationem Georgij Friderici Marchionis Badenſis quam is à Cæſare malè informato ad melius informandum & ad Imperij ordines interpoſuerat. Conſilium Imperiale Aulicum an. 1628. d. 6. April. Pragæ decreuit:

Intereſſe iudiciorũ primæ in ſtantia.

Ambages & mille Meandri iudiciorum.

An ab Imperatore ad Imperatorẽ poſſit prouocari.

Daß Ih. Kay. May. die appellationes à Cæſare malè informato ad melius informādum *als nichtiglich vnd Straffvvürdiger vveiſe eingevvandt die auch an ſichſelbſten null vnd nichtig von Röm. Kayſerl Macht Caſſiren vnd auffheben.* (Vid. *Reinking.* de R. S. & E. l. 1. Cl. 5. c. 9. n. 619.) Quum porrò *Mauritius Haſſiæ Landgrauius* contra Cæſareum decretum an, 1613 d. 18. Octobr. appellationem ad Cæſarem & Status Imperij interpoſuiſſet, eiuſmodi appellationes reiectæ ſunt (V. *Acta die Marpurgiſche Succeſſion betreffend poſt document. ad deduct. nullit. pertin.* p. 39.) Ita quoque quum an. 1637. *Elector Colonienſis* ad reſtitutionem Præfecturæ *Haggenburg* per ſentētiam condemnatus appellationem interpoſuiſſet à Cæſare malè informato ad Cæſarem & Electores ſimul, ea non tantùm reiecta, ſed etiam inſuper Notarius qui Inſtrumentum conſcripſit, pœna exauctorationis multatus fuit, vti ex *Informat. iur. & facti Sain* contra *Cöln Haggenburg betreffend*, vlterius patet. Notandum hic porrò eſt ad Romanam Curiam nullam cauſam Imperiales res concernentem, poſſe deferri. Ita in cauſa Treuirenſ. contra Comitem de Viernburg Maximilianus Imp. reſcripſit, vt cauſam Roma reuocaret & vel ad ſuos, vel ad ſuos & Imperij ſimul Cameræ iudices remitteret, atque ibi ius & iuſtitiam ſibi adminiſtrari patiatur. (Add. *Ordin. Camer.* part. 3. tit. 51. *Reinking.* de R. S. & E. l. 1. Cl. 4. c. 14. n. 3. & ſeqq.)

Nemò cauſam ex Imperio neque in prima neque in ſecūda instantia Romam deferre debet.

XX. Hactenus egimus de Camerâ Spirenſi & Iudicio Aulico Cæſareo, nunc porrò paucis attingemus *Iudicium Comitis Palatini* quod ipſi in Imperatorem conceſſum. Quòd Imperator poſſit coram Palatino conueniri extat in *A Bulla*, tit. 5. §. fin. *Autor quidem Iuſtitiæ Cæſareæ* Propoſ. 18. hoc ius Palatini Comitis vocat in dubium, vt & *Chriſtian Gottlieb von Friedberg im nevven Calviniſchen Modell des H. Röm. Reichs.*; Quicquid verò illi volent, textus Aureæ Bullæ clariſſimus eſt; quò accedit textus *Speculi Sueuici* (l. 2. c. 43. §. 6.) *Wan die Fürſten den König vvollen beklagen das ſollen ſie thun far dem Pfaltzgraffen. Fridericus* II. Imp. è Domo Auſtriacâ hoc ius Palatini Comitis Rheni adhuc agnouit, Is enim priuilegia Heluetiorum rata habere noluit, & cauſam aut arbitris decidendam, aut, ſi mallent, coram Præfecto Prætorij Rhenani, vbi omnes Imperatoris cauſæ controuerſæ decidi ſoleant, tractandam dixit. (*Gerhard. de Roo* l. 5 Hiſt. Auſtr.) Ius hoc de Imperatore iudicandi non aliunde profectò eſt quam ex Comitatus Palatini dignitate. Imperatores Romanos Lege Regia omnem poteſtatem in omnes accepiſſe, ipſoſque legibus ſolutos eſſe, notiſſimum eſt. Eandem omninò poteſtatem in Conſtantinopolitanis Imperatoribus continuatam, & à Carolo M. quæſitam, atque ad poſteros tranſlatam, controuerſia carere opinor. Interim tamen

Iudicium Comitis Palatini in Imperatorem.

Intereſſe Comitis Palatini.

Iuris huius origo.

optimi quippe Imperatorum oſtenderunt ſe nihilominus libera voluntate ſecundum leges viuere, ac, quoties talia negotia inciderunt, vt de his queri aliquis cuperet, ne potentia magis quam iure niti viderentur, alieno iudicio rem permiſerunt. Id ergo quum & Germanici facerent Imperatores, vbi talis cauſa enata eſſet, opus erat iudice, hoc eſt, Comite: Per id enim tempus, hoc vocabulum eo ſenſu vſurpari conſueuit, vt vel ſolæ conſuetudines Feudales ſatis oſtendunt *Duo* autem *Comitum* erant *genera*, Palatini & Prouinciales. (*Ioan. Sarisber.* Epiſt. 263.) Dubitari ergo non poterat, quin illi iudicarent qui & propiores erant & digniores cæteris. Quanta enim Comitum Palatinorum fuerit authoritas, patet, ex verbis *San Gallenſis* (l. 2. c. 9.) qui ita ſcribit: *Videntes Comitem Palatij in medio Procerum concionantem, Imperatorem ſuſpicati, terratenus ſunt proſtrati.* Hinc ergo vſque tenuit, vt poſtea ſolus Comes Palatinus in huiuſmodi cauſis cognoſceret. Ergo & in Aur. Bul. iſta iuriſdictio nuſquam exerceri iubetur, niſi in Curia Cæſaris, *oder vvo der Kayſer oder Romiſche König gegenvvertig iſt.* Nonnulli Imperialem Curiam hodiernis moribus explicant de ipſis Imperij Comitiis, ac pleno Ordinum Senatu, in quo præſidente & dirigente Palatino, hoc iudicium exerceatur de quâ tamen opinione credat quiſque quæ volet. Ius igitur hoc vetuſtiſſimum eſſe apparet, cuius intuitu, quum poſt occiſum Adolphum Imp. infenſi Alberto Principes eſſent, *ſezten die andern fürnemſten Fürſten Teutſcher* nation, *Herzog Rudolff Pfalzgrauen bey Rhein, zu einem Richter des Römiſchen Reichs, alſo das er hinfüro zu künfftigen Zeiten, aus ſeiner dapferkeit daſſelbig Ambt vollfüren ſolte: auff das die Römiſche Könige bevveget vvurdē, nichts übels oder Schelungvvürdiges fürzunehmē, dadurch ſie der Römiſchen Koniglichen Höhe vnvvürdig geſchezet vverden möchten.* (*Georg. Alt.* in Chronic. Norinbergenſ. circa ann. 1250. & *Hartmannus Schedel* Noribergenſis in hiſtor. 4 mundi ætatum, æt. 6. ſub Alberto Rege *Iuſtus Aſterius* in Exam. Comit. Ratisbon. de an. 1636. Hoc ideo refertur, vt appareat Principes illos ad alium iudicem Imperatoris recurrere noluiſſe, quam qui hoc ius accepiſſet à maioribus. (Vid. *Henr. Rebdorf.* in annal. an. 1300. p. 412.) quamuis plus illi dederint poteſtatis, quàm olim Comites Palatini habuerunt. (Vide pl. apud. *Gratian Philoc.* de Vicariatu Palatini c. 9. num. 1. & ſeqq) Et hoc ius Sereniſſ. Principi Archi-Palatino competens, non eſt ſcenicum; vt nonnulli Monarchomachi falsò putant: Nam non vnum habemus exemplum, huius inſignis iuris in praxin deducti. Ita *Fridericus* Burggrauius Noribergenſis à ſententia Caroli IV. ad Rupertum Palatinum appellauit, qui etiam ſententiam Caroli IV. reformauit, atque correxit, de qua re videri poterit ſcriptum cui titulus:

Origo iudicij Palatini in cauſis Imperatorē concernentibus.

Duo Comitum genera.

Comitū Palatinorum authoritas.

Quare iudicium Comitis Palatini in Imperatorem ſit introductum.

Incrementū iudicij aulici Palatini.

Iudicium illud Palatini in praxi vigens.

Bedencken ob die Chur Fürſtl. Pfaltz in cauſis grauatoriis *des Kayſers Richter ſein könne.* Et licet forſan hoc priuilegium Palatinorum Comitum ex iuriſdictionis prorogatione ortum traxerit, dum Imperatores ſponte ſe iudicio Palatini ſubmiſerunt, poſtea tamen conſuetudine, per A. Bull. confirmata, in ius tranſiit, vt adeò vix amplius prorogatæ iuriſdictionis nomine inſigniri poſſit. Qui moderatè & ſine adulationis fuco iura Imperij publica hodie perpendunt, hoc ius Archi-Palatinis Principibus non immeritò vindicant. Annexum enim hoc ius ſine dubio fuit Principatui ſiue Comitatui Palatino Rheni, quem vocant *die vntere Pfalz* (Conf. *Specul. Saxon.* l.3. art.52. *Weichbild.* l.1. art.8. & 9. Dn. *Strauch.* D.3. num.6.) in quem cum omnibus iuribus annexis Sereniſſ. Elector Palatinus Dn. Carolus Ludouicus per Inſtrumentum Pacis art. 4. pleniſſimè reſtitutus eſt, vt iam nihil dicam de iuratis Imperatorum Capitulationibus, quibus omnia iura & priuilegia Imperij Statuum ſatis proteguntur. Neque officit Electores Palatinos diu hoc ius non exercuiſſe. Nam vbi priuilegium habet actus reiterabiles, non amittitur illud quoad actus futuros. (Conf. Dn. D. *Dieterich* ad A.B. tit.5. verb. *Reſpondere*. Dn. D. *Strauch.* Differt. Exoter. 3. num. 6 7.8. add. Dn. de *Monzambano.* de Stat. Imper. German. p.164. 165.) vt ita ſtolidus ac ridiculus ſit *Autor Iuſtitiæ Caſareæ Imperialis* dum (Propoſ. 18.) ſcribit, quod hoc nobile Comitum Palatinorum iudicium dudum in deſuetudinem abierit, nec vllum huius iudicij exemplum noſtro tempore dari poſſit, qui etiam per ludibrium ſequentia addit: *Illam ſolere eſſe ruſticorum ſimplicem & ridiculam ſuperbiam, qui quando cum viro Principe tantum locuti fuerint, multum ſingulares ſe eſſe putent ſuper reliquos ſui pagi. Hanc autem præſentem illam longè adhuc ſuperare, quia nullus ruſticus eſſet tam ſimplex, qui ſi componeret lites de finibus agrorum inter Principem & alios quoſdam, tanquam vir bonus & rerum iſtiuſmodi peritus, qui, inquam, in tantum ſuperbiret, vt putaret ſe eſſe iudicem ſui Principis.* Hæc ille ſatis inſulsè, Hiſpano-Monarchicorum ſpiritu ſine dubio afflatus. Quin potius nos Aureæ Bullæ inhæremus, cuius ſingulas lineas ſanctè ſeruandas Imperator promittit, & quòd nec expreſſim, nec tacitè eſt mutatum cur ſtare prohibeatur. Inſuper etiam hodie diu caſus nullus extitit, quod Imperator in ciuili aliqua cauſa v. g. in contractu, cum Imperij Statu, vel priuato celebrato, aliquem læſerit. Quis enim credat Sereniſſ. Archi Palatinos Principes, caſu tali exiſtente, pro iure ſuo quæſito non ſumma cum vigilantia excubaſſe. Autor ille perſonatus Iuſtitiæ Cæſareæ, vel alius, qui illum ſequitur, afferat idoneum exemplum in contrarium, & tum deliberabimus de reſponſo. Actus meræ facultatis inſuper non poſſe

Prorogatæ iuriſdictionis exemplum.

Obiectio.

Priuilegiâ quæ habent actus reiterabiles, quoad actus futuros non amittuntur.

De Principum iuribus & Priuilegiis reuerenter loquendum.

Refutatiô Autoris Iuſtitiæ Caſareæ.

præſcribi, apud ICtos noſtros decantatiſſimum eſt brocardicum. Ita ſi quis ius meri imperij habet, & intra trecentos annos caſus non emergat, in quo ius illud exerceri poſſit, ius nihilominus ſaluum manebit. Malè autem ex hoc Comitum Palatinorum iure *Hippolitus à Lapide* Imperatores noſtros in ſubiectorum claſſem coniicit. Antiquiſſimis enim temporibus in regno Francico Maior Domus ſiue Comes Palatij ex officio, ſi quis ab ipſo Rege quid poſtularet, de quo ambigebatur, in illa cauſa cognouit, eiuſque ſententiæ Rex ſtetit, non tanquam iſtum agnoſceret ſuperiorem, ſed quòd cognitio petitoris ſiue actoris iure, non potuerit non obligationem ſuam explere. Ita multi Principes ſunt in Germania & alibi, qui ſuper debitis dubij quid habentibus in propriis tribunalibus (*Hoffgerichten*) conueniri ſolent vt de Principe Friſiæ Orientalis teſtatum & illuſtre facit *das Oſt-Friſiſche Accord-Buch* (in Concordatis art. 43. 44) quæ tamen tribunalia Principem cogere non poſſunt, aut mulctâ coërcere, ſi iuris ac conſcientiæ, publicæque exiſtimationis reuerentia eundem ad debitum exſoluendum non adigerit, vt rectè cenſet Dn. de *Monzambano* d. tr. p. 165. Notandum hic porrò eſt, illuſtre hoc Electorum Palatinorum iudicium habere locum in cauſis ciuilibus primæ inſtantiæ; non verò in criminalibus, feudalibus, depoſitionis aut appellationum cauſis, neque etiam in iis, quibus tenetur Princeps, vt eſt Princeps. (V. Dn. *Limnæ*, l. 3. de I.P. c. 9. num. 81. Dn. *Strauch*. Diſſ. Exot. 3. th. 7.) Facit huc textus *Speculi Sueuici* vbi c. 23. ita: *Den König darff niemand an den Leib geſprechen, ihm vverde das Reich erverteilet mit der Fürſten Vrtheil. Vber des Königs Leib und über ſein Ehr mag niemand vrtheil geſprechen, vvan die Fürſten.* Ex mox: *und kriegt er mit iemand um Gut, oder um andere Ding, das des Reichs iſt, da ſollen vber ſprechen die Fürſten vnd Graffen die Freyen vnd des Reichs Dienſtman* id eſt, pares curiæ. Hinc quum Wenceſlaus exautorandus eſſet ſententiam dixerunt non Palatinus, ſed nomine reliquorum Collegarum, Moguntinus tanquam Collegij Decanus. Sed quid iuris, ſi ipſe Imperator agere velit? Reſp. Non videtur tum Comes Palatinus iudex, quia diſpoſitio A. Bullæ ſtrictè accipienda tanquam iuris communis correctoria, & contra rationem iuris recepta. Spectat autem cognitio tum ad Pares, dummodo cauſa ſit feudalis. (V. *Specul. Suen.* l. 1. c. 23. §. 2. Domin. *Strauch*. D. 3. th. 8.) Vt concludam hanc materiam, non minimum Statuum Imperij & inprimis Electoris Palatini intereſſe videtur, vt caſu in terminis habilibus ſeſe offerente, iunctim operam dent, vt ius hoc in bonum vſum reducatur. Non enim quærendum quid hactenus factum ſit, ſed quid fieri debeat.

Imperator non propter ea, quia Palatinus eſt illius iudex, ſit eius ſubditus.

Prorogata iuriſdictio.

Quis in criminalibus, feudalibus, &c. cauſis ſit Imperatoris iudex.

Pares Curiæ

Quod contra rationem iuris introductũ non eſt producendũ ad conſequentiam.

Intereſſe Imperij Statuũ.

XXI. Vlterius hic in fine artic. 5. Inſtrum. Pacis conſultatum de

iudicio

iudicio Rottvvilenſi, Prouinciali Sueuico & aliis iudiciis abolendis; ſed res ad Comitia proxima eſt reiecta. *Iudicium Rottvvilenſe* quod attinet, inſtitutum illud à Conrado III. Sueuiæ Duce ann. 1147. qui in diſſidio Electorum cum Lothario Saxone ſimul Imperator electus. Hunc Conradum quum Rottvvilenſes ſummo fauore in oppidum recepiſſent, ac ſtrenuè contra Lotharium, vrbem obſidione cingentem defendiſſent, Conradus paulo poſt, cum ad Imperij culmen euectus eſſet, hoc Aulicum iudicium ibi fundauit, ita vt in perpetuum de hac vrbe ſeparari nequeat, iuxta priuilegium Maximiliani I. Imper. Rottvvilenſibus conceſſum. Hoc iudicium vulgo *das Rothvveiliſch Hoffgericht* appellatur, ab vrbe Imperiali Roteuila, vltra Danubium ad ſiniſtram Nicri partem, non longè ab vtriuſque fluuij fontibus ſita. Idem Imper. Conradus III. Iudicis ſeu Prætoris in d. Dicaſterio officium Comiti Sulzenſi feudi titulo conceſſit, qui exinde Imperatori vt Domino vaſallus, ſeruitia præſtare obſtrictus eſt. (Vid. *Reformat. Ordin. Rottvvil.* p. 2. tit. 1.) Dicaſterium hoc ſolus Imperator abſque conſenſu Ordinum Imperij condidit & fundauit, indeque nonnulli arguunt abolitionem huius iudicij difficulter obtineri poſſe. Iudicium hoc Aulicum vniuerſale Imperij Conſiſtorium non eſt, ſed vltra Sueuicum, Fraconicum, Auſtriacum & Rhenanum Circulum (& hos quidem non vniuerſos, ſed partes tantum) non extenditur. (Vid. *Reformat. Maximil. II. Imper. part.* 2. *tit.* 5. quam *VVehnerus* notis illuſtrauit.) Appellari poteſt ab hoc iudicio ad Spirenſem Cameram (V. *Ordinat. Rotvvil.* p. 2. tit. 1. & p. 3. t. 17. *Rec. Imp. Spir.* de ann. 1570. §. *vnd nach dem vns fürkommen.*) In Tractatibus Monaſterienſibus & deinde in Comitiis Ratisbon. de ann. 1653. 54. actum eſt de huius iudicij abolitione, atque hinc prodiit ſequens informatio: *Zu Handhab der Römiſchen Kayſerl. Maieſt. vhralten Kayſerl. Hoffgerichts zu Rothvveil*, in qua rationes de non abolendo hoc iudicio ſunt hæ. 1. Dicaſterium hoc Rothvvilenſibus à Cæſare in remunerationem donatum eſſe atque hinc non reuocari, multò minus tolli poſſe. (*Arr. Pinell.* in l. 1. p. 3. num. 60. C. de Bon. Matern. l. Perfecta. C. de Donat. quæ ſub mod.) 2. Dicaſterium hoc eſſe ſolius Cæſaris, non verò totius Imperij, adeoque in præiudicium ſucceſſorum aboleri non poſſe. 3. Præſidatum huius iudicij ob inſignia merita & res præclarè geſtas *Comitibus de Sulz* eſſe in feudum collatum, adeoque ſine felonia ipſis adimi non poſſe (Vid. plutibus *Speidel.* verb. *Rottvveiliſch Hofgericht.*) Hactenus nondum ſublatum hoc iudicium, quod tamen vt in actum deducatur, (non attentis rationibus Domus Auſtriacæ, ad priuatum & nobis arcanum ſcopum collimantibus,) non minimum hodiernæ Imperialis iuriſdictionis intereſſet. Mentio hic porrò in Inſtr. Pac. fit,

Iudicium Rottvvilanum. Eius origo.

Limitata iuriſdictio iudicij Rottvvilani, limitatā quoque producit effectum.

Rationes de non abolēdo hoc iudicio.

Remuneratoria donationes reuocari nō poſſunt.

Vaſallo ius citra feloniā non eſt eripiendum. Intereſſe Imperij quoad Iudicium Rottvvilenſe.

iudicij Prouincialis in Sueuia (*des Landgerichts in Schvvaben*)quod in tribus Imperialibus ciuitatibus, *Rauensburg* , *Wangen* , Iſni & pago *Altorf genant Weingarten* habetur, quarum quælibet tot Aſſeſſores creare ſolet, vt vnoquoque iudicij die, duodecim illorum præſto eſſe poſſiut, qui villæ *Altorf*, à qua creati ſunt iuramentum præſtare tenentur. Iudicium hocce Sueuicum ſe extendit *vber die Thonau, bis an das Land Würtemberg,vnd biß an den Lech,dem Lech nach hinauff gen Reiti an die Brucken, darnach hinüber auff Tanheimb,an die Grauenpund zu anfang deß Schvveizerlands folgends gen Coſtantz, auch herüber auf Stockach, vnd von dannen ſo vveit ſich der Gezirck des Schvvabenlands erſtreckt.* (*Vid. Freye Kayſerl. Landger. im Ober vnd Nieder Schvvaben Ordnung.* part.1.tit.1.) A prouinciali hoc iudicio Cæſareo appellationes ad Cameram deuoluebantur. Ac quamuis Sereniſſ. Auſtriaci Archi Duces illud pignoris nomine poſſideant, & aliàs non prouocandi priuilegio in omnibus ſuis ditionibus, & ex Conſtitutione Caroli V. hypothecariis etiam gaudeant: appellationes tamen ſemper inuitis ac repugnantibus Auſtriacis, acceptas fuiſſe teſtatur *Beſoldus* de Appellation. c.2. num.19. In Tractatu Oſnabrugo Monaſterienſi de huius etiam iudicij abolitione conſultatum, ſine dubio, quod iſtiuſmodi iudicia vel nimium extendantur, vel multi abuſus in iis committantur. *Speidelius* (verb. *Landgericht*) putat hæc iudicia tolerari poſſe, ſi modò abuſus tollantur. Contra verò videtur magis Imperiali iuriſdictioni hodiernæ conſultum, vt eius generis iudicia, in ambages atque Mæandros iuſtitiam deducentia, aboleantur, vt rectiſſimè Euangelici Status in Conuentu Oſnabrugo-Monaſter. vtſerunt atque inter grauamina ſua (ceu ex ſupra allatis conſtat) retulerunt. In hoc enim negotio meritò præualere debet vulgatum illud Politicorum axioma: *Salus publica ſuprema lex eſto*, non attentis iis quæ quoad priuatum intereſſe Comitum de *Sulz* & Truchſeſſiorum de *Waldpurg* allegari in contrarium ſolent. Iudicium hoc Prouinciale in Sueuia hodie exercent Archi-Duces Auſtriæ, & illud minimè abolendum eſſe ſequentibus rationibus euincere voluerunt. Illud iudicium eſſe annexum Landuogtiæ Sueuiæ, de qua Rudolphus I. Imper. filium ſuum primogenitum *Rudolphum Zu einem Fürſtl. Fahn. Lehen* inueſtiuerit. Poſtea quum Rudolfi illius filius *Ioannes* patruum ſuum Albertum occidit, Landuogtia Sueuiæ confiſcata ceſſit Alberti filiis. Dein Sigiſmundus Imp. hac Landuogtia Domum Auſtriacam deſtituit, illamque Truchſeſſis de Waldburg donauit, quam aſſentiente Imper. Friderico III. Sigiſmundus Archi Dux Auſtriæ pro ſumma 13100. floren. pignoris iure terris ſuis inſeruit. Iam verò notiſſimi iuris eſſe oppignorationes Imperiales in Inſtrumento Pacis eſſe confirmatas,

Iudiciũ Prouinciale Sueuicum.

Limitata iuriſdictio iudicij prouincialis Sueuia.

Intereſſe Imperij circa iudicium Prouinciale Sueuia, & alia eiuſmodi iudicia. Priuatum intereſſe debet cedere publico.

Felonia.

neminemque feudo citra feloniam priuari poſſe. Vide plura in ſcripto cui tit. *Kurze doch gründliche information, aus vvas vvichtigen vnd Standhafften vrſachen das Kayſerl. Landgericht in Schvvaben nicht abolirt vverden kan vnd ſoll*, quod prodiit ann. 1658. (Add. *Capitul. Ferdinand. IV.* art. 15. vbi agitur *von dem Weingartiſchen vnd andern Landgerichten*, reſtringiturque iuriſdictio iudicij Rotvvilenſis.

In oppignorationibus bonorū Imperij an valet ius reluendi pignoris.

XXII. Ego nunc claudo diſcurſum de Imperij noſtri iudiciis & ſeriò cum aliis opto, vt defectus iudicij Cameralis atque Aulici emendentur, tantuſque numerus iudicum iis præficiatur, qui multitudini cauſarum par eſſe poſſit. Tum enim moroſi atque teſtudinei Proceſſus, & in Imperio maximè odioſi, deſinent, & forſan l. 15. C. de iudiciis (quam ICti falsò in deſuetudinem abiiſſe tradunt) quum tantum hactenus impedimenta illi oppoſita ſint) rurſus in bonum vſum deduci poterit. Imo ego opto vt quinquagenarius Aſſeſſorum Cameralium numerus quadruplicetur aut ad minimum triplicetur. Hactenus enim laudatiſſimi Collegij Cameralis vires tantæ cauſarum moli ſuſtinendæ impares ſunt. *Dahero iener Sachſiſche Juncker von ſeinem böſen Friedbrüchigen Handel, mit vvelchem er zu recht nicht zu beſtehen getrauete, ſagt: Er vvolle ſine Sacke ock an den ſulvern Nagel hangen*, quia ſpem certam conceperat, ſi cauſa eò deferretur, non in hoc ſed in altero demum ſeculo definitum iri. (Vid. *Conſil.* 5. *in Sachen Braunſchvveig* contra *Braunſchvveig.* part. 2. numer. 271. fol. 375. & numer. 301. fol. 362.) *Von Verbeſſerung der Cammergerichts Ordnung* Vid. Diſcurſum: *Was bey ietzigen Reichstag zu deliberiren vorkommen mochte.* Qui prodiit anno 1663. Litter. E. 2. 3. Miraculo pæne ſimile eſt quod refert *Braun* in Tract. *Was hat Oeſtereich bey Teutſchland gethan?* fol. 60. *Am Cammergericht ergehen die vrtheil nunmehr ſo ſchleunig, das I. Fürſtl. Gnad. der Herr Cammer-Richter* d. 19. Oct. 1657. *auff.* 150. *Beſcheid auff einen Tag publiciret hat, deren Eroffnung auff ein mahl in ſo groſſer Anzahl vorhin, ſo lang die Cammer ſtehet, nicht geſchehen ſein mag.* Hæc ille. Det Deus vt tandem aliquando in noſtro Imperio ſtabilitâ Pace, Iuſtitia quoque gradu inter lentitudinem ac celeritatem medio incedat, &, ita iuxta finem iuſtitiæ, ſuum cuique tribuatur. *Oldendorpius* (in tract. de Except.) non ſine cauſa illud: *Feſtina lentè* iudici inculcat; obſeruandum tamen in illo: *Vt ne quid nimis.* Bene *Ammianus Marcellinus* (l. 30. Hiſtor.) ait *Cum rectè procedunt iudicia delubra ſunt æquitatis; cum deprauata, fouea ſunt fallaces & cæca, in quas ſi captus ceciderit quiſpiam, non niſi per multa exſiliat luſtra, ad vſque ipſas medullas exſuctus.* Hodie

Votum ad ſtabiliēdam Imperij iuriſdictionem l 15 C. de Iudic.

Intereſſe Imperij ratione iuſtitia.

Nota dicteriū nobilis de protracta iuſtitia.

Vitia hodiernorum iudiciorum. ſanè pro malis temporum eſt lentior peſtis, aut ſi mauis, modeſta crudelitas, & iam ipſa conſuetudine excuſata, longis ſcil. nodis impedire productas in forum cauſas, & infinito ac veluti religioſo ordine ad exitum ſerò producere. (Vid. *Barclaj.* in Icon. anim. cap. 15.) Subnecto hic B.D. Georgij Calixti Theologi quondam Helmſtadienſis pium ad contrahendas & terminandas lites conſilium, *Ne lites* (ait) *perpetuæ ſint & ita prolixæ, quæ in legibus ambigua ſunt & incerta, declaranda forent, & caſus, de quibus adhuc nihil determinatum eſt decidendi. Proceſſus inprimis cuius carnificinam non iuri Cæſareo, ſed Pontificio debemus, contrahendus, & excluſis ambagibus ad celeriorem expeditionem conformandus. Interea ex re foret à piis & æqui amantibus Principibus inſtitui Collegium ſiue conſeſſum virorum Iuris peritorum, grauium & moderatorum, coram quibus controuertentes antequam proceſſus anfractibus irretirentur, comparerent, cauſam ſuam exponerent, documenta vtrinque proferrent, &c. Litigium itaque vel ſic decident, certè partem errantem ad ſaniorem mentem deducere conabuntur, & à lite perſequenda dehortabuntur. Quod ſi tamen litigare velit, neque probiberi poſſit, quin proceſſu experiatur, nouit ſibi, ſi poſtea cauſa cadat, impune non fore, ſed pœnas temere litigantium eaſque graues, ſe incurſurum.* Hæc B. Calixtus in orat. Miſcellan. pag. 48.

D. Calixti cõſilium ad abbreuiandas lites Imperio noſtro ſalubre.

DISCVRSVS XXI.

DE

HELVETIORVM EXEMPTIONE ab Imperio Romano-Germanico.

Ad art. 6. Inſtr. Pac.

Origo Helvetica libertatis.

I. MAGNA Heluetiæ pars, Romano Imperio labente, primò ſub Sueuiæ Ducum, dein ſub aliorum fuit dominatu, donec tandem incolæ paulatim in hanc libertatem, qua nunc fruuntur, ſe aſſeruerunt. Id autem accidit hoc pacto: Erat apud Suitios & Vrios iudex quidam in oppido *Altorf* [Imperatores enim per iudices *Landvögte* has regiones regebant] qui merâ ſuperbiâ & petulantiâ in loco publico

prælongæ perticæ pileum ſuum iuxta viam impoſuit, præcipiens, vt ipſi à quolibet prætereunte honor haberetur: Huic ſuperbo auſui cum ſe *Wilhelmus Tellus*, Heluetiorum Brutus, opponeret, vileque obſequium recuſaret, dicendo: *Es wvere vnbillich das der Menſch, eine vernünfftige vnd nach Gottes Ebenbild erſchaffene* creatur, *einen vnvernünfftigen Filz Hut verehren ſolte.* Iudex, illum accerſens, cum eo propterea expoſtulauit, & excandeſcens ipſi hanc pænam impoſuit, vt capiti filij pomum impoſitum ſagitta peteret. Pater itaque affectum paternum premens, ſumptis duabus ſagittis, altera, illæſo puero, pomum feriit; & hoc feliciter peracto, quæſitus à iudice, quid altera ſagitta fuiſſet facturus? Ego, reſpondit, ſi fortè filium traieciſſem, altera hac pectus tuum transverberare voluiſſem. His auditis Præfectus, ira fremens, illum nauigio imponi iuſſit, grauius ſupplicium de eo ſumpturus. Cæterùm Wilhelmus, vadorum peritus, euaſit è cuſtodia, ad populareſque perueniens libertatis deſiderio ita eorum animos accendit, vt *Vrij Suitij* & *Vndervvaldij* ſuorum iudicum ſævum excuterent iugum, fœduſque quod hodiernum ſanctè ſeruatur, percuterent. Vnde rythmi quos Bernenſi armamentario inſcriptos legi.

Wilhelmus Tellus.

Iudex iniuſta pœna animaduertens ſæpè quadrata rotundis mutat.

Da Demuth vveint, vnd Hochmut lacht,
Da vvard der Schvveizer Bund gemacht.

II. Heluetia hodie diuiditur in 13. Pagos, quos *Cantones* vocant inter quos potentiſſimi ſunt Reformatæ Religioni addicti, *Zürich, Bern, Baſel* & *Schaffhauſen*; *Lucern, Friburg, Solothurn, Zug, Vri, Vndervvalden, Schvviz*, ſunt in ea hæreſi, quæ Pontificem Romanum adorat. Glaris verò & Appenzell mixtæ ſunt religionis, ita tamen vt Reformata Religio in hiſce pagis præualeat. Inter hoſce Pagos potentiſſimus eſt *Bernenſis*, qui ingruente vi externa, accenſo in proximo ad Bernam monte igne, intra ſpatium 24. horarum 40000. hominum colligere poteſt. Vnde apud Bernenſes proverbio circumfertur: *Berna & Bernenſes tantùm poſſunt, quantùm Mediolanum & Mediolanenſes.*

Heluetiæ hodierna diuiſio.

Bernenſium potentia.

III. Quod Heluetiorum Regimen Politicum attinet, ſciendum eſt, ſingulos pagos ſingulas conſtituere Reſpublicas. De qua re ita *Ioſias Simlerus* (lib.2. de Repub. Helvet.) ait, *vt olim Romanorum & Carthaginenſium ampliſſimæ Reſpublicæ, & noſtra ætate Veneta, mixtæ nominari poſſunt, quod aliqua ſui parte Regiam poteſtatem alia Optimatum imperium exprimerent, & populum quoque non prorſus à gubernaculis remouerent; ſic Helvetiorum Reſpublica*[Rectius Helvetiorum Reſpublicæ confœderatæ] *ex Optimatum & populi Imperio mixta eſt. Etenim ex his populis, quibus tota Ciuitas*] rectius Societas] *conſtat quidam merè Democratico imperio vtuntur, vbi totius plebis conſilio ferè omnia aguntur, veluti in his pagis, qui nulla habent oppida: vt ſunt Vranij, Sui-*

Regimen Politicũ Helvetiorum.

tij, Vnderwaldij, Glaronenſes & Abbatiſcellani; & par ratio eſt Tugianorum, quamvis hi oppidum habeant: alij ab Optimatibus reguntur, vt omnes Vrbes Helvetiæ, Tigurum, Berna, Lucerna, Baſilea, Friburgum. Solodurum, Schaphuſium: Sed cum poteſtas ſumma penes populum ſit, à quo Magiſtratus eliguntur, mixtæ ſunt hæ Reſpublicæ, & aliæ magis Ariſtocraticæ, aliæ plus populares exiſtunt. Hactenus Simlerus. Quando de bono publico communis fæderis conſultatio inſtituenda, concilium generale *Landtag*, ſiue vt Helvetij vocant *Tagſazung*, *Badenæ* inſtituitur. Ius conuocandi tale concilium, item προθέσεις proponendi ac dirigendi poſſident Domini de *Zürich*. Singulis annis, plerunque menſe Iunio, talia Comitia inſtituuntur, in quibus de magni momenti negotiis belli & pacis agitur, ibíque Prætores *Schuldheiſſen* Helvetij *Vötge* appellant) rationem adminiſtrationis concilio reddunt decreta inſuper communia conduntur, ac publicantur, eóque extremæ prouocationes diriguntur. De iudiciis ac conſuetudinibus Helvetiorum vid. *Simler.* lib. 2. & *Ioan. Stumpfium in der Schweizer Chronick.*

Tagſazung zu Baden.

IV. *Intereſſe Helvetiorum* Hodiernum ſitum eſſe apparet, 1. In Pacis diuturnitate. 2. Regis Galliæ amicitia. 3. Concordia ciuili. Fugienda eſt ipſis in aurea libertate conſeruanda ſecuritas, semperque aureum Maximiliani I. Imp. dictum: *Alzeit mit hut* (id eſt, cautione) ſibi imprimant, quod tanti fecit Imperator, vt, quoties illud eloqueretur, ſemper pileum, libertatis ſignum, capiti detraxerit. Caueant etiam ſibi à nimia potentia Hiſpanici atque Gallici auri, memores generoſi illius verſiculi.

Intereſſe Helvetiorū.

Cautio, & ſecuritas inſigne bonū.

Non bene vel toto libertas venditur auro.

Nicolaus vom Stein, qui an. 1648. mortuus, Helvetios ſuos monuit: *Sie ſolten frembder Herrn Penſionen vnd Iahrgeld als einen Angel mit einem Aas verdeckt, vnd derſelben Geſchencke, als mit verborgenem Giff beſchmieret, fliehen.* Nec minus Helvetiorum Reſp. conſeruet ciuilis Cantonum concordia, qua hactenus eorum res, ab initio paruæ, creuerunt. Nam anno 1307. à paruis initiis fædus eorum per multas gentes inualuit, facilè animis ad tutelam ſui coaleſcentibus, proſtatque hodie potentiſſimos inter Principes illibatum. Auguratur Dux Rohanius tale fædus in perpetuum duraturum, ſi modò religio illud non diſiungat. Hic eſt enim morbus mortem accelerans (Vid. *Illuſtriſſ. Dux Rohanius* in Trutina Statuum Europæ. Diſcurſ. 6) Incaleſcat ſemper apud eos amor libertatis, maneantque tuendorum potius, quàm promouendorum finium cupidi, non tam ſuis montibus, quam votorum modo circumſcripti. Sapienter *Nicolaus vom Stein* Helvetios ſuos finium regundorum cauſa monuit: *ſie ſolten den zaun nicht zu weit machen, damit ſie deſto näher vnd enger vereiniget beyſammen*

Libertas res inæſtimabilis.

Nicolaus von Stein.

beyſammen, *vnd in Fried vnd Ruhe bey ihrer ſaur erarnten Freyheit bleiben mochten.* Adeò tutiſſima ſunt, quæ mediocria. Hactenus, dum ita animati fuere *Suizeri*, alienam ambitionem facile fregerunt, quod inprimis in bellis cum *Carolo Bellatore Duce Burgundiæ* patet. Hic florentiſſimus Principum, nullum ſe ipſo acerbiorem hoſtem expertus, ambitione ſublimem animum ſtimulante. Is ab Helvetiis, deprecantibus, primò in fugam actus, deinde in Lotharingiâ ſpes magnas agens (dum Lotharingium quaſi aggerem, ditionibus ſuis interpoſitum, amoliri tentat) occiſus. Terribilis dictus & pugnax, ſed immoderatiſſimus ambitionis, à qua finem ſolitum, nempe violentam mortem impetrauit. (V. plura apud *Philippum Cominæum*, Galliæ illum Polybium. de reb. geſt. Ludou. XI.) Apponam hic verſus, qui non adeò pridem Baſileæ mihi fuerunt communicati:

Finium regun lorum cauſa Rebuſpub nociua.

Carolus Audax Dux Burgundia.

Ambitionis effectus, in Carolo Burgundo Cominæus.

Oppida trina tibi Dux Carole dira fuere
In rebus Granſen, *grege* Murten, *corpere* Nanſe.
Bey dreyen Stadten gieng zu grund,
Dein Pracht, Fürſt Carl von Burgund,
Murten nam d'Leut, Granſe das Guth,
Vor Nanſe lagſt du ſelbſt im Blut.

De hoc negotio compoſiti hi chronoſtici rythmi.

Ein Reinck von einer Täſchen,
Vier Ohren von einer Flaſchen
Ein Saul drithalb Andreas Creutz
Belegert Hertzog Carl Neüß
Setz darzu noch zvvey I.
So lag er Todt vor Nanſy. M. CCCCLXXVII,

Vbi prælium ad Murtam commiſſum, exſtructum eſt ædificium cæſorum craniis atque oſſibus repletum, vbi an. 1667. menſ. Martio legi talem inſcriptionem: *Carolus obſidens Muratum, ab Helvetiis cæſus, hoc ſui monumentum reliquit* an. 1476. Didicit itaque hic Carolus ab Helvetiis: *Crabrones nonniſi velata facie eſſe irritandos.* Summa rum ſumma Helvetiis itaque vt ante hac, ita ſemper maneat: *Aurea libertatis conſeruatio atque defenſio.* Sunt qui etiam autores Helvetiis fuerunt; ne nimium confidant montium ſuorum ſeptis: Nam & Hannibalem aquilinos Alpium montes viciſſe. Naturæ itaque artem ſociam eſſe iungendam ſuadent; atque id etiam ad ſeditiones præcauendas non parum facere arbitrantur. Quantas tragœdias ante paucos annos in Helvetia excitarit ſeditioſus ruſticus Leüberger & Vlrich Schad, de eo vid. *Theat. Europ.* Videntur hoc animaduertiſſe Bernenſes qui hodie *Aarburgum* ſuum reddiderunt fere inexpugnabile. Etiam Soloduri hodie fundamenta nouæ munitionis iaci, non ita pridem animaduerti.

Prelium ad Murtam.

V. Helvetij dicuntur *die Freye Schvveitzer*, non quod olim planè

Libertas & exemptio Helvetiorū. à iuriſdictione Imperij Romani eſſent exempti, vt hodie, ſed quod ab eo tempore, quo à Germanicis Imperatoribus, ratio adminiſtrandæ Reip. bl. immutata, & Prouinciæ ac Ciuitates pleræque Principibus Comitibus, & aliis, feudi titulo ſunt conceſſæ, illi ſub horum imperio immunitate donati, ac immediatè Cæſarum poteſtati ſunt relicti, à quibus conceſſæ libertatis priuilegia conſecuti ſunt. Fuerunt autem exempti à iudicio Aulico, Camerali ac Rottvvilenſi. [Vid. *Goldaſt.* in Epiſt. Dedicat. *Der Reichshandlungen* & in Replica pro imperio contra Gretſer. cap. 41.] Vnde quum aliquando crebrioribus mandatis ad Cameræ iudicium vocarentur, miſerunt Legatos Spiram, & Camerales orarunt atque hortati ſunt, ne amplius ſe exagitarent: *Man ſolle ſie hinfüro vngehejet laſſen.* [Vid. *Chriſtoph. Warſevviz* in Tr. de Legato & *Kirchner.* in eod. tract. l. 2. cap. 8. num. 69.] Ita quidem iſti Autores quos etiam ſequitur Speidelius: Cæterum mihi, cum in Helvetia ſubſiſterem, narrabatur à Viro, rerum Helveticarum pergnaro, fabuloſa hæc eſſe, nec Legatos verbis tam inſulſis ac pudendis vſos: Quin & ante tricennale bellum Proceſſus eiuſmodi Camerales apud Helvetios fuiſſe incognitos. Ante concluſam verò pacem Weſtphalicam à ſubiectione Imperij exempti non fuerunt. [V. *Limna.* l. 1. de iur. Pub. cap. 9. n. 51.] Vnde apud *Goldaſt.* (*in Reichshandlungen* p. 101. in Epiſtola quadam ad Elector. Mogunt. an. 1519. miſſ.) ſequentia verba leguntur: *Berichten vvir ſie deſſen das vvir Eydgenoſſen alſo ſind herkommen, das vvir vns von den zvveyen Haubtſteden, von dem Heil. Stuhl zu Rom vnd den Heil. Röm. Reich nie haben geſondert, beſonders denen als billich vnd recht iſt, vnd auch zuthun ſchuldig vnd pflichtig gevveſen, vnd noch ſind, vnd auch allvvegen hinfuro thun vvollen.* Et paulò poſt: *So iſt Kund vnd Offenbahr, vvir ſeyn ſetzen, zu vvelchem Herrn der iſt, zu dem vvir vns verbunden haben gegen vvem das ſey, ſo haben vvir allvvegen außgelaſſen vnd verbehalten, das H. Röm. Reich, vnd nicht vnbillich, dievveil vvir von den vnſern die höchſt vnd beſte Freyheit haben, den Adler vnd das Reich ob vnſern Schilden führende, berühmet vnd gebrauchen, ſondern auch Glieder, vnd deſſen gäntzliche Ehre vnd Lob haben vvollen, vvie andere Stand vnd Glieder.* Interim tamen hodie Helvetij per Inſtrumentum Pac. h. ab imperio liberi & exempti res ſuas peculiares habent. Proxeneta Helveticæ exemptioni in tract. Pacis Oſnabrugo-Monaſt. fuit, Dn. *Ioannes Rudolphus Wetſtein,* Conſul Reip. Baſileenſis, quem ob inſignem prudentiam ciuilem, Facundiam atque autoritatem non pauci in Germania noſtrâ vocarunt *den Schvveitzer* Ciceronem, qui etiam præteritos Leübergeri & Vlrich Schaad tumultus mira facundia ſua compeſcuit. Hic tantùm in hoc conventu valuit, vt tandem ann. 1648. die 13. April. ſtyl. veter. in conferentia apud Cæſareanos Exemptio Helvetiorum Oſnabrugæ concluſa ſit, *Iedoch mit dem*

Helvetiorū grauamen aduerſus Cameram Spirenſem.

Helvetij ante concluſā pacē fuerūt ſub Imperio.

Honor eſt eſſe Imperij Statum. Libertas res inæſtimabilis.

Helvetij hodie ab Imperio exempti. VVetſtein Demagogus Helvetiorū

Beding,

Beding, das Sie zuvorhero ihre Creditores contentiren, und die liquidirliche ſchulden dem Reich entrichten, deſswegen auch ſolchem nachzukommen, einen abſonderlichen Revers I. Kay. May. und dem Röm. Reich zurückſtellen ſollen. (Vid. *Theat. Europæ.* Tom. 6. p. 420. Conf. Dn. *Conring.* de Finib. Imperij) Etiamſi verò Helvetij hodie ſine controuerſia ab imperio exempti ſint, tamen comiter adhuc, (vt Politici loquuntur) Imperatorem atque Imperium reuereri videntur. Ratio huius rei in textu è Goldaſto antea adducto apparet, & merito illud perſolutum precium, nempe ſubiectionis exemptionem Helvetij maximi faciunt. Plura qui de Helvetiis ſcire auet, adeat *Simlerum* & *Franciſcum Guillimannum*, qui accuratè res Helveticas compoſuerunt. Quid circa vrbem Baſileam poſt concluſam pacem Monaſterienſem ann. 1651. contigerit. Vid. in Contin. Theat. Europæ. ad ann. cit. pag. 123. vbi ita: *Die Schvveizeriſche Geſandten haben in Decemb. des 1650. Iahrs bey dem Kaiſerl. Hoff zu Wien umb relaxirung ihrer zu Schletſtadt und Speyer arreſtireter Güter umbſtändlich angeſucht. Als nun in folgender zeit, die Herrn Eydgenoſſen ein und mehrmahln nach Speyer* ſpedirt, *und die reſtitution ſolcher Güter, vermög des Kaiſerl. Befehls ernſtlich* vrgiret; *So haben endlich die Hern Camerales denen Schvveizeriſchen Kauffleuten gedachte arreſtirte Güter folgen zu laſſen* reſoluirt. In conuentu circuli Saxoniæ inferioris an 1652. in προβουλία Comitiorum Ratisbonenſium hac de re, ita: *Ob vvol der Stadt Baſel exemptio betreffende* ratione materialium Inſtrum. Pac. *ein beſchloſſen vverck iſt; vveiln aber dem Reichs-Hoffrath ganz nicht gebürt* inhibition *und* mandata pœnalia *an das Cammergericht ergehen zulaſſen, ſo hat man Vrſach beim Reichstag ſolches* pro grauamine, *anzuziehen, und dahin zu trachten, das dergleichen hinfüro nachbleibe.* (Vid. *Contin. Theat. Europ.* ad an. 1652. p. 407. Vide quantam curam pro communi imperij vtilitate gerat Nobiliſſimus ille circulus.

Exemptio cōditionata. Solue quod debes.

Helvetij cōmiter adhuc Imperium reuerentur. Libertas ſūmū pretiū.

Arreſtum. Intereſſe imperij circa Cameræ Spiræ ſeſſionem à proteſtantibus attentum. Iudiciū Aulicū concurrit cum Camera & æquam paris poteſtatis alterum in alterum nō habet imperium.

DISCVRSVS XXII.

DE

PACE RELIGIOSA

ad Reformatos extenſa, & de trium Religionum in Imperio exercitio.

Ad art. 7. Inſtr. Pac.

Origo diſſidij inter Lutheranos & Caluinianos.

I. SVPERIORI ſeculo ann. 1527. menſ. Maio; cœpit inter Lutherum & Zuvinglium controuerſia de verbis Cœnæ Dominicæ: *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus*; & ab eo tempore ortum bellum Sacramentarium, quod cum ingenti Euangelicorum clade & immenſis damnis adhuc hodie durat. Anno 1529. menſ. Octob. ad hoc bellum Sacrum componendum inſtinctu Philippi Haſſiæ Landgrauij colloquium Marpurgi quidem eſt inſtitutum, vbi Lutherus & Zvvinglius cauſam hanc diſceptarunt, eóque iam res fuit deducta, vt teſte *Dreſſero*, ſolummodo circa articulum de Cœna Domini remanſerit diſceptatio. Qum verò ſudor Anglicanus dein Marpurgum inuaſiſſet, abruptâ actione ſic conuenit: Quandoquidem in præcipuis aliis dogmatibus idem ſentirent, abſtinendum deinceps eſſe ab omni contentione, Deúmque orandum, vt in hac etiam controuerſiâ lumen accendat, & concordiæ viam extendat. Diſceſſum itáque & concluſum eſt, vt charitas Chriſtiana, ex vtráque parte coleretur, & ſimul mutuæ preces ad Deum funderentur. Optandum ſanè fuiſſet vulnus illud Reipub. Euangelicæ inflictum hoc modo medicinam inueniſſe: Cæterùm ea dein ſucceſſit nonnullorum concionatorum ex vtraque parte intemperies, vt animi inuicem non mediocriter exacerbati fuerint, læto ſine dubio ad hæc omnia Papa Romano, qui ſemper ex diuiſionibus atque turbidis huiuſmodi rebus triumphum, quamquam ſine victoria, canit. Secuta dein an. 1555. Pace Religioſa, quum ab illa omnes excluderentur, qui neque Romano-Catholicam neque

Colloquium Marpurg.

Theologorũ rixoſa contentio.

Arcanum Papæ.

Auguſtanam religionem ſequuntur; Romanenſes callidè laborarunt, ut ad illos qui limatius atque politius dogmata nonnulla tradidiſſe arbitrabantur, pro excluſis à religioſa Pacificatione reputarentur, imò tantùm demum valuit Sacerdotum utrinque fervor, ut & Lutherani & Calviniani non amplius in commune conſulerent, ſed, quum altera pars à Romaniſtis premeretur, altera ſine dolore eam ſpectârit pereuntem ut Dn. de Monzambano loquitur. Ita dum ſinguli pugnant, univerſi vincuntur. Exorto poſtea Bohemico incendio, quo ferè tota Germania conflagravit, & pace rurſus in Imperio ſtabilitâ, etiam illa quæſtio: *An Reformati ſub Pace Religioſa contineantur?* quam *Limnæus* (l.1.de I.P. cap. 12. num. 32.) adhuc negativè decidit, pro Reformatis deciſa, hic in artic.7.Inſtrum.Pac. ubi jura & beneficia Pacis Religioſæ ad illos quoque extenduntur, interquè Lutheranos & Reformatos ita tranſactum, ut ſi Princeps ad alia ſacra poſthac tranſierit, nihil circa religionem ſubditorum poſſit mutare. (Vid. pl. in text. h.) Vide de hoc argumento *Ioannem Crocium* Theologum Haſſiacum Caſſelenſem.

Remora publica ſalutis Evangelicorum. Reformati hodie ſub Pace Religioſâ continentur.

II. Nihil itaquè amplius hodie ſupereſt, quàm ut Proteſtantiſmus, in Lutheranos & Calvinianos diviſus, rurſus uniatur, de quo nondum omnis ſpes decollavit. Hunc concordiæ finem ante paucos annos *Colloquium Caſſellanum*, ex ſollicitudine Sereniſs. Principis Wilhelmi VI. Haſſiæ Landgravij inter Rinthelenſes & Marpurgenſes Theologos habitum optimè reſpexit, licèt non ubique æquos invenerit cenſores. (D. *Textor.* de Rat. Stat. German. p. 659.) Certè ſummè rei Evangelicæ intereſſet, ut concordia illa inter Proteſtantes, multorum cordatiorum calidis votis hactenus exoptata, tandem ſtabiliretur. Quod negotium, ut ex animi ſententia ſuccedat neceſſarium omnino eſt, non fervidos qui Calviniſtarum Deum Diabolum eſſe clamitant, ſed moderatos Theologos, B. D. *Georgio Calixto*, ſimiles à parte Lutheranorum adhibere, inter quos cum aliis hodie ſunt Pl. Rever. Dn. D. *Ioachimus Hildebrandus* Eccleſiarum inclyti Lyneburgenſis Ducatus ſupremus Superintendens, & Maximè Reverend. & Nobiliſs. Dn. *Voſſ*, qui Sereniſs. Orientalis Friſiæ Principis Concionator Aulicus eſt, & propter inſignem Pietatem in tota Friſia & vicinis provinciis non dicitur habere parem Nobili ſtemmate hic Vir prognatus, nullum Theologiâ nobilius ſtudium duxit, & olim Helmſtadi elegantem inauguralem diſputationem *de Aurea ſalutis catena* habuit. Relatum mihi Auricæ ann. 1662. fuit, Theologum hunc ſingulis menſibus ſacra Synaxi uti. Præcipuæ hodie inter

Colloquium Caſſellanum

Intereſt Rei Evangelicæ ut concordia inter Lutheranos & Reformatos inſtauretur.

D. Hildebrandt.

Dn. Voſſ.

Abſolutum decretum.

Lutheranos & Reformatos controverſiæ ſunt *de abſoluto Dei Decreto*, quo electos ex omni æternitate elegerit, damnandos verò reprobaverit; quod nos Lutherani contra miſericordiam Dei & enixam voluntatem de ſalute omnium hominum in ſacro Codice declaratam, pugnare dicimus. Interim non pauci hodie inter Reformatos exiſtunt concionatores, qui ad gratiam Dei univerſalem magìs accedentes, in ſacris roſtris eam docere videntur. De Remonſtrantium & Contra-remonſtrantium doctrinâ in Belgio fœderato vid. *Ioan. Cluverum* (l. 10. Epit. Hiſtor. p. 733. & actâ Synodi Dordracenſ. pag. 126. 129.) Optandum ſanè eſſet, ut unusquiſque inpoſterum à nimiâ curioſitate abſtineret, & omnibus denudatus præjudiciis & affectibus, ſolam Scripturam ſacram ut unicum fidei noſtræ principium, Ducem ac Comitem ſequeretur. Iam olim ſub Lothario I. Hincmarus Rhemenſis & Rabanus Moguntinus Epiſcopi Godeſcalcum refutarunt Monachum, docentem aliquos abſoluto Dei placito ad exitium deſtinatos æternum, alios ad vitam, proquè his Chriſtum oppetiiſſe mortem, pro illis non: quæ opinio Lutheranis dura, nullatenus ipſis amplexanda & ſequenti ſimili refutanda videtur. Si magnus aliquis Princeps edictum vellet promulgare, ut omnes ſubditi in aulam ſuam venirent, ac ita in edicto poneret: Quidam debent in aula coram facie meâ comparere; quilibet edictum illud legens poſſet ſubſumere: Ego non ſum ille *quidam*; quin potius ſinguli judicarent; abſurdum eſſe illud edictum & in Cancellariâ Principis errorem eſſe commiſſum. Contrarium clarè exſtare in ſacris pandectis aſſerunt; Deus vult ut nemo pereat ſed ut omnes ſalventur. Iam verò qui τὸ omne dicit, nihil excludit iuxta ICtorum noſtrorum regulam. Elegantiſſimum hac de re tulit judicium B. Dn. D. Calixtus noſter, quod omnino tam à Lutheranis quàm à Reformatis expendi meretur. Nos in præſens hanc controverſiam finimus hoc veriverbio: *Wer da gleübt der iſt verſehn, vver nicht gleübt der hats verſehn.* (V. D. *Text.* Tr. cit, p. 682.) 2. *de Perſona Chriſti*, cujus humanæ naturæ prædicatum omnipotentiæ, omniſcientiæ, &c. tribui poſſe Reformati negant Dn. *Textor* putat hanc controverſiam eſſe circa fidem, non de fide. Nam quantum ad ſubſtantialia articuli de Perſona Chriſti, ſatis eſſe, admittere duplicem naturam, divinam & humanam, quæ re ipſa in Chriſto inveniantur unitæ in unitate perſonæ, idquè adverſus Neſtorium. Deinde dicere naturas illas inter ſe non eſſe confuſas, ſic ut utraque ſubſtantialiter diverſa ſit & ma-

Abſolutum decretum Politicè & Theologicè confutatum.

De Perſona Chriſti.

neat in ſtatu unionis ab altera, idque contra Eutichem. Poſſe itaque quæſtionem illam de communicatione idiomatum planè præcidi. 3. *De ſacra Synaxi*, in qua controverſiâ recentiores Reformati videntur verbis: *Hoc eſt corpus meum*; *hic eſt ſanguis meus* propriam & nativam ſignificationem relinquere; negant autem ſermonem ibi eſſe de manducatione & bibitione orali, ſed tantùm de ſpirituali. Primum autem Carolſtadius, & mox hinc ſecutus Zvvinglius, inde Oecolampadius & tandem Calvinus verba quibus Servator, Sanctiſſimam Euchariſtiam inſtitueret, uſus eſt impropriè & ſenſu ſacramentali intellexerunt, quo ſcilicet de externo & viſibili elemento affirmatur res ſignata, quia externum & viſibile elementum ſignificare & repræſentare rem ſignatam, ſeu ſymbolum ſignum & ſigillum ejus eſſe affirmarunt. Nempe non tantùm ipſis ἀδύνατον viſum fuit, Servatorem noſtrum corpus ſuum manducandum & ſanguinem ſuum bibendum nobis præbere oraliter; ſed præſidium inſuper quæſiverunt in tot aliis Sacramentalibus V. T. locutionibus: ut quando dicitur: circumciſio eſt fœdus Dei Gen. 17. 10. 13. Agnus eſt tranſitus Exod. 12. 11. Petra erat Chriſtus 1. Cor. 16. 4. Septem vaccæ ſunt ſeptem anni Gen. 41. 26. Volunt enim ſi quid propriè acceptum pugnet cum mente autoris, vel cum analogia fidei, id ſobriè per tropum explicandum eſſe. Obſervari contrà poſſunt ſequentia: *Der Herr Chriſtus nach Seiner menſchlichen Natur VVarhafftig und VVeſentlich in dem H. Abendmal an allen Orten vvo daſſelbe gehalten vvird. Vnd daß kombt nicht daher, daß ſeine menſchliche Natur mit der Gœttlichen allenthalben ſey: ſondern daher kombt es, das Er der VVarhafftige und Almächtige Sohn Gottes, ſolches hat beſonders verſprochen in den VVorten der Einſezung: Dahero Er Seinen Leib und Blutt an allen Orten und Enden, vvo ſeine Stifftung gehalten vvird, gegenvvertig ſtellen kan und vvil. Den Er iſt Vvarhafftig und eß ſind Ihm alle dinge möglich. Vnd alſo hat man zu Helmſtett alzeit gelehret*, Vt loquitur Dominus *Hornejus* Theologus recti & accurati judicij, in colloquio quod an. 1650. Norimbergam ad Principum Legatos, Executionem Pacis Monaſterienſis ibidem promoventes, miſſo & ibidem edito. In hac tam pia & cum teſtamento Chriſti conveniente ſententia nos placidè acquieſcimus & cum illa vivere ac mori volumus. Et qui nam in noviſſimo die coram Chriſti teſtatoris & judicis throno cauſam ſuam melius acturi ſint Lutheranine an Reformati? meum non eſt judicare. Con-

De ſacra Cœna.

Horneius.

cludo hanc doctrinam de Cæna Domini piiſſimis verbis Sithmanni, Icti ſolidiſſimi, qui iuriſprudentiam à pulvere Scholaſtico in multis repurgavit. Verba eius (in Specul. Imp. Rom. c. vlt. num. 148. 150.) ſunt hæc: *Verbum Chriſti eſt:* Hoc eſt corpus meum; Hic eſt ſanguis meus: *Quid ergo inquiris tam nefariè in Chriſti Salvatoris tui latam legem Novi ſui Teſtamenti, qui viribus cunctis legis cuiuſdam humana rationem non exquiſitè expiſcari vales; ſerva legem, licèt delicatulo & obtuſo tuo cerebello dura videatur, certoque ſtatue rem fidei eſſe, non cerebri. Tu oculis vide & ore ſume panem, & corde tuo verborum Servatoris tui vim & efficaciam crede, & ſalvaberis, non falleris, neque fallis.* Domin. *Textor.* p. 686. 688. putat hanc Reformatorum opinionem circa Cænam Dominicam non eſſe circa ſubſtantialia fidei, nec impedire æternam ſalutem, ac tandem concludit, quia controverſiæ inter Lutheranos & Reformatos ut & Pontificios circa fidem magìs, quàm de fide verſentur, ad rationem Status Germaniæ pertinere, ſaltem quoad bene eſſe, ut tentetur, ad majorem inducendam Statuum unionem, diverſitatis Religionum compoſitio; ad quam promovendam plurimum faciet ſi ij, qui placidiſſimam religionis Chriſtianæ manſuetudinem aliis inculcant, deponant animos, horridis nævis, ambitione nimirum, invidiâ, iracundiâ & contumaciâ ſcatentes. Vid. *Monzamban.* p. 217. De Vniendo religionis negotio Vid. *Moyſes Amiraldus* in Compoſit. Evangel. *Meno Hannekenius* in Irenico Catholico-Evangelico. *David Parcus* in Irenico. Si Principes Proteſtantes in adſciſcendis Miniſtris non amplius vocabula ſectarum ſed animi atque ingenij dotes ſpectent; ſi pari modo & Lutherani & Reformati cives habeantur, ſi Sacerdotibus interdicatur controverſias illas in concionibus agitare, & aſperis nominibus alteram partem perſtringere, ſi denique in ſcholis publicis non ferantur Doctores, niſi Viri moderati, atque prudentes; hoc modo non dubitat *Monzamb.* quin paucos intra annos lites inter Lutheranos & Reformatos ultro ſint exſpiraturæ. Conſilium ſanè illius communem Evangelicorum cauſam, hactenus neglectam, omnium optimè promovebit. Cæterùm autoritas Principum hìc plurimùm valebit.

Sithmannus.

Vltima voluntates non ſunt contra mentem teſtatoris interpretandæ.

Intereſt Reipub. Imperij ut tentetur religionum compoſitio.

Conſilium Dn. de Monzambano de uniendis Lutheranis & Reformatis.

III. De reliquo hic in fin. art. 7. Inſtrum. Pac. triplici religioni publica libertas per Germaniam indulgetur. Atque hinc Anabaptiſtæ diverſi generis, & Arriani, Sociniani, Vveigeliani, Quackeri ſive Tremulantes alijque eius fæcis (Vid. *Alexandri Roſſ. Gottesdienſt der*

Præter Pontificiam Auguſtanam & Reformatam nulla in Imperio religio toleratur.

Weldt, Heidelbergæ edit.) tolerari in Imperio non poſſunt. Tales enim ne Chriſtiano quidem nomine cenſendi ſunt. Sunt quidam Pſeudo Politici qui religionem ſic extendunt, vt in qualibet quilibet ſalvari poſſit. Placet his illud *Symmachi. Suus cuique mos, ſuus cuique ritus eſt, vno itinere non poſſe perueniri ad tam grande ſecretum.* Solymanus Turcarum tyrannus Iudæo, Chriſtianorum extirpationem ſuadenti, oſtenſa in horto mirabili tuliparum (quas Lypſius emblemata hortorum vocat) varietate: *Scias*: inquit, *Deo non minus tot placere religiones, quàm mihi tot flores tot colores.* Editus eſt etiam ann. 1663. Amſtelodami liber *Baronis de Herbert* de Religione gentilium, qui recta ad Gentiliſmum à Chriſtianiſmo videtur abducere. Peſtilens ſanè liber, qui multos blandè inficere, & interficere poterit. Nos Chriſtiani certi ſumus, nos tantùm vnum Deum, ſummum, verum & vnicum Bonum agnoſcere. Nam quem cæteri creatorem Rectoremque omnium agnoſcunt, non eſt Pater Domini & Dei noſtri Ieſu Chriſti. Deinde vnica vera religio, quæ ad ſummum & æternum Bonum acquirendum tendit, à Deo omnibus manifeſtata. Religio illa diuinitus nobis patefacta, planè & perfectè, quatenus, ad ſalutem neceſſe eſt & ſufficit, abſque omni dubio continetur in Sacris literis, & paruis Bibliis, quæ in Proteſtantium purioribus Eccleſiis Chriſtianis (*Catechiſmos* vocamus, in quibus plenè & perfectè, quicquid noſſe opus eſt de *credendis, faciendis, ſperandis*, ſic proponuntur; vt ad ſalutem nihil deſit. Nihil vltra ſcire, omnia ſcire eſt. Hoc Domini depoſitum ita cuſtodire decet, vt nec dematur quicquam, nec addatur, vt docet, *Vincent. Lirinenſis* c.27. Eccleſia itaque illa, quæ per Additionis & Subtractionis viam Verbum Dei tractauit, hic non erit audienda. Quilibet Iudæus malit centies mori, quàm pati, vt Lex in aliquo mutetur, vt ex Philone tradit Dn. D. *Hildebrand.* (in Inſtitut. Sacris Diſp.3. th.23.) Eſt autem Diuinum Dei Verbum dilucidum & in neceſſariis ad ſalutem ſufficiens. Hinc rectè *Gregorius Magnus* (l.20. Moral.) Sacram Scripturam comparat fluuio, in quo & Elephas natare, & agnus ambulare poſſit. Sæpe lege ſacra Scripta, quibus nemo poteſt decipi, niſi qui prius ſe ipſum deceperit, ait *Hug. Grotius*, Vir admirandæ doctrinæ (l.6. de Verit. relig. Chr p.135. qui liber quamuis ſit quantiuis pretij, tamen in nonnullis Socinianiſmos continet, vt pluribus in Collegio priuato ad illum librum habito deduxit Pl. Reuer. D. *Gerhardus Titius*, Theologus Helmſtadienſis) Notabilia ſunt verba *Eraſmi Rotterodami* (in Præfat. Paraphr. in Matthæ.) *Scripturæ*, inquit, *ita prodita ſunt, vt citius intelligantur ab idiotâ pio, modeſtóque, quàm ab arrogante Philoſopho.* Hæ igitur ab omnibus omninò diligenter legendæ, vtpote quum Scrip-

Indifferentiſmus & Libertiniſmus in religione vitandus.

Baro de Herbert.

Sinceritas & bona fides Chriſtianæ religionis.

Sacra Scriptura. Catechiſmus.

Sacra Scriptura eſt perſpicua & ſufficiens ad Salutem.

Hugo Grotius.

Sacra Scriptura diligente legenda.

turarum ſuarum penum nulli pio claudat Chriſtus, etiamſi ſubulcus eſſet, vt loquitur itidem Eraſmus, qui ita pergit: *in Scriptura libris verſentur omnes, qui venantur Chriſtianam Philoſophiam. Si ſuccedit, age gratias Deo; ſin minus non abiice animum protinus, quare, pete, pulſa. Quærenti continget, vt inueniat; petenti dabitur, pulſanti aperiet is, qui habet clauem.* De Camerario Reginæ Candacês itidem Eraſmus: Quid alienius à myſteriis Prophetarum, quam Eunuchus ille Candaces Reginæ, in Regiâ nutritus, muliebribus obſequiis, denique Æthiops, quâ gente vix vlla effæminatior; tamen dum, vt delicatus curru vehitur, legit Eſaiam de Chriſto vaticinantem. Non intelligebat Scripturæ ſenſum homo profanus & idiota; & tamen, quoniam pro ſtudio legebat, ſubito mittitur Philippus interpres; vertitur Eunuchus in virum, tingitur aqua, & ater Æthiops niueo agni immaculati vellere induitur, ſubitóque ex mancipio profanæ Reginæ fit ſervus Ieſu Chriſti. Hæc Eraſmus. Proinde piè ſe geſſit *Matthias Razenberger*, qui licèt fuerit Medicus, tamen frequenter legit ſacras literas, & quum multi ad eum dicerent: Relinquat Biblia Theologis; ipſe verò Galenum legat: Reſpondit: *Ich bin nicht auff Galeni Nahmen getaufft; Galenus Kan Woll geſund aber nicht ſeblig machen.* Rectè etiam Gerſon docuit, quod reiectio Bibliorum ſit admiſſio Antichriſti. In ſumma:

NB.

Textus non fallit; multos ſpecioſa feſellit
Gloſſa: Dei Verbo nitere, tutus eris.
Wer von Gott iſt, der höret ſein Wort.
Wer nicht, der fahr zum Teuffel fort.

Patrum autoritas.

Sed forſan ad Patres veniendum erit: Cur non potius ad Patrem cæleſtem? Quàm longum iter eſt, ire per omnia ſecula, quum in propinquo fons ſit, vnde omnis Veritas Diuina ab initio vſque huc profluxit. *Neque Chriſtiana itaque neque Catholica religio ſimpliciter audit, quæ alia docet. quàm quæ à Chriſto profecta, ſed tantùm ſecundùm quid, vt ager triticeus in quo tamen etiam infelix lolium & ſteriles naſcantur auenæ.* Verò tota religio Pontificia merè eſt Politica, humanis rationibus in id vnum excogitata, ſub ſpecie quadam pietatis, & Chriſtianis prætextibus, vt Dominatus ille Monarchicus Romani Epiſcopi ſtabiliatur, quem ille iam olim in vniuerſas Orbis Eccleſias affectauit, ſenſim poſtea ex ruinis Imperij Occidentalis exſtruxit, ac tacito quodam conſenſu regnantium Francorũ, inprimis Carolingorum conniuentia, ac Spontanea Epiſcoporum ſubiectione, obtinuit; poſita verò eò euexit, vt & illum in ſummos Principes exercuerit, regna pro lubitu dederit, abſtulerit, &c. Hanc tyrannidem cum diutius ſuſtinere Eccleſia, ſummaque Regnorum capita non poſſent, ac inde ſecuta

Iudiciũ de genio Pontificiæ Religionis.

Molitiones ac machinationes Papales.

cuta eſſet defectio, nec iam excommunicationis fulmina quicquam valerent, ſumma religionis ratio Principes Imperij & alios exteros Reges mouit, iugum illud Romani Archi Præſulis, contra rationem Eccleſiaſtici Regiminis inductũ, rurſus excutere, quod feliciter à Proteſtantibus Superiori ſeculo, Dei O.M. digito præeunte, ſuſceptum, fruſtra ringente ac rugiente Romano Leone, qui hodie pelli Leoninæ vulpeculæ Æſopicæ exuvias callidè aptauit, & maligno ſpiritu afflatus, Euangelicorum Eccleſias, ſimpliciter ac puriſſimè Chriſtianas atque Catholicas Nov-Antiquas ſacerrimæ ſuæ Tyrannidi rurſus ſubiicere omnibus vngulis nititur. *Dn. de Montzambano* de Statu Imperij Germanici p. 214. & ſeqq. de tribus in Imperio Religionibus tale facit iudicium. *De Lutheranorum religione ita:* Nihil in illa licuit animaduertere, quod principiis doctrinæ ciuilis repugnaret. Poteſtas circa ſacra Principibus aſſerta, opes Sacerdotum ad tenuitatem magno Reipub. bono redactæ; Plebi inculcatum, vt Magiſtratus, tanquam Dei vicem in terris gerentes, vereri meminiſſet: denique bonorum operum ſumma officio boni viri definita. Neque diſplicet inania quædam ceremoniarum, & aliquem publici cultus adparatum relictum, diuertendis ſimpliciorum animis, quorum captum nudæ pietatis meditatio ferè ſuperat. Iam myſteria religionis vti non ad portentoſæ ſuperſtitionis horrorem adornata; ita decorum videtur, abs humani ingenij ſubtilitate tantum impetrare, ſapientiam & potentiam Diuinam, vt ſublimius quiddam ab hac præſtare poſſe credatur, quàm quò iſti penetrare conceſſum. Quin ipſa craſſities, quam nonnulli exagitant, ad ingenuitatis opinionem conciliandam facit. Hinc vti nulla religio de Principibus Germaniæ melius mereri poterat; ita in vniuerſum Monarchico ſtatui vix vlla magis idonea videtur, &c. *Quod attinet Caluinianam religionem*, quam vocant, illa à priori parùm abit, niſi quod omnes Catholici ritus reliquias cum puluiſculo voluit eiicere, atque recentia dogmata ſubtilius, quàm à Lutheranis factum, elimare. Quorum vtrumque parùm ad plebis animos accommodum. Nam & obtorpeſcunt fere iſti, vniuerſo cultu diuino intra declarationem ſacrumque hymni redacto. Et vbi virtus habetur circa res ſacras curioſitatem exercere, diſtortiſſimo cuique ingenio plurima nouandi ſuboritur prurigo, quàm inexpugnabilis comitatur pertinacia propugnandi, quod opinionis ſemel arreptum fuit. Quin & ad ineptias à quibuſdam itum eſt, & comam paulò ornatiorem nutrire pro piaculo habitum. Cæterùm illud prudentibus dudum obſeruatum, genium eius religionis ferè in libertatem democraticam inclinare. Hæc Monzambano, qui ita pergit: &c. *Alia indoles eſt religionis Catholicæ.* Nam religionis (Luther. &

Mutationes circa tyrannidem Papalem.

Dn. de Mõtzambano cenſura ſuper tribus in Imperio religionibus.

Iudicium de Lutherana religione;

Iudiciũ de Reformata religione;

Iudiciũ de Pontificia religione.

Caluī 1.) Sacerdotes volunt eſſe miniſtros Magiſtratus & populi, vt huic imbutæ bonis moribus animæ ad æternam ſalutem poſt mortem deducantur. Catholicæ religioni verò non tam curæ eſt, vt animi ad probitatem formentur, quàm vt Sacerdotum opes, potentia & authoritas immenſum gliſcat, &c. Exempli cauſa, Scripturis Sacris tri-

Arcana religionis Pontificia.

buitur obſcuritas, eiſdemque legendis arcentur Laici; vt ſoli Sacerdotes earundem interpretandarum ius retineant, neque Laici ex iiſdem quædam eruant, quæ non ex re Sacerdotum forent. Iiſdem iubentur ſuccenturiari *Traditiones*, vt ſi quid fortè in Sacris literis omiſſum

Pontificia religio in totum vergit ad Intereſſe Papæ cum ſuo cucculligero clero.

eſſet, ad illum finem (ſcil. vt Sacerdotum opes atque autoritas magnæ ſint) faciens commodè ſuppleri poſſet. Iam tota religio tot ceremoniis adornata; vt earum ſplendore atque numero plebs obruta, & velut attonita de ſolida pietate rimanda cogitationem ſuſcipere nequeat. *Peccatorum remiſſionem* ſoli Deo relinquere lucroſum non

Traditiones.

erat. Ergo illa poteſtas Sacerdotibus aſſerta, quibus haud quaquam

Pœnitentia & confeſſio auricularis.

placebat tam proficuo iure diſſolutè vti, nec generali confeſſione, & munuſculo aliquo, à liberalitate confitentis dependente, adquieſcere. Exactiſſima enumeratio ſingulorum peccatorum requiritur, taxatione eorundem in Sacerdotis arbitrio poſitâ. Hinc ſi diues eſt reus, paratiſſimum eſt lucrum, etiam vbi gratis peccata fuerunt remiſſa, &c. In pauperes ſecurius licet authoritatem

Miſſa Pontificia.

exercere. Et quanti eſt omnium hominum arcana noſſe? aut quis non reueratur pectoris ſuis arbitrium? *Miſſa* porrò nihil accommodatius ad lucrum atque authoritatem Sacerdotum promouendam. Nam quis

Communio ſub vna.

tam ſalutarem operam nauanti, præmium negare velit? Aut quis non adoret homines tam venerabilem victimam murmure ſuo producere valentes? Laicis *vſum calicis* rectè ademptum mordicus eſt de-

Septem Sacramenta.

fendendum, nec in vlla re Sacerdotes erraſſe videantur. Nec fruſtra *numerus Sacramentorum* auctus, vt eò frequentius Sacerdotibus egerent homines. Et quantum lucri vel id ſolum tribunalibus Eccleſiaſticis affert, quòd ad illa omnes cauſæ matrimoniales trahuntur, eò

Bona opera

duntaxat prætextu, quòd matrimonium ſacramentum ſit? *Vis meritoria bonis operibus* adſcripta, vti ambitioſam hominum pietatem inſi-

Purgatoriũ.

gniter ſtimulat; ità dum eadem iis ferè rebus definiuntur, quæ Sacerdotes locupletant, cum reliquo Theologiæ Syſtemate optimè quadrat. Quin nec alio fine inuentum crediderim *Purgatorium*, quàm vt tributo poſſent onerari, quos mors aliàs rebus humanis exemerat. (vt ita in Papatu etiam contra naturam frigus à frigido Purgatorij igne veniat) *Sanctorum inuocatio* vti ſplendorem religionis non pa-

Sanctorum inuocatio.

rùm auget; ita authoritatem Sacerdotum ſuſpicere neceſſum eſt, qui cogitant, iſtorum decreto Diuinæ aulæ Proceres creari, &c. Ipſa

porrò Sacerdotum Reſpub. quàm artificiosè ad Monarchiam concinnata, Ipſi Principi Sacerdotum Diuinæ par authoritas circumdata. Dei Vicarius, errare neſcius, ætheris Erebique claues citra prouocationem, aut interceſſionem diſpenſans, &c. Et quia Maieſtas illius Principatus ſanctimoniæ potiſſimum opinione ſtat, per Electionem idem defertur, vt, degenerante ſæpius Regia ſobole, non niſi digniſſimo & iuueniles extra affectus conſtituto, locus pateſiat, ſimul vt magis in Eccleſiæ, quàm familiæ bonum foret intentus. Ob eaſdem rationes omnibus eius Reip. membris *Cælibatus* indictus, &c. Societas Ieſu porrò labantes Ecccleſiæ res feliciſſimè reſtituit, ſuſcepta iuuentutis informatione, & per confeſſionem ſimulque polita conuerſatione exploratis omnium hominum arcanis, &c. Plura vide apud ingenioſiſſimum illum Scriptorem, in Tract. de Statu Imperij Germanici (c. vlt.) quem Veronæ ad Fratrem Lælium ſcripſit, in quo arcana Pontificiæ religionis, Chriſtianæ fidei ſenſim agglutinatæ, bene detexit.

Status Hierarchiæ Pontificiæ.

Cælibatus Clericorum.

Ieſuitæ.

Monzambanus.

FINIS SECVNDÆ PARTIS
Diſcurſuum ad Inſtr. Pac.